VESPÉRAL

42535

42535

# VESPÉRAL
## NOTÉ,
## COMPLET.

# VESPÉRAL

*NOTÉ*,

COMPLET.

Res 42535

# VESPÉRAL
## DE TOULOUSE,
### COMPLET ET NOTÉ,
*CONTENANT*

LES NONES, VEPRES ET COMPLIES de tous les Dimanches & de toutes les Fêtes de l'année, avec l'Office de la nuit de Noel, enſemble les Mémoires, Capitules, Oraiſons propres & Leçons des Complies, ſuivant le nouveau Bréviaire.

*Imprimé par ordre de Monſeigneur l'Archevêque.*



BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE TOULOUSE
DÉPOT DE L'ÉTAT

A TOULOUSE,

Chez { JOSEPH DALLES, Imprimeur-Libraire, ET VITRAC, Libraire, près les Changes.

M. DCC. LXXX.

*AVEC PRIVILEGE DU ROI.*



Pom Batoni Pinx. J. J. Pasquier Sc.

Dedié àla très Reverende
Mere Therese de S.t Augustin
Prieure des Carmelites de S.t Denis

Par son très humble et très
Obéissant Serviteur Pasquier

A Paris chez l'Auteur rüe S. Jacques
vis a vis le College de Louis le Grand

# NONES, VÊPRES ET COMPLIES,

## POUR CHAQUE JOUR DE LA SEMAINE.

¶ *Depuis l'Avent juſqu'à la Pentecôte les Antiennes, Capitules,* ℟. *br. Hymnes,* ℣. *& Oraiſons ſe trouvent au Propre. Depuis le troiſieme Dimanche après la Pentecôte juſqu'à l'Avent, aux Dimanches, comme ſuit :*

## LE DIMANCHE A NONE.

*On dit* Pater *&* Ave.

DEus, † in adjutórium meum intende : ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína.

Glória Patri, & Fílio, & Spíritui ſancto : * Sicut erat in princípio, & nunc & ſemper, & in *ſécula ſeculórum.* Amen. Allelúia.

[ *Depuis la Septuagéſime juſqu'à Pâques, au lieu d'Allelúia, on dit :* Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ glóriæ. ]

HYMNE *du* 1.




O Chriſte, dum fixus cruci
Expandis orbi bráchia,
Amáre da crucem; tuo
Da nos in amplexi mori.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit Fílio;
Qui caritáte nos foves,
Par ſit tibi laus, Spíritus.
Amen.

*Ant.*




DU PSEAUME 118.

MIrabília teſtimónia tua; * ídeò ſcrutáta eſt ea ánima mea.

Declarátio ſermónum tuórum illúminat, * & intellectum dat párvulis.

Os meúm apérui, & attraxi ſpíritum; * quia mandáta tua deſiderábam.

Aſpice in me, & miſerére mei, * ſecundùm judícium diligéntium nomen tuum.

Greſſus meos dírige ſecundùm elóquium tuum; * & non dominétur meî omnis injuſtítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina ſuper ſervum tuum,* & doce me juſtificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non cuſtodiérunt legem tuam.

Juſtus es, Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandaſti juſtítiam teſtimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabéſcere me fecit zelus meus; * quia oblíti ſunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum vehementer: * & ſervus tuus diléxit illud.

Adoleſcéntulus ſum ego, & contemptus: * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Juſtítia tua, juſtítia in æternum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angúſtia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea eſt.

Æquitas teſtimónia tua in æternum: * intellectum da mihi, & vivam.

Division du Ps. 118.

Clamávi in toto corde meo, exáudi me, Dómine: * juſtificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, ſalvum me fac; * ut cuſtódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi; * quia in verba tua ſuperſperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo; * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi ſecundùm miſericórdiam tuam, Dómine; * & ſecundùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt perſequentes me iniquitáti: * à lege autem tua longè facti ſunt.

Propè es tu, Dómine; * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de teſtimóniis tuis; * quia in æternum fundaſti ea.

Vide humilitátem meam, & éripe me: * quia legem tuam non ſum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me: * propter elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus ſalus; * quia juſtificatiónes tuas non exquiſiérunt.

Miſericórdiæ tuæ multæ, Dómine: * ſecundùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui perſequuntur me, & tríbulant me:* à teſtimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricantes, & tabeſcébam; * quia elóquia tua non cuſtodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine: * in miſericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum, véritas: * in æternum ómnia judícia juſtítiæ tuæ.

Autre divis. du Ps. 118.

Príncipes perſecúti ſunt me gratis; * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego ſuper eló-

quia tua, * ſicut qui invénit ſpólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus ſum : * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi * ſuper judícia juſtítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam ; * & non eſt illis ſcándalum.

Expectábam ſalutáre tuum, Dómine ; * & mandáta tua diléxi.

Cuſtodívit ánima mea teſtimónia tua, * & diléxit ea vehementer.

Servávi mandáta tua & teſtimónia tua ; * quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

Appropinquet deprecátio mea in conſpectu tuo, Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intellectum.

Intret poſtulátio mea in conſpectu tuo : * ſecundùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me juſtificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum ; * quia ómnia mandáta tua, æquitas.

Fiat manus tua ut ſalvet me ; * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi ſalutáre tuum, Dómine ; * & lex tua meditátio mea eſt.

Vivet ánima mea, & laudábit te ; * & judícia tua adjuvábunt me.

Errávi ſicut ovis quæ périit : * quære ſervum tuum, quia mandáta tua non ſum oblítus.

*Ant.*



CAPITULE. 1. *Tim.* 1.

Finis præcepti eſt cáritas de corde puro, & conſciéntiâ bonâ, & fide non fictâ.

℟. *br.* Omnes viæ meæ * In conſpectu tuo, Dómine. Omnes. ℣. Servávi mandáta tua & teſtimónia tua, * In conſpectu. Glória. Omnes. ℣. Cuſtodívit ánima mea teſtimónia tua. ℟. Et diléxit ea vehementer.

## *A VEPRES.*

*Ant.*



7. ç.

PSEAUME 109.

Dixit Dóminus Dómino meo : * Sede à dextris meis.

Donec ponam inimícos tuos, * ſcabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : * dominàre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in ſplendóribus

ſanctórum : * ex útero ante luciferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum : * Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Dóminus à dextris tuis : * confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus ; implébit ruínas : * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet : * proptéreà exaltábit caput.

*Ant.* 


*Ant.* 


PSEAUME 110.

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in concílio juſtórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini, * exquiſíta in omnes voluntátes ejus.

Conféſſio & magnificéntia opus ejus : * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Memóriam fecit mirabílium ſuórum * miſéricors & miſerátor Dóminus.

Eſcam dedit timéntibus ſe : * memor erit in ſéculum teſtamenti ſui.

Virtútem óperum ſuórum annuntiábit pópulo ſuo ; * ut det illis hæreditátem géntium.

Opera mánuum ejus véritas & judícium ; * fidélia ómnia mandáta ejus :

Confirmáta in ſéculum ſéculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem miſit pópulo ſuo : * mandávit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium ſapiéntiæ timor Dómini.

Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in ſéculum ſéculi.

*Ant.* 


*Ant.* 

PSEAUME 111.

BEátus vir qui timet Dóminum, * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit ſemen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus ; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Exortum eſt in ténebris lumen rectis ; * miſéricors, & miſerátor, & juſtus.

Jucundus homo, qui miſerétur & cómmodat, diſpónet ſermónes ſuos in judício ; * quia in æternum non commovébitur.

In memória æterna erit juſtus : * ab auditióne malâ non timébit.

Parátum cor ejus ſperáre in Dómino, confirmátum eſt cor ejus : * non commovébitur, donec deſpíciat inimícos ſuos.

Diſperſit, dedit paupéribus ; * juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi : cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, & iraſcétur ; déntibus ſuis fremet, & tabeſcet : * deſidérium peccatórum períbit.







PSEAUME 112.

LAudáte, púeri, Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, & uſquè in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum, * laudábile nomen Dómini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, * & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat,* & humília réſpicit in cœlo & in terra ?

Súſcitans à terra ínopem : * & de ſtércore érigens páuperem ;

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui.

Qui habitáre facit ſtérilem in domo, * matrem filiórum lætantem.



*Ant.* 


PSEAUME 113.

IN éxitu Iſrael de Ægypto, * domûs Jacob de pópulo bárbaro.

Facta eſt Judæa ſanctificátio ejus, * Iſrael poteſtas ejus.

Mare vidit, & fugit: * Jordánis converſus eſt retrorsùm.

Montes exultavérunt ut aríetes, * & colles ſicut agni óvium.

Quid eſt tibi, mare, quòd fugiſti? * & tu, Jordánis, quia converſus es retrorsùm?

Montes, exultaſtis ſicut aríetes? * & colles, ſicut agni óvium?

A fácie Dómini mota eſt terra: * à fácie Dei Jacob;

Qui convertit petram in ſtagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis, * ſed nómini tuo da glóriam ſuper miſericórdia tua & veritáte tua;

Nequando dicant gentes: * Ubi eſt Deus eórum?

Deus autem noſter in cœlo: * ómnia quæcumque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argentum & aurum: * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquentur: * óculos habent, & non vidébunt.

Aures habent, & non áudient: * nares habent, & non odorábunt.

Manus habent, & non palpábunt; pedes habent, & non ambulábunt: * non clamábunt in gútture ſuo.

Símiles illis fiant, qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Iſrael ſperávit in Dómino: * adjútor eórum & protector eórum eſt.

Domus Aaron ſperávit in Dómino: * adjútor eórum & protector eórum eſt.

Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino: * adjútor eórum & protector eórum eſt.

Dóminus memor fuit noſtrî, * & benedixit nobis.

Benedixit dómui Iſrael: * benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus qui timent Dóminum, * puſillis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus ſuper vos, * ſuper vos & ſuper fílios veſtros.

Benedicti vos à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino: * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque omnes qui deſcendunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

*Ant.* 

CAPITULE. *Epheſ. 1.*

BEnedictus Deus, & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedíxit nos in omni benedictióne ſpirituáli in cœléſtibus in Chriſto, ſicut elégit nos in ipſo ante mundi conſtitutiónem, ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpectu ejus in caritáte.

*Pendant l'année, excepté aux Oct. de la Vierge & des Saints.*

HYMNE *du 6.*




*Dans les Octaves de la ſainte Vierge.*

*Chant du 2. en A.*




*Aux Octaves des Saints.*

*Chant du 7.*




Hic, ceu profundâ cónditi
Demérgimur calígine :
Æternus at noctem ſuo
Fulgóre depellet dies.

Hunc nempe nobis præparas,
Nobis reſervas hunc diem,
Quem vix adumbrat ſpléndida
Flammantis aſtri cláritas.

Moráris heu ! nimis diù
Moráris, optátus dies ;
Ut te fruámur, nóxii
Linquenda moles córporis.

His cùm ſolúta vínculis
Mens evolárit, ô Deus;
Vidére te, laudáre te,
Amáre te non déſinet.
Ad omne nos apta bonum,
Fœcunda donis Trínitas:
Fac lucis uſúræ brevi
Æterna ſuccédat dies.
Amen.

℣. In Deo laudábimur totâ die; ℟. Et in nómine tuo confitébimur in ſéculum.

*Antienne au Propre.*

CANTIQUE de la B. V. M.
*Luc* I.

MAgníficat * ánima mea Dóminum.

Et exultávit ſpíritus meus * in Deo ſalutári meo;

Quia reſpexit humilitátem ancillæ ſuæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt; * & ſanctum nomen ejus.

Et miſericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio ſuo: * diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depóſuit potentes de ſede, * & exaltávit húmiles.

Eſurientes implévit bonis, * & dívites dimíſit inánes.

Suſcépit Iſraël púerum ſuum, * recordátus miſericórdiæ ſuæ,

Sicut locútus eſt ad patres noſtros, * Abraham & ſémini ejus in ſécula.

*Enſuite on dit l'Antienne & l'Oraiſon convenables.*

*Les Commémoraiſons, s'il y en a, ſont au Propre.* puis Salve à suite

## *A COMPLIES.*

℣. Converte nos, † Deus ſalutáris noſter; ℟. Et averte iram tuam à nobis. *On dit* Confíteor, &c. *Après lequel l'Officiant, élevant la voix, dit:* Deus, † in adjutórium, &c.

*Ant.* 

Scu-to. 8. G.

PSEAUME 4.

CUm invocárem, exaudívit me Deus juſtítiæ meæ: * in tribulatióne dilataſti mihi.

Miſerére meî, * & exaudi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úſquequò gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et ſcitóte quóniam mirificávit Dóminus Sanctum ſuum: * Dóminus exáudiet me, cùm clamávero ad eum.

Iraſcímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus veſtris, in cubílibus veſtris compungímini.

Sacrificáte ſacrifícium juſtítiæ, * & ſperáte in Dómino.

Multi dicunt: Quis oſtendit nobis bona? * ſignátum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Dómine.

Dediſti lætítiam in corde meo: * à fructu frumenti, vini & ólei ſui multiplicáti ſunt.

In pace in idipſum dórmiam & requieſcam: * quó-

niam tu, Dómine, ſingulá-
riter in ſpe conſtituiſti me.

PSEAUME 90.

QUi hábitat in adjutório Altíſſimi, * in protectióne Dei cœlì commorábitur.

Dicet Dómino: Suſceptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus, ſperábo in eum;

Quóniam ipſe liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áſpero.

Scápulis ſuis obumbrábit tibi, & ſub pennis ejus ſperábis: * ſcuto circúmdabit te véritas ejus.

Non timébis à timóre nocturno, * à ſagitta volante in die:

A negótio perambulante in ténebris, * ab incurſu & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis conſiderábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam, Tu es, Dómine, ſpes mea, * Altíſſimum poſuiſti refúgium tuum;

Non accédet ad te malum, * & flagellum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis ſuis mandávit de te, * ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te, * ne fortè offendas ad lápidem pedem tuum.

Super áſpidem & baſiliſcum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me ſperávit, liberábo eum: * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, * & ego exáudiam eum.

Cum ipſo ſum in tribulatióne: * erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * & oſtendam illi ſalutáre meum.

PSEAUME 133.

ECce nunc benedícite Dóminum, * omnes ſervi Dómini.

Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri;

In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta, * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* 

Scu-to cir-cumdabit te veritas ejus: non



time-bis à timo- re nocturno.

*Depuis l'Avent juſqu'à la Pentecôte, les Hymnes de Complies ſont en leur propre. Le reſte de l'année, comme ſuit.*

HYMNE. *du* 1. 

GRates, peracto jam di-e, Deus ti-



bi perſolvimus ; Pronoque, dùm nox incipit,



Proſternimus vultu preces.

Quod longa peccávit dies,
Amárus éxpiet dolor ;
Somno gravátis ne nova
Inflígat hoſtis vúlnera.
Infeſtus uſque círcuit
Quærens leo quem dévoret :
Umbrâ ſub alárum tuos
Defende fílios, Pater.
O quando luceſcet tuus
Qui neſcit occáſum dies !
O quando ſancta ſe dabit
Quæ neſcit hoſtem pátria !
Qui nos creávit, laus Patri ;
Laus, qui redémit, Fílio ;
Qui caritáte nos foves,
Par ſit tibi laus, Spíritus.
Amen.

*Aux Doubles-majeurs & au deſſus, & pendant les Octav. l'Hymne précédente ſe chante ſous le chant & la Doxolog. convenable à chaque Office, ainſi qu'il eſt marqué au Propre des Saints.*

CAPITULE. 1. *Theſſ.* 5.

OMnes vos fílii lucis eſtis, & fílii diéi : non ſumus noctis, neque tenebrárum : ígitur non dormiámus ſicut & céteri, ſed vigilémus & ſóbrii ſimus.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. In manus. ℣. Redemiſti me, Dómine, Deus veritátis. * Commendo. Glória Patri. In manus.

℣. Cuſtódi me, Dómine, ut pupillam óculi : ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me.

*Ant.* 

Do- mine. 3. g.

CANTIQUE DE SIMÉON. *Luc.* 2.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecundùm verbum tuum, in pace ;
Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,
Quod paraſti * ante fáciem ómnium populórum.
Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſrael.

*Ant.* 

Do- mine, dabis pacem nobis ; omni-a



enim o- pera noſtra opera- tus es nobis.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

OREMUS.

VIſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram; & omnes inſídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant; & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper: Per Dóminum.

℣. Dóminus vobiſcum, &c. ℣. Benedicámus Dómino, &c.

Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, † & cáritas Dei, & communicatio ſancti Spíritûs ſit cum ómnibus vobis. Amen.

*Tout bas :* Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

*Enſuite on dit l'Ant. à la Vierge, ſuivant le temps, ci-après.*

## ANTIENNES A LA Ste VIERGE.

*Pendant l'Avent.*

*Ant.* 5. C.




℣. Deus in médio ejus. ℟. Non commovébitur.

OREMUS.

GRátiam tuam, quæſumus, Dómine, méntibus noſtris infunde; ut qui, Angelo nuntiante, Chriſti Filii

tui incarnatiónem cognóvimus, per Paſſiónem ejus & Crucem ad reſurrectiónis glóriam perducámur. Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

*Depuis Complies de la Veille de Noel juſqu'à la Préſentation. Antienne,* Alma Redemptoris. *ci-deſſus.*

℣. Véritas de terra orta eſt. ℟. Et juſtítia de cœlo proſpéxit.

OREMUS.

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beatæ Maríæ virginitáte fœcundâ, humáno géneri præmia præſtitiſti: tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum. ℟. Amen.

*Du lendemain de la Préſentation juſqu'au Mardi Saint.*

*Ant. du 6.*




℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem ſibi.

OREMUS.

COncéde miſéricors Deus, fragilitáti noſtræ præſidium; ut qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio à noſtris iniquitátibus reſurgámus; Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

*Au Temps Paſchal.*

*Ant. du 6.*





al- le- lu- ia , Reſurre- xit ſicut dixit ,



al- le- lu-ia. Ora pro no- bis De- um ,



alle- lu- ia.

℣. Circumdediſti me lætítiâ , Dómine ;
℟. Ut cantet tibi glória mea.

OREMUS.

DEus , qui per reſurrectiónem Filii tui Dómini noſtri Jeſu Chriſti mundum lætificáre dignátus es ; præſta , quæſumus , ut per ejus genitrcíem Vírginem Maríam , perpétuæ capiámus gáudia vitæ ; Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

*Depuis la Trinité juſqu'à l'Avent.*

*Ant.* *u* I.



SAl- ve , Re- gi- na , mater miſe ri- 



cor- di-æ ; Vita , dul-ce- do , & ſpes noſ-



tra , ſal- ve : Ad te clamamus e- xules



fi- li- i Evæ ; ad te ſuſpira- mus , gemen-



tes & flen-tes in hac la-cryma-rum valle :



e- i a ergò advoca- ta noſtra , illos tu- os



miſeri-cor- des o- culos ad nos conver-




℣. Vultum tuum deprecabuutur ℟. Omnes dívites plebis.

ORÉMUS.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui glorióſæ vírginis matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperante, præparaſti : da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus piâ interceſſióne ab inſtántibus malis & à morte perpétua liberémur; Per eumdem Chriſtum Dóminum, &c. Amen.

---

# LE LUNDI.

*Depuis l'Avent jusqu'à la Trinité, les Ant. Capitules, Hymnes &* ℣. *ſe trouvent au Propre du Temps & au Propre des Saints : depuis la Trinité juſqu'à l'Avent, comme il ſuit, excepté aux Fêtes qui en ont de propres.*

## A NONE.

*Hymne*, Prono volútus. *comme au Dimanche, page* 1.

*Ant.* In voluntáte tua.

PSEAUME 52.

DIxit inſipiens in corde ſuo : * Non eſt Deus.

Corrupti ſunt & abominábiles facti ſunt in iniquitátibus : * non eſt qui fáciat bonum.

Deus de cœlo proſpexit ſuper fílios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt qui uſque ad unum.

Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ut cibum panis ?

Deum non invocavérunt : * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus diſſipávit oſſa eórum qui homínibus placent : * confúſi ſunt, quóniam Deus ſprevit eos.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſrael? * cùm convérterit Deus captivitátem plebis uæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſrael.

PSEAUME 72.

QUàm bonus Iſrael Deus * his qui recto ſunt corde !

Mei autem penè moti ſunt pedes , penè effuſi ſunt greſſus mei ;

Quia zelávi ſuper iníquos, * pacem peccatórum videns.

Quia non eſt reſpectus morti eórum , * & firmamentum in plaga eórum.

In labóre hóminum non ſunt , * & cum homínibus non flagellabuntur.

Ideò ténuit eos ſupérbia : * operti ſunt iniquitáte & impietáte ſuâ.

Pródiit quaſi ex ádipe iníquitas eórum : * tranſiérunt in affectum cordis.

Cogitavérunt & locúti ſunt nequítiam : * iniquitátem in excelſo locúti ſunt.

Poſuérunt in cœlum os ſuum , * & lingua eórum transívit in terra.

Ideò convertétur pópulus meus hìc ; * & dies pleni invenientur in eis.

Et dixérunt : Quómodò ſcit Deus ? * & , Si eſt ſciéntia in Excelſo ?

Ecce ipſi peccatóres , & abundantes in ſéculo , * obtinuérunt divítias.

Et dixi : Ergò ſine cauſa juſtificávi cor meum , * & lavi inter innocentes manus meas ;

Et fui flagellátus totâ die , * & caſtigátio mea in matutínis.

Si dicébam , Narrábo ſic ; * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Exiſtimábam ut cognóſcerem hoc ; * labor eſt ante me ,

Donec intrem in ſanctuárium Dei , * & intélligam in noviſſimis eórum.

Verúmtamen propter dolos poſuiſti eis : * dejeciſti eos , dum allevarentur.

Quómodò facti ſunt in deſolatiónem ! * ſúbitò defecérunt ; periérunt propter iniquitátem ſuam.

Velut ſómnium ſurgéntium , Dómine , * in civitáte tua imáginem ipſórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum eſt cor meum , & renes mei commutáti ſunt ; * & ego ad níhilum redactus ſum , & neſcívi.

Ut jumentum factus ſum apud te ; * & ego ſemper tecum.

DIVIS. DU PSEAUME 72.

TEnuiſti [ Dómine ] manum déxteram meam , & *in voluntáte tua deduxiſti* me , * & cum glória ſuſcepiſti me.

Quid enim mihi eſt in cœlo ? * & à te quid vólui ſuper terram ?

Defécit caro mea , & cor meum : * Deus cordis mei , & pars mea , Deus , in æternum.

Quia ecce qui elongant ſe à te , peribunt : * perdidiſti õnes qui fornicantur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum eſt , * pónere in Dómino Deo ſpem meam.

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas * in portis fíliæ Sion.

*Ant.* In voluntáte tua deduxiſti me , Dómine , & cum glória ſuſcepiſti me.

CAPITULE. 2. *Theſſ.* 1.

DIgnétur vos vocatióne ſuâ Deus noſter , & ím-

pleat omnem voluntátem bonitátis, & opus fídei in virtúte; ut clarificétur nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vobis, & vos in illo.

℟. *br.* Doce me fácere voluntátem tuam; * Quia Deus meus es tu. Doce. ℣. Spíritus tuus bonus dedúcet me; * Quia. Glória. Doce.

℣. In Deo ſalutáre meum, & glória mea: ℟. Deus auxílii mei; & ſpes mea in Deo eſt.

## *A VEPRES.*

*Ant.* 2. Convértere.

PSEAUME 114.

Dilexi; * quóniam exáudiet Dóminus vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni; & nomen Dómini invocávi: * O Dómine, líbera ánimam meam.

Miſéricors Dóminus, & juſtus, * & Deus noſter miſerétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus: * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam; * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam meã de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

*Ant.* Convértere, ánima mea, in réquiem tuam; quia Dóminus benefécit tibi.

*Ant.* 8. G. Levávi.

PSEAUME 120.

Levávi óculos meos in montes, * undè véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſrael.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introïtum tuum & éxitum tuum; * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

*Ant.* Levávi óculos meos in montes: auxílium meum à Dómino.

*Ant.* 1. *a.* Adjutórium noſtrum.

PSEAUME 123.

Niſi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Iſrael; * niſi quia Dóminus erat in nobis,

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutiſſent nos.

Cùm iraſcerétur furor eórum in nos, * fórſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſibit ánima noſtra, * fórſitan pertranſiſſet ánima noſtra aquam intolerábilem.

Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus eſt ; * & nos liberáti ſumus.

Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, * qui fecit cœlum & terram.

*Ant.* Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, qui fecit cœlum & terram.

*Ant.* 5. a. Magnificávit Dóminus.

PSEAUME 125.

IN convertendo Dóminus captivitátem Sion, * facti ſumus ſicut conſoláti.

Tunc replétum eſt gáudio os noſtrum, * & lingua noſtra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum : * facti ſumus lætantes.

Converte, Dómine, captivitátem noſtram, * ſicut torrens in auſtro.

Qui ſéminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Euntes ibant & flébant, * mittentes ſémina ſua.

Venientes autem vénient cum exultatióne, * portantes manípulos ſuos.

*Ant.* Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum : facti ſumus lætantes.

*Ant.* Adhæreat.

PSEAUME 136.

SUper flúmina Babylónis, illìc ſédimus,* & flévimus, cùm recordarémur Sion.

In ſalícibus in médio ejus, * ſuſpéndimus órgana noſtra.

Quia illìc interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum ;

Et qui adduxérunt nos : * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodò cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna ?

Si oblítus fúero tuî, Jerúſalem, * oblivióni detur déxtera mea.

Adhæreat lingua mea fáucibus meis, * ſi non meminero tuî ;

Si non propoſúero Jerúſalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor eſto, Dómine, filiórum Edom, * in die Jerúſalem ;

Qui dicunt : Exinaníte, exinaníte * uſque ad fundamentum in ea.

Fília Babylónis míſera : * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuiſti nobis.

Beátus qui tenébit, * & allídet párvulos tuos ad petram.

*Ant.* Adhæreat lingua mea fáucibus meis, ſi non propoſúero Jerúſalem in princípio lætítiæ meæ.

CAPITULE. 1. *Petr.* 1.

NUnc non videntes, créditis : credentes autem, exultábitis lætítiâ inenarrábili & glorificáta, reportantes finem fídei veſtræ, ſalútem animárum.

HYMNE.

JActamur heu quot flúctibus !
Spes una de cœlis nitet :
Illùc & ora tóllimus,
Et míttimus ſuſpíria.

Tu vota præcurris, Pater,
Magnamque protendis manum :

Jam fulta tanto róbore
Surgit potens infírmitas.
Quæ ſæva nos præmunt mala
Vinces, malis poténtior:
Te noſtra duræ ſéntiet
Mens ſervitútis vindicem.
Quin vile corpus, Fílii
Fulgóre donábis tui:
At illa venális patet
Multo labóre glória.
Felix labor quem récreas
Tam ſpléndidâ rerum vice!
Fletu quis æternum brevi
Neget paciſci gáudium?
Quæ nos prior ſic díligis,
Tibi, beáta Trínitas,
Sit ſumma laus, ſummum decus,
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Ad te, Dómine, clamávi totâ die: ℟. Lætífica ánimam ſervi tui.

*A Magnificat. Ant.* 5. C. Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo.

*L'Oraiſon du Dim. précédent, s'il n'y en a pas de propre; ainſi aux autres Féries.*

## *A COMPLIES.*

*Ant.* 2. Adjutórium meum.

### PSEAUME 6.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me; * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infirmus ſum: * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: * ſed tu, Dómine, úſquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam;

Quóniam non eſt in morte, qui memor ſit tuî: * in Inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per ſíngulas noctes lectum meum: * lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me, omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudivit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubeſcant valde velóciter.

### PSEAUME 7.

DOmine Deus meus, in te ſperávi: * ſalvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me;

Nequando rápiat ut leo ánimam meam, * dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat.

Dómine Deus meus, ſi feci iſtud; * ſi eſt iníquitas in mánibus meis;

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inánis.

Perſequátur inimícus ánimam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exurge, Dómine, in ira tua; * & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exurge, Dómine Deus meus, * in præcepto quod mandaſti.

Et ſynagóga populórum circúmdabit te; * & propter hanc in altum regrédere.

Dóminus júdicat pópulos: * júdica me, Dómine, ſecundùm juſtítiam meam, & ſecundùm innocéntiam meam ſuper me.

Conſumétur nequitia peccatórum: * & díriges juſtum, ſcrutans corda & renes, Deus.

Juſtum adjutórium meum à Dómino, * qui ſalvos facit rectos corde.

DIVISION DU PSEAUME 7.

DEus judex juſtus, fortis & pátiens, * numquid iráſcitur per ſingulos dies?

Niſi converſi fuéritis gládium ſuum vibrábit: * arcum ſuum tetendit, & parávit illum;

Et in eo parávit vaſa mortis: * ſagittas ſuas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injuſtítiam: * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus; * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus deſcendet.

Confitébor Dómino ſecundùm juſtítiam ejus, * & pſallam nómini Dómini áltiſſimi.

*Ant.* Adjutórium meum à Dómino, qui ſalvos facit rectos corde.

*Hymne*, Grates. *page* 9.

CAPITULE. 1. *Petr.* 5.

SObrii eſtóte, & vigiláte; quia adverſárius veſter diábolus, tanquàm leo rúgiens, círcuit quærens quem dévoret: cui reſíſtite fortes in fide.

*Le reſte comme à Complies du Dimanche, page* 10, *& de même aux Féries ſuiv.*

## LE MARDI A NONE.

*Ant.* 7. b. Pro eo.

PSEAUME 108.

DEus, laudem meam ne tacúeris; * quia os peccatóris & os dolóſi ſuper me apertum eſt.

Locúti ſunt adversùm me linguâ dolóſâ, & ſermónibus ódii circumdedérunt me, * & expugnavérunt me gratìs.

Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi: * ego autem orábam.

Et poſuérunt adversùm me mala pro bonis, * & ódium pro dilectióne mea.

DIVISION DU PS. 108.

COnſtítue (Dómine) ſuper eum peccatórem; * & diábolus ſtet à dextris ejus.

Cùm judicátur, éxeat condemnátus; * & orátio ejus fiat in peccátum.

Fiant dies ejus pauci; * & epiſcopátum ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutantes transferantur fílii ejus, & mendícent, * & ejiciantur de habitatiónibus ſuis.

Scrutétur fœnerátor, omnem ſubſtántiam ejus, * & dirípiant aliéni labóres ejus.

Non ſit illi adjútor, * nec ſit qui miſereátur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in intéri-

tum : * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conſpectu Dómini;* & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum ſemper : * & diſpéreat de terra memória eórum.

Pro eo quòd non eſt recordátus fácere miſericórdiam, * & perſecútus eſt hóminem ínopem & mendícum , & compunctum corde mortificáre.

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei : * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.

Et índuit maledictiónem ſicut veſtimentum : * & intrávit ſicut aqua in interióra ejus , & ſicut óleum in óſſibus ejus.

Fiat ei ſicut veſtimentum quo operítur, * & ſicut zona quâ ſemper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dóminũ, * & qui loquuntur mala adversùs ánimam meam.

Et tu, Dómine , Dómine, fac mecum propter nomen tuum ; * quia ſuávis eſt miſericórdia tua.

AUTRE DIVIS. DU PS. 108.

Libera me , quia egénus & pauper ego ſum , * & cor meum conturbátum eſt intra me.

Sicut umbra , cùm declínat, ablátus ſum ; * & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.

Génua mea infirmáta ſunt à jejúnio , * & caro mea immutáta eſt propter óleum.

Et ego factus ſum oppróbrium illis : * vidérunt me , & movérunt cápita ſua.

Adjuva me , Dómine Deus meus : * ſalvum me fac ſecundùm miſericórdiam tuam.

Et ſciant quia manus tua hæc : * & tu , Dómine , feciſti eam.

Maledícent illi , & tu benedíces : * qui inſurgunt in me , confundantur ; ſervus autem tuus lætábitur.

Induantur , qui détrahunt mihi , pudóre ; * & operiantur ſicut diplóide confuſióne ſuâ.

Confitébor Dómino nimis in ore meo , * & in médio multórum laudábo eum ;

Quia áſtitit à dextris páuperis , * ut ſalvam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

*Ant.* Pro eo ut me dilígerent , detrahébant mihi : ego autem orábam.

CAPITULE. *Rom.* 12.

Nolíte eſſe prudentes apud voſmetipſos nulli malum pro malo reddentes, providentes bona non tantùm coram Deo, ſed étiam coram ómnibus homínibus : ſi fíeri poteſt , quod ex vobis eſt, cum ómnibus homínibus pacem habentes.

℟. *br.* Poſuérunt adversùm me * Mala pro bonis. Poſuérunt. ℣. Et ódium pro dilectióne mea * Mala pro bonis. Glória Patri. Poſuérunt.

℣. Si réddidi retribuéntibus mihi mala , ℟. Décidam méritò ab inimícis meis inánis.

## *A VEPRES.*

*Ant.* 3. b. Multùm íncola fuit.

PSEAUME 119.

AD Dóminum, cùm tribularer, clamávi; * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, & à lingua dolóſa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolóſam?

Sagittæ potentis acútæ, * cũ carbónibus deſolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt! habitávi cum habitántibus Cedar: * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

*Ant.* Multùm íncola fuit ánima mea, Dómine; cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus.

*Ant.* 1. f. Propter fratres meos.

PSEAUME 121.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem.

Jerúſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illùc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini; * teſtimónium Iſrael, ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illìc ſedérunt ſedes in judício, ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæſívi bona tibi.

*Ant.* Propter fratres meos & próximos meos, loquébar pacem de te, Jerúſalem.

*Ant.* 4. a. Quàm bonum.

PSEAUME 132.

ECce quàm bonum, & quàm jucundum * habitáre fratres in unum!

Sicut unguentum in cápite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron; * quod deſcendit in orã veſtimenti ejus.

Sicut ros Hermon, * qui deſcendit in montem Sion.

Quóniam illìc mandávit Dóminus benedictiónem, * & vitam uſque in ſéculum.

*Ant.* Quàm bonum, & quàm jucundum habitáre fratres in unum!

*Ant.* 8. G. In miſericórdia.

PSEAUME 140.

DOmine, clamávi ad te, exaudi me: * intende voci meæ, cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: * elevátio mánuum meárum, ſacrifícium veſpertínum.

Pone, Dómine, cuſtódiam ori meo, * & óſtium circumſtántiæ lábiis meis.

Non declines cor meum in verba malítiæ, * ad excuſandas excuſatiónes in peccátis, cum homínibus operántibus iniquitátem:

Et non communicábo * cum electis eórum.

Corrípiet me juſtus in miſericórdia, & increpábit me; * óleum autem peccatóris non impinguet caput meum:

Quóniam adhuc & orátio mea * in beneplácitis eórum.

Abſorpti ſunt juncti petræ júdices eórum : * áudient verba mea, quóniam potuérunt.

Sicut craſſitúdo terræ erupta eſt ſuper terram, * diſſipáta ſunt oſſa noſtra ſecùs infernum.

Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei : * in te ſperávi, non áuferas ánimam meam.

Cuſtódi me à láqueo quem ſtatuérunt mihi, * & à ſcándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres : * ſinguláriter ſum ego, donec tránſeam.

*Ant.* In miſericórdia juſtus increpábit me : óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

*Ant.* 6. Me expectant juſti.

PSEAUME 141.

VOce meâ ad Dóminum clamávi : * voce meâ ad Dóminum deprecátus ſum.

Effundo in conſpectu ejus oratiónem meam, & tribulatiónem meam ante ipſum pronúntio, * in deficiendo ex me ſpíritum meum.

Et tu cognoviſti ſémitas meas : * in via hac quâ ambulábam, abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad dexteram, & vidébam; * & non erat qui cognóſceret me.

Périit fuga à me; * & non eſt qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine: * dixi, Tu es ſpes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Intende ad deprecatiónem meam ; * quia humiliátus ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me; * quia confortáti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimam meam, ad confitendum nómini tuo : * me expectant juſti, donec retríbuas mihi.

*Ant.* Me expectant juſti, donec retríbuas mihi, Dómine.

CAPITULE. 1. *Cor.* 12.

SI quid pátitur unum membrum, compatiuntur ómnia membra; ſive gloriátur unum membrum, congaudent ómnia membra: vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

HYMNE.

O Quam juvat fratres Deus,
Unum quibus Chriſtus caput
Vitále robur ſúfficit,
Uno movéri ſpíritu !

Quam dulce laudes dícere
Unâ tibi cunctos domo,
Precumque ceu factâ manu,
Inferre vim gratam tibi !

Hanc quiſque díligat domum ;
Hanc pace concors récreet:
Væ dira qui ſpargit malus
Diſſenſiónum ſémina.

Sed damna cedunt in lucrum
Te, Chriſte, diligéntibus:
Augent corónas prælia ;
Proſuntque, dum nocent, mali.

Vox blanda ſævit triſtiùs,

Dum pectus incautum ſubit,
Lapſuque cæco dúlcibus
Laudum venénis ínficit.
Præſta, beáta Trínitas,
Ut caritáte mútuâ
Prosímus alter álteri,
Regnémus & polo ſimul.
Amen.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea : ℟. Aúdiant manſuéti, & lætentur.

*A Magníficat. Ant.* 8. G. Reſpexit Deus humilitátem ancillæ ſuæ : ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

## *A COMPLIES.*

*Ant.* 7. c. Tu remiſiſti.

PSEAUME 12.

USquequò, Dómine, obliviſcéris me in finem? * úſquequò avertis fáciem tuam à me?

Quámdiù ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Uſquequò exaltábitur * inimícus meus ſuper me?

Réſpice & exaudi me, Dómine Deus meus : * illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte :

Nequandò dicat inimícus meus, Præválui adversùs eum : * qui tríbulant me, exultábunt, ſi motus fúero.

Ego autem in miſericórdia tua ſperávi : * exultábit cor meum in ſalutári tuo.

Cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi, * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

PSEAUME 31.

BEáti quorum remiſſæ ſunt iniquitátes, * & quorum tecta ſunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec eſt in ſpíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt oſſa mea, * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua : * converſus ſum in ærumna mea, dum confígitur ſpina.

Delictum meum cógnitum tibi feci, * & in juſtítiam meam non abſcondi.

Dixi : Confitébor adversùm me injuſtítiam meam Dómino ; * & tu remiſiſti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me : * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac quâ gradiéris : * firmábo ſuper te óculos meos.

Nolíte fíeri ſicut equus & mulus, * quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum conſtringe, * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris : * ſperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti ; * & gloriámini, omnes recti corde.

PSEAUME 78.

DEus, venérunt gentes in hæreditátem tuam : polluérunt templum ſanctum

tuum : * poſuérunt Jerúſalem in pomórum cuſtódiam.

Poſuérunt morticína ſervórum tuórum eſcas volatílibus cœli, * carnes ſanctórum tuórum béſtiis terræ.

Effudérunt ſánguinem eórum tanquam aquam in circúitu Jerúſalem ; * & non erat qui ſepelíret.

Facti ſumus oppróbrium vicínis noſtris, * ſubſannátio & illúſio his qui in circúitu noſtro ſunt.

Uſquequò, Dómine, iraſcéris in finem ? * accendétur velut ignis zelus tuus !

Effunde iram tuam in gentes quæ te non novérunt, * & in regna quæ nomen tuum non invocavérunt ;

Quia comedérunt Jacob, * & locum ejus deſolavérunt.

*Ne memíneris iniquitátum* noſtrárum antiquárum : * citò antícipent nos miſericórdiæ tuæ, quia páuperes facti ſumus nimis.

Adjuva nos, Deus ſalutáris noſter ; * & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos :

Et propítius eſto peccátis noſtris propter nomen tuum ; * ne fortè dicant in géntibus : Ubì eſt Deus eórum ?

Et innoteſcat in natiónibus coram óculis noſtris, * última ſánguinis ſervórum tuórum, qui effúſus eſt.

Intróeat in conſpectu tuo gémitus compeditórum : * ſecundùm magnitúdinem bráchii tui, póſſide filios mortificatórum.

Et redde vicínis noſtris ſéptuplum in ſinu eórum impropérium ipſórum, * quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ, * confitébimur tibi in ſéculum.

In generatiónem & generatiónem, * annuntiábimus laudem tuam.

*Ant.* Tu remiſiſti impietátem peccáti mei : pro hac orábit ad te omnis ſanctus.

---

# LE MERCREDI A NONE.

*Ant.* 8. c. Factus eſt.

PSEAUME 81.

DEus ſtetit in ſynagóga deórum : * in médio autem deos dijúdicat.

Uſquequò judicátis iniquitátem, * & fácies peccatórum ſúmitis.

Judicáte egéno & pupillo : * húmilem & páuperem juſtificáte.

Erípite páuperem, * & egénum de manu peccatóris liberáte.

Neſciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant : * movebuntur ómnia fundamenta terræ.

Ego dixi : Dii eſtis, * & fílii Excelſi omnes.

Vos autem ſicut hómines moriémini, * & ſicut unus de princípibus cadétis.

Surge, Deus, júdica terram ; * quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus.

PSEAUME 93.

DEus ultiónum Dóminus, * Deus ultiónum líbere egit.

Exaltá

que ad noctem * ſperet Iſrael in Dómino;

Quia apud Dóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſrael * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

*Ant.* Suſtínuit ánima mea in verbo ejus: ſperávit ánima mea in Dómino.

*Ant.* 4. a. Speret.

PSEAUME 130.

DOmine, non eſt exaltátum cor meum, * neque eláti ſunt óculi mei;

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus ſuper me.

Si non humíliter ſentiébam, ſed exaltávi ánimam meam: * ſicut ablactátus eſt ſuper matre ſua, ita retribútio in ánima mea.

Speret Iſrael in Dómino, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

*Ant.* Speret Iſrael in Dómino.

CAPITULE. *Rom.* 15.

DEus ſpei répleat vos omni gáudio & pace in credendo; ut abundétis in ſpe, & virtúte ſpíritûs ſancti.

HYMNE.

HOrres ſuperbos, nec tuam
Das álteri laudem, Deus:
Humána nil iſthinc ſibi
Decerpat arrogántia.

Ingrata quippe mens tuæ
Fluenta ſiſtit grátiæ;
Triſtique marceſcit ſtatim,
Ceu gramen exuſtum ſiti.

Ut ſervus in manus heri
Intenta figit lúmina;
Sic ora ſacris móntibus
Non dimovémus ánxii.

Deſiderátam ſi dare
Opem moráris; ſpes tamen,
Tenácis inſtar ánchoræ,
Immóta fundat péctora.

Sit ſumma Patri glória,
Sit ſumma nato, qui dedit
Nobis futúræ Spíritum
Hæreditátis óbſidem. Amen.

℣. A cuſtódia matutína uſque ad *noctem* ℟. Speret Iſrael in Dómino.

*A* Magníficat. *Ant.* 8. G. Miſericórdia ejus à progénie in progénies timentibus eum.

## *A COMPLIES.*

*Ant.* 4. E. Conſerva me.

PSEAUME 10.

IN Dómino, confído, * quómodò dícitis ánimæ meæ: Tránſmigra in montem ſicut paſſer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt ſagittas ſuas in pháretra; * ut ſagittent in obſcúro rectos corde.

Quóniam quæ perfeciſti, deſtruxérunt: * juſtus autem quid fecit?

Dóminus in templo ſancto ſuo: * Dóminus in cœlo ſedes ejus.

Oculi ejus in páuperem reſpíciunt: * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat juſtum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam ſuam.

Pluet ſuper peccatóres láqueos: * ignis, & ſulphur, & ſpíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniam juſtus Dóminus, & juſtítias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus.

PSEAUME 13.

DIxit insípiens in corde ſuo: * Non eſt Deus

Exaltáre, qui júdicas terram: * redde retributiónem ſuperbis.

Uſquequò peccatóres, Dómine, * úſquequò peccatóres gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitátem, * loquentur omnes qui operantur injuſtítiam?

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt, * & hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt, * & pupillos occidérunt.

Et dixérunt: Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite, inſipientes in pópulo; * & ſtulti, aliquando ſápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non consíderat?

Qui córripit gentes, non árguet? * qui docet hóminem ſciéntiam?

Dóminus ſcit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ ſunt.

DIVISION DU PSEAUME 93.

BEátus homo, quem tu erudíeris, Dómine, * & de lege tua docúeris eum;

Ut mítiges ei à diébus malis, * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repellet Dóminus plebem ſuam, * & hæreditátem ſuam non derelinquet;

Quoaduſque juſtítia convertátur in judícium, * & qui juxta illam omnes qui recto ſunt corde.

Quis conſurget mihi adversùs malignantes? * aut quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitátem?

Niſi quia Dóminus adjúvit me, * paulò minùs habitaſſet in inferno ánima mea.

Si dicébam: motus eſt pes meus; * miſericórdia tua, Dómine, adjuvábat me.

Secundùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, * conſolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi ſedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcepto?

Captábunt in ánimam juſti, * & ſánguinem innocentem condemnábunt.

Et factus eſt mihi Dóminus in refúgium, * & Deus meus in adjutórium ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipſorum; & in malítia eórum diſperdet eos: * diſperdet illos Dóminus Deus noſter.

*Ant.* Factus eſt mihi Dóminus in refúgium, & Deus meus in adjutórium ſpei meæ.

CAPITULE. *Hébr.* 10.

NOlíte amíttere confidéntiam veſtram, quæ magnam habet remuneratiónem: patiéntia enim vobis neceſſária eſt, ut voluntátem Dei facientes, reportétis promiſſiónem.

℟. *br.* Bonum eſt confídere in Dómino, * Quàm confídere in hómine. Bonum eſt. ℣. Bonum eſt ſperáre in Dómino, * Quàm. Glória Patri, &c. Bonum eſt.

℣. Mihi adhærére Deo bonum eſt, ℟. Pónere in Dómino Deo ſpem meam.

## *A VEPRES.*

*Ant.* 7. d. Oculi noſtri.

PSEAUME 122.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce ſicut óculi ſervórum in mánibus Dominórum ſuórum, * ſicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ ſuæ :

Ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, * donec miſereátur noſtrî.

Miſerére noſtrî, Dómine, miſerére noſtrî ; * quia multùm repléti ſumus deſpectióne ;

Quia multùm repléta eſt ánima noſtra : * oppróbrium abundántibus, & deſpéctio ſuperbis.

*Ant.* Oculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtri.

*Ant.* 5. a. Qui confídunt in Dómino.

PSEAUME 124.

QUi confídunt in Dómino, ſicut mons Sion : * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúſalem.

Montes in circúitu ejus, & Dóminus in circúitu pópuli ſui, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum ſuper ſortem juſtórum ; * ut non extendant juſti ad iniquitátem manus ſuas.

Bénefac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem : * pax ſuper Iſrael.

*Ant.* Qui confídunt in Dómino, ſicut mons Sion : non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúſalem.

*Ant.* 8. c. Beátus vir.

PSEAUME 126.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere : * ſúrgite, poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit dilectis ſuis ſomnum : * ecce hæréditas Dómini, fílii ; merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita fílii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis ; * non confundétur, cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

*Ant.* Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum : non confundétur, cùm loquétur inimícis ſuis.

*Ant.* 1. a. Suſtínuit.

PSEAUME 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine : * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine ; * Dómine, quis ſuſtinébit ?

Quia apud te propitiátio eſt, * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus ; * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſ-

Corrupti ſunt, & abominábiles facti ſunt in ſtúdiis ſuis : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Dóminus de cœlo proſpéxit ſuper fílios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Sepulcrum patens eſt guttur eórum ; linguis ſuis dolóſè agébant : * venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne & amaritúdine plenum eſt : * velóces pedes eórum ad effundendum ſánguinem.

Contritio & infelícitas in viis eórum, & viam pacis non cognovérunt : * non eſt timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ſicut eſcam panis ?

Dóminum non invocavérunt : illìc trepidavérunt timóre, ubì non erat timor * quóniam Dóminus in generatióne juſta eſt.

Consílium ínopis confudiſtis, * quóniam Dóminus ſpes ejus eſt.

Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſrael ? * cùm avérterit Dóminus captivitátem plebis ſuæ, exultábit Jacob, & lætábitur Iſrael.

PSEAUME 15.

CONſerva me, Dómine ; * quóniam ſperávi in te.

Dixi Dómino : Deus meus es tu ; * quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum : * póſteà acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de ſanguínibus ; * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei : * tu es qui reſtítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris : * étenim hæréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi intellectum : * ínſuper & uſque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conſpectu meo ſemper ; * quóniam à dextris eſt mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum eſt cor meum, & exultávit lingua mea : * ínſuper & caro mea requieſcet in ſpe ;

Quóniam non derelinques ánimam meam in inferno, * nec dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi feciſti vias vitæ ; adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo : * delectatiónes in déxtera tua uſque in finem.

*Ant.* Conſerva me, Dómine ; quóniam ſperávi in te.

# LE JEUDI A NONE.

*Ant.* 1. a. Adjútor meus.

PSEAUME 69.

DEus , in adjutórium meum intende : * Dómine , ad adjuvandum me feſtína.

Confundantur & revereantur , * qui quærunt ánimam meam.

Avertantur retrorsùm , & erubeſcant , * qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcentes , * qui dicunt mihi : Euge , euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te ; * & dicant ſemper , Magnificétur Dóminus , qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper ſum ; * Deus , ádjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu ; * Dómine , ne moréris.

PSEAUME 79.

QUi regis Iſrael , intende ; * qui dedúcis velut ovem Joſeph.

Qui ſedes ſuper Chérubim , * manifeſtáre coram Ephraïm , Bénjamin , & Manaſſe.

Excita poténtiam tuam , & veni : * ut ſalvos fácias nos.

Deus , converte nos , & oſtende fáciem tuam ; * & ſalvi érimus.

Dómine Deus virtútum , * quouſque iraſcéris ſuper oratiónem ſervi tui ?

Cibábis nos pane lacrymárum , * & potum dabis nobis in lácrymis in menſúra ?

Poſuiſti nos in contradictiónem vicínis noſtris ; * & inimíci noſtri ſubſannavérunt nos.

Deus virtútum , converte nos , & oſtende fáciem tuam ; * & ſalvi érimus.

DIVIS. DU PSEAUME 79.

[DOmine , ] víneam de Ægypto tranſtuliſti : * ejeciſti gentes , & plantaſti eam.

Dux itíneris fuiſti in conſpectu ejus : * plantaſti radíces ejus , & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus , * & arbuſta ejus cedros Dei.

Extendit pálmites ſuos uſque ad mare , * & uſque ad flumen propágines ejus.

Ut quid deſtruxiſti macériam ejus ; * & vindémiant eam omnes qui prætergrediuntur viam ?

Exterminávit eam aper de ſylva , * & ſinguláris ferus depaſtus eſt eam.

Deus virtútum , convértere : * réſpice de cœlo , & vide , & víſita víneam iſtam.

Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua , * & ſuper fílium hóminis quem confirmaſti tibi.

Incenſa igni , & ſuffoſſa , * ab increpatióne vultûs tui períbunt.

Fiat manus tua ſuper virum déxteræ tuæ , * & ſuper fílium hóminis quem confirmaſti tibi.

Et non diſcédimus à te : * vivificábis nos , & nomen

tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum, converte nos, & oſtende fáciem tuam; * & ſalvi érimus.

*Ant.* Adjútor meus & liberátor meus es tu: Dómine, ne moréris.

CAPITULE. *Rom. 4.*

CRedenti in eum qui juſtíficat ímpium, reputátur fides ejus ad juſtítiam, ſecundùm propóſitum grátiæ Dei.

℟. *br.* Salvávit eos Dóminus, * Et crediderunt verbis ejus. Salvávit. ℣. Et laudavérunt laudem ejus, * Et. Glória Patri. Salvávit.

℣. In conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam: ℟. Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ.

## *A VEPRES.*

*Ant.* 1. Crédidi.

PSEAUME 115.

CRédidi, propter quod locútus ſum; * ego autem humiliátus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino * pro ómnibus quæ retríbuit mihi?

Cálicem ſalutáris accípiam, * & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretióſa in conſpectu Dómini mors Sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego ſervus tuus: * ego ſervus tuus, & fílius ancillæ tuæ.

Dirupiſti víncula mea: * tibi ſacrificábo hóſtiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conſpectu omnis pópuli ejus, * in átriis domûs Dómini, in médio tuî, Jerúſalem.

*Ant.* Crédidi, propter quod locútus ſum; ego autem humiliátus ſum nimis.

*Ant.* 1. g. Confitébor.

PSEAUME 137.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo;* quóniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelórum pſallam tibi: * adorábo ad templum ſanctum tuum,

Et confitébor nómini tuo ſuper miſericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna eſt glória Dómini.

Quóniam excelſus Dóminus, & humília réſpicit, * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & ſuper iram inimicórum meórum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine, miſericórdia

tua in ſéculum : ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

*Ant.* Confitébor nómini tuo, Dómine, ſuper miſericórdia tua & veritáte tua.

*Ant.* 7. d. Generátio.

PSEAUME 144.

EXaltábo te, Deus meus rex, * & benedícam nómini tuo in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Per ſíngulos dies benedícam tibi; * & laudábo nomen tuum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimìs; * & magnitúdinis ejus non eſt finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua, * & poténtiam tuã pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur, * & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent, * & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ ſuavitátis tuæ eructábunt, * & juſtítiâ tuâ exultábunt.

*Ant.* Generátio & generátio laudábit ópera tua, & poténtiam tuam pronuntiábunt.

*Ant.* 4. *D.* Fidélis.

DIVIS. DU PSEAUME 144.

MIſerátor & miſéricors Dóminus; * pátiens, & multùm miſéricors.

Suávis Dóminus univerſis, * & miſeratiónes ejus ſuper ómnia ópera ejus.

Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; * & ſancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent, * & poténtiam tuam loquentur;

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium ſeculórum; * & dominátio tua in omni generatióne & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis, * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt, * & érigit omnes eliſos.

Oculi ómnium in te ſperant, Dómine; * & tu das eſcam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam, * & imples omne ánimal benedictióne.

*Ant.* Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis, & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

*Ant.* 8. c. Propè eſt Dóminus.

AUTRE DIVIS. DU PS. 144.

JUſtus Dóminus in ómnibus viis ſuis, * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Propè eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum, * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium ſe fáciet, & deprecatiónem eórum exáudiet, * & ſalvos fáciet eos.

Cuſtódit Dóminus omnes diligentes ſe, * & omnes peccatóres diſperdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum: * & benedícat omnis caro nómini ſancto ejus in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

*Ant.* Propè eſt Dóminus

ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Capitule. *Rom.* 10.

Corde créditur ad juſtítiam, ore autem confeſſio fit ad ſalútem; dicit enim Scriptúra: Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim eſt diſtínctio Judæi & Græci: nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum.

Hymne.

O Fortis, ô clemens Deus,
Salútis auctor, tu fidem
Noſtris potenter ínſere,
Germen ſalútis, córdibus.
Hinc omne robur dúcimus:
Hæc arma nobis; hoc manus
Protecta ſcuto, flámmea
Retundet hoſtis ſpícula.
Hinc fúndimus preces tibi
Sacri ſub umbra nóminis,
Quo nítitur ſpes ómnium
Uno ſalútis pígnore.
Placátus illo nómine,
Labántibus feres opem;
Dabiſque, ſanctam dégener
Ne vita déturpet fidem.
Sit laus Patri, laus Fílio:
Par ſit tibi laus, Spíritus,
Infúſa per quem córdibus
Relúcet imis véritas. Amen.

℣. Os meum annuntiábit juſtítiam tuam, ℟. Totâ die ſalutáre tuum.

*A* Magníficat. *Ant.* 7. G. Potens eſt Dóminus, & ſanctum nomen ejus.

## *A COMPLIES.*

*Ant.* 1. f. Salvum me fac, Dómine.

Pseaume 11.

SAlvum me fac, Dómine, quóniam defécit ſanctus; * quóniam diminutæ ſunt veritátes à fíliis hóminum.

Vana locúti ſunt unuſquiſque ad próximum ſuum: * lábia dolóſa, in corde & corde locúti ſunt.

Diſperdat Dóminus univerſa lábia dolóſa, * & linguam magníloquam;

Qui dixérunt: Linguam noſtram magnificábimus, lábia noſtra à nobis ſunt: * quis noſter Dóminus eſt?

Propter miſériam ínopum, & gémitum páuperum, * nunc exurgam, dicit Dóminus.

Ponam in ſalutári: * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia caſta: * argentum igne examinátum, probátum terræ, purgátum ſéptuplum.

Tu, Dómine, ſervábis nos; * & cuſtódies nos à generatióne hac in æternum.

In circúitu ímpii ámbulant: * ſecundùm altitúdinem tuam multiplicaſti fílios hóminum.

Pseaume 38.

DIxi: Cuſtódiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Póſui ori meo cuſtódiam, * cùm consíſteret peccátor adversùm me.

Obmútui, & humiliátus ſum, & sílui à bonis; * & dolor meus renovátus eſt.

Concáluit cor meum intra me, & in meditatióne mea exardeſcet ignis: * locútus ſum in lingua mea.

Notum fac mihi, Dómine, finem meum, & nú-

merum diérum meórum, quis eſt; * ut ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurábiles poſuiſti dies meos: * & ſubſtántia mea tanquam nihilum ante te.

Verúmtamen univerſa vánitas, * omni homos vivens.

Verúmtamen in imágine pertranſit homo; * ſed & fruſtrà conturbátur.

Theſaurízat, & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ eſt expectátio mea? nonne Dóminus? * & ſubſtántia mea apud te eſt.

DIVIS. DU PSEAUME 38.

AB ómnibus iniquitátibus meis érue me: * oppróbrium inſipienti dediſti me.

Obmútui, & non apérui os meum; * quóniam tu feciſti.

Amove à me plagas tuas: * à fortitúdine manûs tuæ ego deféci in increpatiónibus.

Propter iniquitátem corripuiſti hóminem, & tabeſcere feciſti ſicut aráneam ánimam ejus: * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaudi oratiónem meam, Dómine, & deprecatiónem meam: * áuribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas, quóniam ádvena ego ſum apud te, & peregrínus, * ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrígerer: * priuſquàm ábeam, & ámpliùs non ero.

*Ant.* Salvum me fac, Dómine, quóniam diminutæ ſunt veritátes à fíliis hóminum.

---

# LE VENDREDI A NONE.

*Ant.* 6. Deus meus.

PSEAUME 21.

DEus, Deus meus, réſpice in me: quare me dereliquiſti? * longè à ſalúte meâ verba delictórum meórum.

Deus meus, clamábo per diem, & non exáudies; * & nocte, & non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autem in ſancto hábitas, * laus Iſrael.

In te ſperavérunt patres noſtri: * ſperavérunt, & liberaſti eos.

Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt: * in te ſperavérunt, & non ſunt confuſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo; * oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis.

Omnes videntes me, deriſérunt me: * locúti ſunt lábiis, & movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum; * ſalvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extraxiſti me de ventre; * ſpes mea ab ubéribus matris meæ.

In te projectus ſum ex útero: * de ventre matris meæ Deus meus es tu.

DIVISION DU PSEAUME 21.

[DEus meus] ne diſcéſſeris à me, * quóniam tribulátio próxima eſt, quóniam non eſt qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi : * tauri pingues obſedérunt me.

Aperuérunt ſuper me os ſuum, * ſicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúſus ſum, * & diſperſa ſunt ómnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens * in médio ventris mei.

Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit fáucibus meis ; * & in púlverem mortis deduxiſti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi ; * concílium malignántium obſédit me.

Fodérunt manus meas & pedes meos : * dinumeravérunt ómnia oſſa mea.

Ipſi verò conſideravérunt & inſpexérunt me : * diviſérunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſérunt ſortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum á me : * ad defenſiónem meam cónſpice.

Erue à frámea, Deus, ánimam meam, * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis, * & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis : * in médio eccléſiæ laudábo te.

AUTRE DIVIS. DU PS. 21.

QUi timétis Dóminum, laudáte eum ; univerſum ſemen Jacob, glorificáte eum : * tímeat eum omne ſemen Iſraël.

Quóniam non ſprevit, neque deſpéxit deprecatiónem páuperis ; nec avertit fáciem ſuam à me : * & cùm clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in eccléſia magna : * vota mea reddam in conſpectu timéntium eum.

Edent páuperes, & ſaturabuntur ; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum : * vivent corda eórum in ſéculum ſéculi.

Reminiſcentur & convertentur ad Dóminum univerſi fines terræ : * & adorábunt in conſpectu ejus univerſæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini eſt regnum, * & ipſe dominábitur géntium.

Manducavérunt & adoravérunt omnes pingues terræ : * in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.

Et ánima mea illi vivet ; * & ſemen meum ſérviet ipſi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra, * & annuntiábunt cœli juſtítiam ejus pópulo qui naſcétur, quem fecit Dóminus.

*Ant.* Deus meus, quare me dereliquiſti ? longè à ſalúte meâ verba delictórum meórum.

CAPITULE. *Thren.* 5.

QUare in perpétuum oblivíſcéris noſtri ? derelinques nos in longitúdine diérum ? Converte nos, Dómine, ad te, & convertémur : innova dies noſtros, ſicut à princípio ; ſed projíciens repuliſti nos, irátus es contra nos vehementer.

℟. *br.* Uſquequò, Dómine, Oblivíſcéris me in finem? Uſquequò. ℣. Uſquequò exaltábitur inimícus meus ſuper me? * Oblivíſcéris. Glória. Uſquequò.

℣. Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: ℟. Ne oblivíſcáris páuperum.

## *A VEPRES.*

*Ant.* 4. A. Supra dorſum.

PSEAUME 128.

SÆpè expugnavérunt me à juventúte mea: * dicat nunc Iſrael.

Sæpè expugnavérunt me à juventúte mea; * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorſum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitátem ſuam.

Dóminus juſtus * concídit cervíces peccatórum.

Confundantur & convertantur retrorsùm * omnes qui odérunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectórum, * quod, priuſquàm evellátur, exáruit:

De quo non implévit manum ſuam, qui metit; * & ſinum ſuum, qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant: Benedíctio Dómini ſuper vos: * benedíximus vobis in nómine Dómini.

*Ant.* Supra dorſum meum fabricavérunt peccatóres: prolongavérunt iniquitátem ſuam.

*Ant.* 2. Poſuiſti.

PSEAUME 138.

DOmine, probaſti me, & cognoviſti me: * tu cognoviſti ſeſſiónem meam, & reſurrectiónem meam.

Intellexiſti cogitatiónes meas de longè: * ſémitam meam & funículum meum inveſtigaſti.

Et omnes vias meas prævidiſti, * quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognoviſti ómnia, noviſſima & antíqua: * tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Mirábilis facta eſt ſciéntia tua ex me: * confortáta eſt, & non pótero ad eam.

Quò ibo à ſpíritu tuo? * & quò à fácie tua fúgiam?

Si aſcéndero in cœlum, tu illìc es: * ſi deſcéndero in infernum, ades:

Si ſúmpſero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris;

Etenim illùc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórſitan ténebræ conculcábunt me; * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obſcurabuntur à te; & nox ſicut dies illuminábitur: * ſicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu poſſediſti renes meos: * ſuſcepiſti me de útero matris meæ.

*Ant.* Poſuiſti ſuper me manum tuam, Dómine; quò à fácie tua fúgiam?

*Ant.* 6. Confitébor tibi.

DIVIS. DU PSEAUME 138.

COnfitébor tibi, [Dómine] quia terribíliter magnificátus es; * mirabília ópera tua, & ánima

mea cognoſcit nimìs.

Non eſt occultátum os meum à te, quod feciſti in occulto; * & ſubſtántia mea in inferióribus terræ.

Imperfectum meum vidérunt óculi tui; & in libro tuo omnes ſcribentur: * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimìs honorificáti ſunt amíci tui, Deus: * nimìs confortátus eſt principátus eórum.

Dinumerábo eos, & ſuper arénam multiplicabuntur: * exurréxi, & adhuc ſum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres: * viri ſánguinum, declináte à me;

Quia dícitis in cogitatióne: * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam? * & ſuper inimícos tuos tabeſcébam?

Perfecto ódio óderam illos; * & inimíci facti ſunt mihi.

Proba me, Deus, & ſcito cor meum: * intérroga me, & cognoſce ſémitas meas;

Et vide ſi via iniquitátis in me eſt, * & deduc me in via ætérna.

*Ant.* Confitébor tibi, Dómine, quia terribíliter magnificátus es; ánima mea cognoſcit nimìs.

*Ant.* 3. b. Cuſtódi me, Dómine.

PSEAUME 139.

ERipe me, Dómine, ab hómine malo: * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde: * totâ die conſtituébant prælia.

Acuérunt linguas ſuas ſicut ſerpentis: * venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Cuſtódi me, Dómine, de manu peccatóris; * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt ſupplantáre greſſus meos: * abſcondérunt ſuperbi láqueum mihi.

Et funes extendérunt in láqueum: * juxtà iter ſcándalum poſuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu; * exaudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ.

*Ant.* Cuſtódi me, Dómine, de manu peccatóris.

*Ant.* 7. c. Dómine, Dómine.

DIVIS. DU PSEAUME 139.

DOmine, Dómine, virtus ſalútis meæ, * obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, à deſidério meo peccatóri: * cogitavérunt contra me; ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.

Caput circúitus eórum; * labor labiórum ipſórum opériet eos.

Cadent ſuper eos carbónes: in ignem dejícies eos; * in miſériis non ſubſiſtent.

Vir linguóſus non dirigétur in terra: * virum injuſtum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis, * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen juſti confitebuntur nómini tuo; * & habitábunt recti cum vultu tuo.

*Ant.* Dómine, Dómine,

virtus ſalútis meæ, ne derelinquas me.

CAPITULE. *Hébr.* 12.

DEponentes omne pondus & circumſtans nos peccátum, per patiéntiam currámus ad propóſitum nobis certámen; aſpicientes in auctórem fídei & conſummatórem Jeſum, qui, propóſito ſibi gáudio, ſuſtínuit crucem, confuſióne contemptâ.

HYMNE.

LUgéte, pacis Angeli:
Mortális en ultrò Deus,
Culpæ gerens imáginem,
Pœnam nocentûm ſúſtinet.

Amóris ô miráculum!
O cordis humáni ſtupor!
Inſons Deus neci datur;
Pigébit & ſontes pati.

Nos ſempiternis crux tua,
O Chriſte, flammis éruit:
Hîc ure vindex, hîc ſeca,
Parcas in æternum modò.

Caro reclámat; ſed Patris
Urget voluntas: nos tuâ
Virtúte da fortes ſequi,
Jeſu, quod exemplo doces.

Livóre ſanátos tuo,
Tuóque lotos ſánguine,
Peccando ne novam ſinas
Paráre nos tibi crucem.

Qui Fílium tradit, Patri,
Natóque ſit laus víctimæ:
Par ſit tibi laus, qui ſacram
Succendis aram, Spíritus.
Amen.

℣. Clamávi ad te, Dómine, totâ die: ℟. Expandi ad te manus meas.

*A* Magníficat. *Ant.* Fecit Dóminus poténtiam in bráchio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

## *A COMPLIES.*

*Ant.* 1. Ne derelinquas me.

PSEAUME 37.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me;

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ: * non eſt pax óſſibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: * & ſicut onus grave gravátæ ſunt ſuper me.

Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum & curvátus ſum uſquè in finem: * totâ die contriſtátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus; * & non eſt ſánitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliátus ſum nimìs: * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne deſidérium meum; * & gémitus meus à te non eſt abſcónditus.

Cor meum conturbátum eſt, derelíquit me virtus mea; * & lumen oculórum meórum, & ipſum non eſt mecum.

DIVIS. DU PSEAUME 37.

AMíci mei, & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & ſtetérunt.

Et qui juxta me erant, de longè ſtetérunt; * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes, * & dolos totâ die meditabantur.

Ego autem tanquam ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum.

Et factus ſum ſicut homo non áudiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, ſperávi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequando ſupergáudeant mihi inimíci mei: * &, dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.

Quóniam ego in flagella parátus ſum; * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo; * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mihi vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me, * & multiplicáti ſunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniam ſequébar bonitátē.

Ne derelinquas me, Dómine, Deus meus, ne diſcéſſeris à me: * intende in adjutórium meum, Dómine Deus ſalútis meæ.

PSEAUME 55.

MIſerére meî, Deus, quóniam conculcávit me homo: * totâ die impugnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die, * quóniam multi bellantes adversùm me.

Ab altitúdine diéi timébo; * ego verò in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos, in Deo ſperávi: * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur: * adversùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

In habitábunt, & abſcondent: * ipſi calcáneum meum obſervábunt.

Sicut ſuſtinuérunt ánimam meam, pro níhilo ſalvos fácies illos: * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi: * poſuiſti lácrymas meas in conſpectu tuo, ſicut & in promiſſióne tua.

Tunc convertentur inimíci mei retrorsùm * in quacumque die invocávero te.

Ecce cognóvi, * quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum: * in Dómino laudábo ſermónem.

In Deo ſperávi: * non timébo quid fáciat mihi homo.

In me ſunt, Deus, vota tua; * quæ reddam laudatiónes tibi;

Quóniam eripuiſti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapſu; * ut pláceam coram Deo in lúmine viventium.

*Ant.* Ne derelinquas me, Dómine; Deus meus, ne diſcéſſeris à me.

# LE SAMEDI A NONE.

*Ant.* 8. c. Pauper.

PSEAUME 59.

DEus, repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: * irátus es, & miſertus es nobis.

Commoviſti terram, & conturbaſti eam: * ſana contritiónes ejus, quia commóta eſt.

Oſtendiſti pópulo tuo dura: * potaſti nos vino compunctiónis.

Dediſti metuéntibus te ſignificatiónem, * ut fúgiant à fácie arcûs.

Ut liberentur dilecti tui: * ſalvum fac déxterâ tuâ, & exaudi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo: * lætabor, & partíbor Síchimam, & convallem tabernaculórum metíbor.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes; * & Ephraïm fortitúdo cápitis mei:

Júda rex meus, * Moab olla ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: * mihi alienígenæ ſúbditi ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonnè tu, Deus, qui repuliſti nos? * & non egrediéris, Deus, in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem; * & ipſe ad níhilum dedúcet tribulantes nos.

PSEAUME 73.

UT quid, Deus, repuliſti in finem? * irátus eſt furor tuus ſuper oves páſcuæ tuæ?

Memor eſto congregatiónis tuæ, * quam poſſediſti ab inítio.

Redemiſti virgam hæreditátis tuæ: * mons Sion, in quo habitaſti in eo.

Leva manus tuas in ſuperbias eórum in finem: * quanta malignátus eſt inimícus in ſancto!

Et gloriáti ſunt qui odérunt te, * in médio ſolemnitátis tuæ.

Poſuérunt ſigna ſua, ſigna; & non cognovérunt: * ſicut in éxitu ſuper ſummũ.

Quaſi in ſylva lignórum ſecúribus excidérunt jánuas ejus in idipſum: * in ſecúri & áſcia dejecérunt eam.

Incendérunt igni ſanctuárium tuum: * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde ſuo cognátio eórum ſimul: * Quiéſcere faciámus omnes dies feſtos Dei à terra.

Signa noſtra non vídimus: jam non eſt prophéta: * & nos non cognoſcet ámpliùs.

DIVIS. DU PSEAUME. 73.

USquequò, Deus, improperábit inimícus? * irrítat adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam & déxteram tuam * de

médio ſinu tuo in finem ?

Deus autem, rex noſter ante ſécula, * operátus eſt ſalútem in médio terræ.

Tu confirmaſti in virtúte tua mare ;* & contribulaſti cápita dracónum in aquis.

Tu confregiſti cápita dracónis : * dediſti eum eſcam pópulis Æthíopum.

Tu dirupiſti fontes & torrentes : * tu ſiccaſti flúvios Ethan.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox : * tu fabricátus es auróram & ſolem.

Tu feciſti omnes términos terræ : * æſtátem & ver, tu plaſmaſti ea.

Memor eſto hujus, inimícus improperávit Dómino ; * & pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béſtiis ánimas confitentes tibi ; * & ánimas páuperum tuórum ne obliviſcáris in finem.

Réſpice in teſtamentum tuum ; * quia repléti ſunt, qui obſcuráti ſunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúſus : * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exurge, Deus, júdica cauſam tuam : * memor eſto improperiórum tuórum, eórum quæ ab inſipiente ſunt totâ díe.

Ne oblivíſcáris voces inimicórum tuórum : * ſuperbia eórum qui te odérunt, aſcendit ſemper.

*Ant.* Pauper & inops laudábunt nomen tuum, Dómine.

CAPITULE. *Philip.* 4.

Quæcumque ſunt vera, quæcumque pudíca, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabília, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplínæ, hæc cogitáte.

℟. *br.* Mandaſti juſtítiam * Teſtimónia tua. Mandaſti. ℣. Et veritátem tuam nimis, * Teſtimónia tua. Glória Patri. Mandaſti.

℣. Feci judícium & juſtítiam : ℟. Non tradas me calumniántibus me.

*A. VEPRES.*

*Ant.* 4. *D.* Beáti omnes.

*PSEAUME* 127.

Beáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis : * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui ſicut novellæ olivárum * in circúitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion ; * & vídeas bona Jerúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem ſuper Iſrael.

*Ant.* Beáti omnes qui timent Dóminum, qui ámbulant in viis ejus.

*Ant.* 1. a. Surge, Dómine.

PSEAUME 131.

Memento, Dómine, David, * & omnis

manſuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in tabernáculum domûs meæ, * ſi aſcéndero in lectum ſtrati mei :

Si dédero ſomnum óculis is, & pálpebris meis mitatiónem, * & réem tempóribus meis,

Donec invéniam locum mino, * tabernáculum o Jacob.

Ecce audívimus eam in Ephráta : * invénimus eam in campis ſylvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubì ſtetérunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam ; * tu & arca ſanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induantur juſtítiam ; * & ſancti tui exultent.

Propter David ſervum tuum, * non avertas fáciem Chriſti tui.

*Ant.* Surge, Dómine, in réquiem tuam ; & ſancti tui exultent.

*Ant.* 7. ç. Sion réquies mea.

DIVIS. DU PSEAUME 131.

JUrávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrábitur eam : * De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodíerint fílii tui teſtamentum meum, * & teſtimónia mea hæc quæ docébo eos ;

Et fílii eórum uſque in ſéculum * ſedébunt ſuper ſedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion ; * elégit eam in habitatiónem ſibi.

Hæc réquies mea in ſéculum ſéculi : * hîc habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes ejus ſaturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam ſalutári ; * & ſancti ejus exultatióne exultábunt.

Illùc produ̇cam cornu David : * parávi lucernam Chriſto meo.

Inimícos ejus índuam confuſióne ; * ſuper ipſum autem efflorébit ſanctificátio mea.

*Ant.* Sion réquies mea in ſéculum ſéculi : ſancti ejus exultatióne exultábunt.

*Ant.* 2. Deus meus.

PSEAUME 143.

BEnedictus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Miſericórdia mea, & refúgium meum ; * ſuſceptor meus, & liberátor meus.

Protector meus, & in ipſo ſperávi : * qui ſubdit pópulum meum ſub me.

Dómine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei ? * aut fílius hóminis, quia réputas eum ?

Homo vanitáti símilis factus eſt : * dies ejus ſicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclína cœlos tuos, & deſcende : * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruſcatiónem, & diſſipábis eos : * emitte ſagittas tuas, & conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto : éripe me, & líbera

me de aquis multis, * de manu filiórum alienórum,

Quorum os locútum eſt vanitátem; * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

*Ant.* Deus meus, miſericórdia mea, & ſuſceptor meus.

*Ant.* 6. Beátus.

DIVIS. DU PSEAUME 143.

DEus, cánticum novum cantábo tibi: * in pſaltério decachordo pſallam tibi.

Qui das ſalútem régibus; * qui redemiſti David ſervum tuum de gládio maligno, éripe me,

Et érue me de manu filiórum alienórum, quorum os locútum eſt vanitátem; * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis:

Quorum fílii ſicut novellæ plantatiónes * in juventúte ſua.

Fíliæ eórum compóſitæ, * circumornátæ ut ſimilitúdo templi.

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud.

Oves eórum fetóſæ, abundantes in egréſſibus ſuis; * boves eórum craſſæ.

Non eſt ruína macériæ, neque tránſitus, neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui hæc ſunt: * beátus pópulus, cujus Dóminus Deus ejus.

*Ant.* Beátus pópulus, cujus Dóminus Deus ejus.

CAPITULE. *Tit.* 2.

SAlvátor noſter Jeſus Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redímeret ab omni iniquitáte: & mundáret ſibi pópulum acceptábilem, ſectatórem bonórum óperum.

HYMNE.

SUpreme motor córdium,
Tu ſanctitátis frúgibus
Juſtos ab orbe cóndito
Tenóre ditas pérpeti.

Hîc ſpes, fides & cáritas
Dulci cohærent vínculo:
Præſentis ævi poſt diem,
Manébit una cáritas.

O cáritas! ô véritas!
O lux perennis! en erit,
Poſt tot labóres, ut tuo
Tandem fruámur Sábbato.

Hîc mille per diſcrímina
Semen gementes ſpárgimus:
Illîc ovante ſpléndidam
Geſtábimus meſſem manu.

Tu trine, tu potens Deus,
Fructus adauge quos petis:
Mox dona, juſtus árbiter,
Cœlo coronábis tua. Amen.

℣. Beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo; ℟. Et exaltábit manſuétos in ſalútem.

*L'Antienne à* Magníficat, *eſt au Propre.*

## *A COMPLIES.*

*Ant.* 8. G. Miſerére meî.

PSEAUME 50.

MIſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra

me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci; * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti: * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam; * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua; * & ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas; * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries; * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes ſacrifícium, dediſſem útiquè; * holocauſtis non delectáberis.

Sacrifícium Deo ſpíritus contribulátus: * cor contrítum & humiliátum, Deus, non deſpícies.

Benignè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificentur muri Jerúſalem.

Tunc acceptábis ſacrifícium juſtítiæ, oblatiónes & holocauſta; * tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

PSEAUME 85.

INclína, Dómine, aurem tuam, & exaudi me; * quóniam inops & pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam meam, quóniam ſanctus ſum: * ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperantem in te.

Miſerére meî, Dómine; * quóniam ad te clamávi totâ die.

Lætífica ánimam ſervi tui; * quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, ſuávis & mitis; * & multæ miſericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam; * & intende voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudiſti me.

Non eſt símilis tuî in diis, Dómine; * & non eſt ſecundùm ópera tua.

Omnes gentes, quaſcumque feciſti, vénient & adorábunt coram te, Dómine, * & glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília: * tu es Deus ſolus.

DIVIS. DU PSEAUME 85.

DEduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in

veritáte tua : * lætétur cor meum , ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi , Dómine Deus meus , in toto corde meo , * & glorificábo nomen tuum in æternum ;

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me , * & eruiſti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus ; iníqui inſurrexérunt ſuper me , & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam ;* & non propoſuérunt te in conſpectu ſuo.

Et tu , Dómine , Deus miſerátor & miſéricors , * pátiens , & multæ miſericórdiæ & verax.

Réſpice in me , & miſerére meî : * da impérium tuum púero tuo , & ſalvum fac fílium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum , ut vídeant qui odérunt me , & confundantur ; * quóniam tu , Dómine , adjuviſti me , & conſolátus es me.

*Ant.* Miſerére meî , Dómine ; quóniam ad te clamávi totâ die.

---

# PRIERE POUR LE ROI.

*Ant. 6.* C. Dómine Deus.

PSEAUME 19.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiónis : * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de ſancto , * & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrifícii tui , * & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecundùm cor tuum , * & omne conſílium tuum confirmet.

Lætábimur in ſalutári tuo , * & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nunc cognóvi quóniam ſalvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum.

Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo : * in potentátibus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus , & hi in equis ; * nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt , & cecidérunt ; * nos autem ſurréximus , & erecti ſumus.

Dómine , ſalvum fac regem ; * & exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

*Ant.* Dómine Deus, tu regnáre feciſti ſervum tuum : dabis ergo ſervo tuo cor dócile ; ut pópulum tuum judicáre poſſit , & diſcérnere inter bonum & malum.

℣. Deus , judícium tuum Regi da , ℟. Et juſtítiam tuam fílio Regis.

ORAISON.

QUæſumus , omnípotens Deus , ut fámulus tuus Rex noſter *N.* qui tuâ miſeratióne ſuſcépit regni gubernácula , virtútum étiam ómnium percípiat incrementa ; quibus decenter ornátus , vitiórum monſtra devitáre (hoſtes ſuperáre) & ad te , qui via , véritas & vita es, gratióſus váleat pervenire : Per Chriſtum.

# PROPRE DU TEMPS.

## MÉMOIRES DE LA VIERGE.

*Depuis le Samedi avant le I. Dimanche de l'Avent juſqu'au 14 Décembre incluſivement.*

*Ant.* 4. A.


Ecce Virgo concipi-et & pa-ri-et fi-



li um, & vocabitur nomen e-jus Emmanu-el.

℣. Jurávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrábitur eam ; ℟. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

ORAISON.

DEus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere voluiſti : præſta ſupplícibus tuis, ut, qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur : Per.

*Depuis le 2 Janvier juſqu'à la Préſentation de N. S.*

*Ant. du* 7.


Be-a-tus venter qui te portavit, & ubera



quæ ſuxiſti. Quinimmò be-a- ti qui audiunt ver-



bum De-i, & cuſto- di-unt illud.

℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam. ℟. Avertiſti captivitátem Jacob.

ORAISON.

DEus, qui ſalútis æternæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ humáno géneri præmia præſtitiſti : tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum ; Qui tecum.

## SAMEDI AVANT LE I. DIM. DE L'AVENT.

*A VEPRES, Pſſ. du Samedi ſous la ſeule Ant. ſuiv.*




*Ant.* 1. a. D O- mine exer- ci- tu um,

uſquequò tu non miſe- rebe-ris Jeru- ſalem, &

urbi-um Juda, quibus i-ra- tus es!

CAPITULE. *Jerem.* 23.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus, & ſuſcitábo David germen juſtum : & regnábit rex, & ſápiens erit, & fáciet judícium & juſtítiam in terra. ℟. Deo grátias.

*Après le Cap.* ℟. *de* 5. ROra- te, cœ- li, de- ſuper,

& nu- bes plu- ant juſ-tum : * Ape- ri-

a- tur ter- ra, & germinet Salvato- rem;

& juſti- ti-a ori- a- tur ſi- mul.

℣. Spiri-tus & ſponſa dicunt; Ve- ni :

& qui audit, di-cat, ve- ni. * Ape- ri-a-

tur. Glori-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-

ri- tu-i Sanc- to. * Ape- ri-a- tur.

HYMNE, *de* 5. CRe-ator alme ſiderum, Intende votis

ſupplicum, Tu-æ memor clementi-æ, Veni, Re-




Delúſus hoſtis fráudibus,
*Mundus jacèbat pérditus :*
Quid non tuus poteſt amor!
Fis pérditi mundi ſalus.
Ut tu piáres ſánguine
Quod nos ſcelus commíſimus,
Te Vírginis claudis ſinu
Patri Deo par víctima.
Salútis auctor vix ades,
Et cœlites & ínferi,
Tremente curváti genu,
Subdunt tuo ſe Númini.
Te deprecámur ſéculi
Olim futúrum júdicem;
Tuâ potenti grátiâ
Duc per tuas nos ſémitas.
Qui liberátor ádvenis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Oriétur in diébus ejus juſtítia, ℟. Et abundántia pacis.




*Oraiſon*, Excita. *aux Vêpres du Dimanche ſuivant.*
*A COMPL. Pſſ. du Samedi. Le reſte au I. Dim. de l'Avent.*

## LE I. DIMANCHE DE L'AVENT.

### *A NONE, Pſeaumes du Dimanche.*



CAPITULE. *Ezech.* 39.

POnam glóriam meam in géntibus : & vidébunt omnes gentes judícium meum quod fécerim, & manum meam quam poſúerim ſuper eos ; & ſcient domus Iſrael quia ego Dóminus Deus eórum à die illa, & deinceps.

℟. *br.* Lætentur & exultent gentes ; * Quóniam júdicas pópulos in æquitáte. Lætentur. ℣. Et gentes in terra dírigis ; * Quóniam. Glória Patri. Lætentur.

℣. Jubiláte in conſpectu regis Dómini ; ℟. Quóniam venit judicáre terram.

## *A VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*




Dómini



Domini ſalvus e- rit qui- a in monte Si- on



erit ſalva- ti-o, al- le-lu-ia.

C A P I T U L E. *Apoc.* 22.

QUi juſtus eſt juſtificétur adhuc, & ſanctus ſanctificétur adhuc. Ecce vénio citò, & merces mea mecum eſt, réddere unicuíque ſecundùm ópera ſua.

HYMNE, *du* 5. 

STatuta decreto De-i Tandèm propinquant



tempora: Emptus tot annorum morâ aſſulget è



cœlo di-es.

Patris nefando crímine
Proles jacébat ſáucia:
In mortis umbra cónditum
Sedébat húmanam genus.

Morti ſecundæ débitos
Et ſempiternis ígnibus
Horrenda juſti júdicis
Manébat expectátio.

Heu! quis ruínæ tàm gravis
Sarcíre damna, quæ manus
Afferre tàm grandi queat
Parem medélam vúlneri?

Tu, Chriſte, tu ſolus tuo
Delápſus è throno Deus,
Imágini potes tuæ
Formam decuſque réddere.

Roráte, cœli, déſuper;
Juſtumque fœcundo ſinu
Compléxa tellus pérdito
Orbi ſalútem gérminet.

Sit ſempiterna laus tibi,
Verbum Patris factum caro,
Cum Patre, cumque Spíritu,
Nunc, & per omne ſéculum. Amen.

℣. Excita poténtiam tuam, & veni,
℟. Ut ſalvos fácias nos.

*A* Magníficat. 

*Ant.* 6. Vigila- te, omni tempo-



re o- rantes, ut digni habe-a- mini ſta-



re ante Fi- li-um hominis, alle- lu ia.

## ORAISON.

EXcita, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni ; ut ab imminéntibus peccatórum noſtrórum perículis te mereámur protegente éripi, te liberante ſalvári : qui vivis & regnas..... in unitáte Spíritus, &c.

*L'Oraiſon du Dimanche ſert pour toute la ſemaine, à moins qu'il ne ſoit marqué autrement.*

## *A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche.*







HYMNE du 2.










Deſideráte géntibus
Verbum Patris, mundi ſalus
Audi preces geméntium,
Tandemque lapſos éxcita.

Adſis, Redemptor, & tuæ
Plebis reláxans crímina,
Adæ ſcelus quas cláuſerat
Reclúde cœleſtes domos.

¶ Qui liberátor ádvenis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

*Cette Hymne ſert pour toutes les Féries de l'Avent, excepté aux Fêtes qui en ont de propre, qu'on chante ſur le ton de la précédente, avec ſa Doxologie.*

*Capitule & ℟. bref, comme au Pſeautier, page* 10.

A Nunc dimittis.







*Le reſte, comme à Complies du Pſeautier.*

# FÉRIES DE L'AVENT.

## *A NONE.*

*Doxologie*, ¶ Qui liberátor, &c. *ci-deſſus.*



*Ant.* I. *f.* Expecta-ti-o Iſ-ra- el, Salvator



e-jus in tempore tribula-ti-o-nis, ne de-relinquas nos.

CAPITULE. *Jérém.* 50.

IN témpore illo, ait Dóminus, quærétur iníquitas Iſrael, & non erit ; & peccátum Juda, & non inveniétur : quóniam propítius ero eis quos relíquero.

℟. *br.* Propè timentes Dóminum, * Salutáre ipsíus. Propè. ℣. Ut inhábitet glória in terra noſtra, * Salutáre. Glória Patri. Propè.

℣. Juſtítia ante eum ambulábit, ℟. Et ponet in via greſſus ſuos.

*Aux Féries de l'Avent, du Carême & des Quatre Temps, on dit à genoux les Prieres ſuivantes.*

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter. *tout bas.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem : ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine Deus virtútum, converte nos ; ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam ; ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*L'Oraiſon convenable, après quoi on dit :*

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

## *A VEPRES.*

*Pſſ. de la Férie occurrente ſous la ſeule Antienne ſuiv.*



*Ant.* 6. Exaudi, Domine ; pla-care, Do-



mine ; attende & fac : ne more- ris prop-



ter temetipſum, Deus me- us.

CAPITULE. *Habacch.* 2.

APparébit in finem, & non mentiétur : ſi moram fécerit, expecta illum ; quia véniens véniet, & non tardábit.

*Hymne*, Statúta. *ci-deſſus, page 49.*

℣. Adjútor meus, & protector meus tu es ;

℟. Deus meus, ne tardáveris.

*A* Magníficat. *Ant. propre, ci-après pour chaque Férie.*

*Prieres qu'on dit à genoux.*

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter. *tout bas.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem ; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ego dixi : Dómine miſerére meî. ℟. Sana ánimam meam quia peccávi tibi.

℣. Convertere, Dómine, úſquequò ? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos. ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam ; ℟. Et ſancti tui exultent.

℣. Orémus pro ſummo Pontífice noſtro *N.* ℟. Paſcat hæreditátem Dómini in innocéntia cordis ſui.

℣. Pro Paſtóre noſtro *N.* ℟. Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum.

℣. Pro univerſa Eccléſia. ℟. Memor eſto congregatiónis tuæ, Dómine, quam poſſediſti ab inítio.

℣. Pro Rege noſtro *N.* ℟. Dómine, ſalvum fac Regem, & exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

℣. Pro cuncto pópulo. ℟. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & benedic hæreditáti tuæ.

℣. Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem : ℟. Fiat pax in virtúte tua, & abundántia in túrribus tuis.

℣. Orémus pro frátribus noſtris abſéntibus. ℟. Benefac, Dómine, bonis & rectis corde.

℣. Pro infirmis, afflictis, & captívis. ℟. Líbera, Deus, Iſrael ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis. ℟. Edúcat eos Dóminus in lucem, & vídeant juſtítiam ejus.

*Pſ.* Miſerére. *p.* 42, *à la fin duquel on dit* Glória Patri, &c.

℣. Dómine Deus virtútum, converte nos : ℟. Et oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos ; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam ; ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vóbiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*On dit l'Oraiſon convenable. S'il n'y en a point de propre, on dit celle du Dimanche précédent.*

*Après* Benedicámus. *on fait les mémoires occurrentes, s'il y en a. Enſuite celle de la Vierge,* Ecce. *page* 45.

## *LES SUFFRAGES.*

*Depuis la Septuagéſime ( avant la Préſentation de N. S. ) juſqu'au Samedi avant le Dimanche de la Paſſion, & de l'Avent à la Trinité, aux Féries ſeulement.*

### *DE LA CROIX.*

*Ant. du 7.*




℣. In Deo ſalutáre meum. ℟. Et glória mea.

### ORAISON.

PErpétuâ nos, quæſumus, Dómine, pace cuſtódi, quos per lignum ſanctæ Crucis redímere dignátus es; Qui.

### *DE TOUS LES SAINTS.*

*Ant. du* 1.




℣. In æternum exultábunt; ℟. Et habitábis in eis.

*Les noms des Anges, de S. Jean-Baptiſte & de Saint Joſeph (ſi on doit les nommer) doivent être placés avant ceux des Apôtres.*

### ORAISON.

A Cunctis nos, quæſumus, Dómine, mentis & córporis defende perículis; & intercedentibus [ beatâ & glorioſâ ſemper Vírgine Dei Genitríce Maríâ, ] beátis Apóſtolis tuis Petro & Paulo, atque beát. *N.* & ómnibus Sanctis, ſalútem nobis tríbue benignus & pacem: ut, deſtructis adverſitátibus & erróribus univerſis, Ecclésia tua ſecúrâ tibi ſérviat libertáte: Per [ eumdem ] &c.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

### *A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*

*Ant. & Hymne, comme au I. Dimanche de l'Avent.*

*Prieres à genoux.*

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. Pater noſter. *tout bas.* ℟. Et ne nos indúcas in tenta-

tiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Benedictus es, Dómine, Deus Patrum noſtrórum; ℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula.

℣. Benedictum nomen glóriæ tuæ ſanctum; ℟. Et laudábile, & ſuperexaltátum in ómnibus ſéculis.

℣. Benedictus es in firmamento cœli; ℟. Et laudábilis, & glorióſus in ſécula.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noſter: ℟. Benedícat nos Deus.

℣. Exáudi nos, Deus ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium fínium terræ.

℣. Miſerére noſtrî, Dómine; ℟. Miſerére noſtrî.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam, &c.

℣. Dóminus vobiſcum, &c.

ORAISON.

VIſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram, & omnes insídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant; & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dóminum, &c.

℣. Dóminus vobiſcum, &c. ℣. Benedicámus, &c.

## FÉRIES DE LA I. SEM. DE L'AVENT.

### LE LUNDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 8. *G.* Ec- ce prædixi vobis om-ni-a:



cùm videritis hæc fi- eri, ſcito- te quòd in



proximo ſit in oſti-is.

### LE MARDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 7. d. Attendite ne graventur corda veſtra



in crapula, & ebri-e- ta-te, & curis hu- jus vitæ.

### LE MERCREDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 3. c. Vos ſimiles hominibus expectanti-

bus Dominum ſu-um ; ut, cùm ve- nerit, con-

feſtìm ape- ri ant e-i.

LE JEUDI, *à* Magníficat.

*Ant.* 5. F. Ecce veni o : be atus qui vi- gi-lat,

& cuſtodit veſtimenta ſu- a ne nudus ambulet.

LE VENDREDI, *à* Magníficat.

*Ant.* 5. C. Si- cut fulgur coruſcans de ſub

cœ-lo in e-a quæ ſub cœ-lo ſunt, fulget, i-

ta e- rit Fi-li-us hominis in di- e ſu-a.

LE SAMEDI.

*A VEPRES*, *Pſſ. du Samedi. Ant.* Dómine exercítuum. *comme au Samedi avant le I. Dimanche de l'Avent.*

CAPITULE. *Deut.* 18.

PRophétam de gente tua, & de frátribus tuis ſicut me, ſuſcitábit tibi Dóminus Deus tuus : ipſum áudies.

*Hymne*, Creátor. *ci-deſſus*, *page* 46.

℣. Accédite ad eum, & illumináminí ;

℟. Et fácies veſtræ non confundentur.

A Magníficat.

*Ant.* 2. Miſe-rans mi- ſe-rebitur

tu-î, Dominus, & non fa-ci-et avo-la- re à

te ultrà doctorem tu-um ; & e-runt o-culi



tu- i videntes præceptorem tu- um.

*L'Oraiſon* Excita. *à Vêpres du II. Dimanche, ci-après.*

*A COMPLIES, comme au I. Dim. de l'Avent, p.* 50.

---

## LE II. DIMANCHE DE L'AVENT.

### *A NONE, Pſeaumes du Dimanche.*



*Ant.* 5. a. Ponam tenebras coram e-is in



lu- cem, & prava in recta.

CAPITULE. *Iſ.* 60.

ERit tibi Dóminus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctûs tui. Pópulus autem tuus omnes juſti : in perpétuum hæreditábunt terram, germen plantatiónis meæ, opus manûs meæ ad glorificandum.

℟. *br.* Qui ſperant in te, Dómine, * In æternum exultábunt. Qui. ℣. Et habitábis in eis : * In. Glória. Qui.

℣. In lúmine vultûs tui ambulábunt, ℟. Et in nómine tuo exultábunt totâ die.

### *A VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*



*Ant.* 1. f. ECce ego mit- to Ange-



lum me-um, & præparabit vi-am ante faci-em



meam : & ſtatim veniet Domina- tor, alle-lu-ia.



*Ant.* 5. C. Ec-ce ſuper montes pe- des



evangelizan-tis & annunti-antis pa-cem : ce-



lebra, juda, feſtivi-tates tu-as, & redde vota




CAPITULE. *Iſaï.* 40.

SUper montem excelſum aſcende tu, qui evangelízas Sion: exalta in fortitúdine vocem tuam, qui evangelízas Jerúſalem: exalta, noli timére. Dic civitátibus Juda: Ecce Deus veſter.

*Hymne*, Statúta. *ci-deſſus*, *page* 49.

℣. Juſtítia & judícium præparátio ſedis tuæ, Dómine:
℟. Miſericórdia & véritas præcédent fáciem tuam.

*A* Magníficat.





bas de Jo-anne: Hic de quo ſcriptum eſt, Ecce



ego mitto Angelum me-um ante fa-ci-em



tu-am, qui præpara-bit vi-am tu-am ante



te, alle-luia.

ORAISON.

EXcíta, Dómine, corda noſtra ad præparandas Unigéniti tui vias, ut per ejus Adventum, purificátis tibi méntibus ſervíre mereámur: Qui tecum.

*A COMPLIES, comme au I. Dimanche de l'Avent*, 50.

## FÉRIES DE LA II. SEM. DE L'AVENT.

### LE LUNDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 5. a. Dedit te in lu-cem genti-um, ut



educeres de domo car-ceris ſedentes in tenebris.

### LE MARDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 8. *G.* Salva- bo claudicantem, & dabo



vos in lau- dem, cùm convertero captivi-ta- tem



veſtram, dicit Dominus.

### LE MERCREDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 4. A. Ego Dominus exaudiam pauperes:



De- us Iſra-el, non derelinquam e-os.

LE JEUDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 7. ç. De Si- on egredi-e- tur lex, &



verbum Domini de Je-ruſalem.

LE VENDREDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 1. a. Ec- ce teſtem populis de- di



e-um, du- cem ac præceptorem gentibus.

*On omet l'Ant. précédente, ſi on dit l'Ant.* O Sapientia. *marquée ci-après au IV. Dimanche.*

LE SAMEDI.

*Si on a commencé les grandes Ant.* O, *on dira à Vêpres les Ant. propres, ainſi qu'elles ſont marquées ci-après ; ſinon comme il ſuit.*

*A VEPRES, Pſſ. du Samedi.*

*Ant.* Dómine exercítuum. *ci-deſſus, page* 45.

CAPITULE. *Iſ.* 59.

TImébunt qui ab occidente, nomen Dómini ; & qui ab ortu ſolis, glóriam ejus ; cùm vénerit quaſi flúvius violentus quem Spíritus Dómini cogit, & vénerit Sion Redemptor.

*Hymne*, Creátor. *ci-deſſus, page* 46.

℣. Viſitaſti terram, Dómine, ℟. Et inebriaſti eam.

*A* Magníficat.



*Ant.* 5. a. Haurie- tis aquas in



gaudi-o de fon-tibus Sal-vato- ris, & di-ce-



tis in di-e illa : confite-mini Domino, &



invo- ca- te nomen ejus.

*Oraiſon*, Excita, &c. *aux Vêpres du III. Dim. ci-après.*
*A COMPLIES*, *Pſſ. & Hymne du Sam. Le reſte p.* 50.

## LE III. DIMANCHE DE L'AVENT.

*A NONE. Pſſ. du Dimanche.*




CAPITULE. *Mich.* 2.

Congregatióne congregábo, Jacob, totum te : in unum condúcam relíquias Iſrael ; páriter ponam illum quaſi gregem in ovíli, quaſi pecus in médio caulárum : tumultuabuntur à multitúdine hóminum.

℟. *br.* Qui regis Iſrael, intende ; * Qui dedúcis velut ovem Joſeph. Qui regis. ℣. Qui ſedes ſuper Chérubim, manifeſtáre ; * Qui dedúcis. Glória. Qui regis.

℣. Nos pópulus tuus, & oves paſcuæ tuæ, ℟. Confitébimur tibi in ſéculum.

*A VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*



tarum aſſimilatus ſum, alle-luia. *Ant.* 5. C.

Propter hoc ſciet populus me-us nomen me-um in di- e il- la; quia e-go ip-ſe qui loquebar, ecce adſum, al- le- ſu-ia.

*Ant.* 4. A. Bonas fa-cite vi- as veſtras, & ſtudi-a veſtra; & ha-bita- bo vobiſcum, al-le- lu ia.

*Ant.* 6. Sci-ent omnes gen-tes qui-a eſt qui redimat, & li-beret Iſ- ra-el, alle- lu- ia.

CAPITULE. 1. *Mach.* 4.

NUnc clamémus in cœlum; & miſerébitur noſtrî Dóminus, & memor erit teſtamenti patrum noſtrórum.

*Hymne*, Statúta. *page* 49.

℣. Miſericórdia Dómini ab æterno & uſque in æternum,
℟. His qui ſervant teſtamentum ejus.

*A* Magníficat. *Ant.* 3. *a.* Qui poſt me ventu-rus eſt, ante me factus eſt; cujus ego non ſum dig- nus ut ſolvam ejus corrigiam calceamenti.

ORAISON.

EXcíta, Dómine, quæſumus, poténtiam tuam, & veni; ut hi qui in tua pietáte confídunt, ab omni citiùs adverſitáte liberentur; Qui vivis.

*A COMPLIES*, *comme au I. Dim. page* 50.

## FÉRIES DE LA III. SEM. DE L'AVENT.

### LE LUNDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 4. c. Hæreditabunt terram electi me- i ;



qui requi-ſi-e- runt me; & vos qui dereliquiſtis



Dominum, omnes cor ru-e-tis.

*On omet cette Ant. ſi on doit dire l'Ant. O. ainſi aux autres Fér.*

### LE MARDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 1. *a.* Clama ad me, & exaudiam te:



& ſuſcita- bo verbum bonum quod locu-tus



ſum ad domum Iſra-el.

### LE MERCREDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 1. *f.* Dabit il- li Dominus De- us



ſe dem David patris e- jus : & regnabit in



Domo Jacob in æter- num ; & regni e- jus



non e- rit finis.

LE JEUDI & VENDREDI, *à* Magníficat. *on dit l'Ant. O. marquées ci-après.*

## LE SAMEDI, A VEPRES.

*Pſſ. du Samedi, avec les Ant. du Samedi avant le 15 Décembre, ci-après aux Féries de la IV. ſemaine.*

CAPITULE. *Géneſ.* 49.

NOn auferétur ſceptrum de Juda, & dux de femóre ejus, donec véniat qui mittendus eſt; & ipſe erit expectátio géntium.

*Hymne*, Creátor. *page* 46.

℣. Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion:

℟. Domináre in médio inimicórum tuórum.

*A* Magníficat. *Ant.* O. *ci-après.*

*L'Oraiſon*, Excíta. *du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, comme au Samedi précédent.*

---

## LE IV. DIMANCHE DE L'AVENT.

*A NONE. Pſſ. du Dimanche.*




CAPITULE. *Philipp.* 4.

GAudéte in Dómino ſemper: íterùm dico, Gaudéte. Modéſtia veſtra nota ſit ómnibus homínibus; Dóminus propè eſt.

℟. *br.* Lætámini in Dómino, * Et exultáte, juſti. Lætámini. ℣. Et gloriámini, omnes recti corde; * Et. Glória Patri. Lætámini.

℣. Exultáte, juſti, in Dómino: ℟. Rectos decet collaudátio.

*A VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*






C A P I T U L E. *Jérém.* 42.

IN odórem ſuavitátis ſuſcípiam vos, cùm edúxero vos de pópulis, & congregávero de terris in quas diſperſi eſtis, & ſanctificábor in vobis in óculis natiónum.

*Hymne*, Statúta. *page* 49.

℣. Salvos nos fac, Dómine Deus noſter,
℟. Et cóngrega nos de natiónibus.
*A* Magníficat. *Ant.* O. *ci-après.*

ORAISON.

EXcíta, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni, & magnâ virtúte nobis ſuccurre; ut per auxílium grátiæ tuæ, quod noſtra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret. Qui vivis.

*A COMPLIES, comme au I. Dimanche, p. 50.*

## LES GRANDES ANTIENNES O.

*On les commence le 15 Décembre au ſoir; & chacune ſe dit trois fois, 1. avant* Magníficat. *2. avant* Glória Patri. *3. après* Sicut erat.

*Si les Vêpres ſe diſent de quelque Fête, on fait mémoire de l'Avent par l'Ant. O. occurrente, qui ſe dit auſſi trois fois en cet ordre: premiérement l'Ant. enſuite* Glória Patri. *entre lequel &* Sicut erat. *on répete l'Ant. puis on dit* Sicut erat. *& enſuite l'Ant. avec le ℣.* Adjútor. 52, *ſi les Vêpres ſont de la Férie, ou le ℣. propre, ſi c'eſt un Samedi ou un Dimanche. Enfin on dit l'Oraiſon convenable.*

*Depuis le 15 Décembre, que ces Ant. ont commencé, on omet les Prieres à Vêpres & à Complies; mais on les dit à None. Dès ce même jour on ne fait plus à Vêpres mémoire de la S. Vierge, ni des Fêtes ſimples.*

*LE XV. DÉCEMBRE*, à Magníficat.



## *LE XVI*, à Magníficat.




## *LE XVII*, à Magníficat.




## *LE XVIII*, à Magníficat.






LE XIX, à Magníficat.




LE XX, à Magníficat.




LE XXI, à Magníficat.






*LE XXII*, *à* Magníficat.




*LE XXIII*, *à* Magníficat.



## ANTIENNES POUR VEPRES DES FÉRIES DE LA IV. SEMAINE DE L'AVENT.

*On les commence l'après-midi du 16 Décembre. On prend d'abord celles qui ſont marquées pour le jour de la ſemaine qui ſe rencontre le 16, ſoit que ce ſoit un Mardi, ou tout autre jour. Si le 16 eſt un Dimanche, on les commence le lendemain. Celles qui ſe rencontrent le jour auquel on fait l'Office de S. Thomas, ſe diſent l'avant-veille de Noel, c'eſt-à dire, le 23 Décembre. Que ſi ce jour eſt le IV. Dimanche on les omet cette année-là.*

## LE LUNDI APRÉS LE QUINZE DÉCEMBRE.

### *A VEPRES.*






## LE MARDI APRÉS LE QUINZE DÉCEMBRE.

### *A VEPRES.*






## LE MERCREDI APRÉS LE QUINZE DÉCEMBRE.
### *A VEPRES.*






## LE JEUDI APRÉS LE QUINZE DÉCEMBRE.

### *A VEPRES.*






## LE VENDREDI APRÉS LE QUINZE DÉCEMBRE.

### *A VEPRES.*






## LE SAMEDI APRÉS LE QUINZE DÉCEMBRE.

### *A VEPRES.*






# LA VEILLE DE NOEL.

## *A NONE.*

*Si c'eſt un Dimanche, on dit les Pſſ. du Dimanche. Si c'eſt un autre jour, on dit les Pſſ. de la Férie.*




### CAPITULE. *Mich.* 5.

STabit, & paſcet in fortitúdine Dómini, in ſublimitáte nóminis Dómini Dei ſui : & convertentur, quia nunc magnificábitur uſque ad términos terræ ; & erit iſte pax.

℟. *br.* Exultent & lætentur, * Qui quærunt te, Dómine. Exultent. ℣. Et dicant ſemper : Magnificétur Dóminus, * Qui. Glória Patri. Exultent.

℣. Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit : ℟. Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace.

LE XXV. DÉCEMBRE.

# LE JOUR DE NOEL.

ANNUEL.

## *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



jucundita- te in ſempi-ternum.

CAPITULE. *Agg. 2.*

HÆc dicit Dóminus exercítuum : Adhuc unum módicum eſt, & ego commovébo cœlum & terram, & mare & áridam : & movébo omnes gentes : & véniet deſiderátus cunctis géntibus.

℞. *du 6.* E C- ce Deus noſ- ter iſ-

te : expecta- vimus e- um, & ſalva-

bit nos; iſte Do- minus, * Suſtinu-imus e-

um; † Exulta- bimus & læta- bi-

mur in ſaluta- ri e- jus.

℣. Gaude- te in Domino, gaude- te; Do-

minus pro- pè eſt; * Suſtinu-imus.

Glo- ri-a Pa- tri, & Fi- li-o, &

Spi-ri- tu-i Sanc- to. † E- xulta- bimus.

*On répete le* ℞. Ecce. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du 3.* M Iſſum Redemptorem polo, Novumque

to-tus, quà patet Ado-ret orbis Principem



Natum Mari- â Virgine.

Rerum creátor ómnium
Servíle corpus induit
Ut carne carnem líberans ,
Ne pérderet quos cóndidit.
Quod ante mundi témpora
Verbum Patris prodit ſinu,
Ob nóxius nunc témpori
Mortális infans náſcitur.
Fœno cubáre ſúſtinet ,
Præſépe non horret Deus ,
Et índiget lactis cibo
Cibus perennis cœlitûm.
Quæ cárdines mundi rotant ,
Manus ligantur fáſciis :
Imbellis & plorans jacet ,
Ut nos jacentes érigat.
Judex futúrus ſéculi ,
Nunc blandus ad cunas vocat ;
Amóre tanto , mútui
Amóris expoſcit vices.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu , tibi ſit glória
Cum Patre , cumque Spíritu ,
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Expectans expectávi Dóminum , ℟. Et intendit mihi.

*A* Magníficat.



*Ant.* J. *doubler.* Bethleem Ephra-ta ,



parvulus es in mil- libus Juda : ex te



mihi egredi- e- tur qui ſit domina-tor in Iſ-



ra-el ; & egreſ-ſus e- jus ab ini- ti- o , à di-



e-bus æ- terni-ta-tis.

## ORAISON.

Concéde , quæſumus , omnípotens Deus , ut nos unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet , quos ſub peccáti jugo vetuſta ſérvitus tenet ; Per eumdem.

*A COMPLIES. Pſſ. & Capit. de la Férie.*



*Ant.* 1. f. Conſur-ge , fi-li- a Si- on ; lauda

in noĉte, in princi-pi-o vigi- li-a-rum, al-

le- lu-ia.

*Hymne*, Mundi ſalus. *aux II. Vêpres, ci-après.*

A Nunc dimittis. *Ant.* 3. a. Egre- di-a-tur

ut ſplendor juſtus Si- on, & Salvator e-jus

ut lampas accendatur, alle- lu-ia.

## A L'OFFICE DE LA NUIT.

*Tout bas*, Pater. Ave. Credo.

DOmine, lábia mea aperies. ℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam.

*Le Célébrant :* Deus, † in adjutórium meum intende. Dómine, ad adjuvándum me feſtína. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſanĉto : Sicut erat in princípio, & nunc & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Allelúia.

*Invitatoire, de 4.* CHriſ- tus na- tus eſt no- bis :

* Veni- te, a- dore- mus. *Le Chœur.* Chriſ-

tus, &c. *Les Chantres. Pſ.* 94. VE- ni-te, exul-temus Do-

mino, jubilemus Deo ſaluta- ri noſtro : præoccu-

pemus faci-em e- jus in confeſ- ſi-o- ne, &


Le Chœur.
Chriſtus, &c.
in Pſalmis jubi- lemus e- i.
Les Chantres.
Quo- niam Deus magnus Dominus,
& Rex magnus ſuper omnes De-os : quoni- am
non repellet Dominus plebem ſu-am ; quia in
manu ejus ſunt omnes fi- nes terræ, & al-
titudines montium ip- ſe conſpicit.
Le Chœur.
Chriſtus, &c.
Les Chantres.
Quoniam ip ſius eſt mare, & ipſe
fecit il- lud ; & aridam fundaverunt manus e-
jus : Ve- ni- te, adoremus, & procidamus ante
De-um : ploremus coram Domino qui fecit nos,
quia ipſe eſt Dominus De- us noſter ; nos au-
tem populus ejus, & o-ves paſ- cu-æ e-
jus.
Le Chœur.
Chriſtus, &c.
Les Chantres.
Ho- di- è ſi


vocem ejus audi-e-ritis, no-lite obdurare corda
veſtra ; ſicut in exacerbati-o-ne, ſecundùm
diem tentati-onis in deſerto, ubi tentaverunt
me patres veſtri, pro- baverunt & vide-runt
o- pera me- a.
*Le Chœur.* Chriſtus, &c.
*Les Chantres.*
Quadraginta annis proximus fu- i gene-
rationi hu-ic, & dixi : ſemper hi errant cor-
de ; ipſi ve-rò non cognoverunt vi-as me-as,
quibus juravi in i-ra me-a, ſi intro- ibunt
in re- quiem me- am.
*Le Chœur.* Chriſtus, &c.
*Les Chantres.*
Glo- ri-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-
ri- tu-i ſancto. Sicut e-rat in princi-pi-o, &
nunc & ſemper, & in ſe-cula ſeculo- rum.




Profunda noctis ótia
Cœleſtis abrumpit chorus;
Natumque feſto cármine
Annúntiat terris Deum.

Specum Sacrátam pérvigil
Dùm turba paſtórum ſubit,
Eámus, & caſtis pia
*Cunis ferámus óſcula.*

At quale nobis pánditur
Intrántibus ſpectáculum!
Præſépe, fœnum, fáſciæ,
Parens inops, infans puer.

Tu ne ille, Chriſte, Fílius
Et ſplendor æterni Patris?
Illum-ne cerno qui levi
Orbem pugillo ſúſtinet?

Sic eſt: verenda queîs latos,
Fides penétrat núbila:
Agnoſco quem proni vident,
Tremunt, adórant Angeli.

Agis magiſtrum vel tacens:
Ex hac cathédra nos doces
Vitáre quod carni placet,
Caro quod horret pérpeti.

Caſtos amóres nútriens,
Sanans tumentes Spíritus
Divíne, noſtris, ô puer,
Præcórdiis innáſcere. Amen.

## *AU I. NOCTURNE.*




Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * adversùs Dóminum; & adversùs Chriſtum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, * & projiciámus à

nobis jugum ipſórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos, * & Dóminus ſubſannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira ſua, * & in furóre ſuo conturbábit eos.

Ego autem conſtitútus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu; ego hódie génui te.

Póſtula à me; & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tanquam vas fíguli confringes eos.

Et nunc, reges, intelligite: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, * & exultáte ei cum tremóre:

Apprehéndite diſciplínam, nequando iraſcátur Dóminus, * & pereátis de via juſta.

Cùm exárcerit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.




Dies diéi eructat verbum, * & nox nocti índicat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ, neque ſermónes, * quorum non audiantur voces eórum.

In omnem terram exívit ſonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum: * in ſole póſuit tabernáculum ſuum.

Et ipſe tanquam ſponſus procédens de thálamo ſuo, * exultávit ut gigas ad currendam viam.

A ſummo cœlo egréſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus: * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multum, * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea: * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit? * ab occultis meis munda me, & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fuérint domináti, * tunc immaculátus ero, & emundábor à delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei, * & meditátio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Dómine, adjútor meus, * & redemptor meus.

*Ant.*



Tamquàm ſponſus Dominus procedens



*Ant.* I.D.

de thalamo ſu-o. Speci-o- ſus.

*Pſ.* 44.



E- Ructavit cor me-um verbum bonum: * dico



ego opera me-a re- gi.

Lingua mea * cálamus ſcribæ velóciter ſcribentis.

Specióſus formâ præ fíliis hóminum, diffúſa eſt grátia in lábiis tuis; * proptéreà benedixit te Deus in æternum.

Accingere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ intende, * próſperè procéde,

Et regna propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem; * proptéreà unxit te, Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis; * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam; * &

oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui :

Et concupiſcet rex decórem tuum, * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus : * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis ab intùs, * in fímbriis áureis circumamicta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam : * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne; * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii : * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in ſéculum ſéculi.




*On termine ainſi les Verſets des Nocturnes, ceux de Laudes & de Vêpres, après l'Hymne.*

*Après le Verſet le Célébrant dit :* Pater noſter. *tout bas.* ℣. Et ne nos índucas in tentatiónẽ. ℟. Sed líbera nos à malo.




nobis ſpiritum ſapi- enti-æ.
*Le Chœur.*
Amen.
Leçon I.
*Chap.* 9.
*Le Lecteur.*
De Iſa-i- a Propheta. PRimo tempo-
re allevi- a-ta eſt terra Zabu-lon , & terra Neph-
ta-li : & noviſſimo aggravata eſt vi-a maris
trans Jordanem Ga-lilæ- æ genti- um. Populus qui
ambu-labat in tenebris, vidit lucem magnam : ha-
bitantibus in regi- one umbræ mortis, lux or-
ta eſt e-js. Multiplicaſti gentem , non magni-fi-
caſti lætiti-am. Lætabuntur coram te, ſicut qui
lætantur in meſſe , ſicut exultant victores captâ
prædâ , quandò dividunt ſpoli-a. Jugum enim
oneris e-jus , & virgam humeri e-jus , & ſcep-
trum exactoris e-jus ſuperaſti ſicut in di- e




*On chante les autres Abſolutions, Bénédictions & Leçons ſur les tons précédens.*

*I. Répons du 5.*




*Le Lecteur :* Jube, domne, benedícere.

*Le Célébrant :* Fílius Dei det nobis ſenſum, ut cognoſcámus verum Deum. ℟. Amen.

LEÇON II. *Chap.* 40.

Conſolámini, conſolámini, pópule meus, dicit Deus veſter. Loquímini ad cor Jerúſalem, & advocáte eam : quóniam compléta eſt malítia ejus, dimiſſa eſt iníquitas illíus : ſuſcépit de manu Dómini duplícia pro ómnibus peccátis ſuis. Vox clamantis in deſerto : Paráte viam Dómini, rectas fácite in ſolitúdine ſémitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltábitur, & omnis mons & collis humiliábitur ; & erunt prava in directa, & áſpera in vias

planas. Et revelábitur glória Dómini, & vidébit omnis caro páriter quòd os Dómini locútum eſt. Vox dicentis : Clama. Et dixi ; Quid clamábo ? Omnis caro fœnum, & omnis glória ejus quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum, & cécidit flos, quia Spíritus Dómini ſufflávit in eo. Verè fœnum eſt pópulus : Exſiccátum eſt fœnum, & cécidit flos ; verbum autem Dómini noſtri manet in æternum.

*ij. Répons du 7.*




*Le Lecteur :* Jube, domne, benedícere.

*Le Célébrant :* Spíritus veritátis dóceat nos omnem veritátem. ℟. Amen.

## LEÇON III. *Chap. 52.*

Conſurge, conſurge, indúere fortitúdine tuâ, Sion indúere veſtimentis glóriæ tuæ, Jerúſalem, cívitas Sancti ; quia non adjíciet ultrà ut pertránſeat per te in-

circumciſus & immundus. Excútere de púlvere, conſurge; ſede, Jerúſalem : ſolve víncula colli tui, captíva fília Sion. Quia hæc dicit Dominus : Gratìs venúmdati eſtis, & ſine argento redimémini. Quia hæc dicit Dóminus Deus : In Ægyptum deſcendit pópulus meus in princípio, ut colónus eſſet ibi; & Aſſur abſque ulla cauſa calumniátus eſt eum. Et nunc quid mihi eſt hìc, dicit Dóminus, quóniam ablátus eſt pópulus meus gratìs? Dominatóres ejus iníquè agunt, dicit Dóminus; & júgiter totâ die nomen meum blaſphemátur. Propter hoc ſciet pópulus meus nomen meum in die illa; quia ego ipſe qui loquébar, ecce adſum.

*iij. Répons du I.*




*On répete le* ℟. Prophétiſſa. *juſqu'au* ℣.

## *AU II. NOCTURNE.*

*Ant. 5. C.*





minus, & laudabilis nimis, * in civitate De-i



noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt : * convenérunt in unum.

Ipſi videntes ſic admiráti ſunt, * conturbáti ſunt, commóti ſunt.

Tremor apprehendit eos : * ibi dolóres ut parturientis.

In ſpíritu vehementi * cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri : * Deus fundávit eam in æternum.

Suſcépimus, Deus, miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secundùm nomen tuum, Deus, ſic & laus tua in fines terræ : * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exultent fíliæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, & compleƈtímini eam : * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus, & diſtribúite *domos ejus, * ut enarrétis* in progénie áltera ;

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi : * ipſe reget nos in ſécula.

*Ant.*



Suſcepimus, De-us, miſericordiam tu-



am in medi-o templi tu-i.

*Ant.* 3. a.



O-ri-e-tur.

*Pſ.* 71.



DEus, judicium tuum



regi da, * & juſtitiam tuam fi-li-o regis ;

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & páuperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo, * & colles juſtítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & ſalvos fáciet fílios

Páuperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcendet ſicut plúvia in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſtítia, & abundántia pacis, * donec auferáturluna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes ; * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent : * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ : * omnes gentes ſérvient ei ;

Quia liberábit páuperem à potente, * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi ; * & ánimas páuperum ſalvas fáciet.

Ex uſúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum ; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipſo ſemper : * totâ die benedícent ei.

Et erit firmamentum in terra in ſummis móntium, ſuperextollétur ſuper Líbanum fructus ejus ; * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in ſécula : * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ ; * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedictus Dóminus Deus Iſrael, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedictum nomen majeſtátis ejus in æternum ; * & replébitur majeſtáte ejus omnis terra : Fiat, fiat.




terram tuam, * avertiſti captivitatem Jacob.

Remiſiſti iniquitátem plebis tuæ, * operuiſti ómnia peccáta eórum.

Mitigaſti omnem iram tuam ; * avertiſti ab ira indignatiónis tuæ.

Converte nos, Deus ſalutáris noſter, * & averte

iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſcéris nobis ? * aut extendes iram tuam à generatióne in generatiónem ?

Deus, tu converſus vivificábis nos ; * & plebs tua lætábitur in te.

Oſtende nobis, Dómine, miſericórdiam tuam ; * & ſalutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus ; * quóniam loquétur pacem in plebem ſuam,

Et ſuper ſanctos ſuos,* & in eos qui convertuntur ad cor.

Verúmtamen prope timentes eum ſalutáre ipsíus : * ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi : * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem ; * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit ; * & ponet in via greſſus ſuos.

*Ant.*




℣. Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi :

℟. Juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

*Le Célébrant.* Pater noſter. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

*Le Célébrant pourſuit.* Deus noſter inclínet corda noſtra ad ſe, ut cuſtodiámus mandáta ejus. ℟. Amen.

*Le Lecteur.* Jube, domne, benedícere.

*Le Célébrant.* Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti benedícat nos in omni benedictióne ſpirituáli. ℟. Amen.

LEÇON IV. *Serm. de St. Léon.*

SAlvátor noſter, dilectíſſimi, hódiè natus eſt : gaudeámus. Neque enim locum fas eſt ibi eſſe triſtítiæ, ubì natális eſt vitæ : quæ conſumpto mortalitátis timóre, íngerit nobis de promiſſa æternitáte lætítiam. Nemo ab hujus alacritátis participatióne ſecérnitur. Una cunctis lætítiæ commúnis eſt rátio ; quia Dóminus noſter, peccáti mortiſque deſtructor, ſicut nullum à reátu líberum réperit, ita pro liberandis ómnibus venit. Exultet ſanctus, quia propinquat ad palmam : gáudeat peccátor, quia invitátur ad véniam : animétur Gentílis, quia vocátur ad vitam. Dei namque Fílius ſecundùm plenitúdinem témporis, quàm divíni consílii inſcrutábilis altitúdo diſpóſuit, reconciliandam Auctóri ſuo natúram géneris aſſumpſit humáni : ut inventor mortis diábolus, per ipſam, quam vícerat, vincerétur.




*Le Lecteur.* Jube, domne, benedícere.

*Le Célébrant.* Sciámus ſupereminentem ſciéntiæ caritátem Chriſti, ut impleámur in omnem plenitúdinem Dei. ℟. Amen.

## LEÇON V.

IN quo conflictu pro nobis ínito, magno & mirábili æquitátis jure certátum eſt, dùm omnípotens Dóminus cum ſæviſſimo hoſte, non in ſua majeſtáte, ſed in noſtra congreditur humilitáte, objíciens ei eamdem formam, eamdemque natúram, mortalitátis quidèm noſtræ partícipem, ſed peccáti totíus expertem. Aliénum quippè ab hac nativitáte eſt, quod de ómnibus légitur:

Nemo mundus à ſorde, nec infans cujus eſt unius diéi vita ſuper terram. Nihil ergò in iſtam ſingulárem nativitátem de carnis concupiſcéntia transívit, nihil de peccáti lege manávit. Virgo régia Davídicæ ſtirpis elígitur, quæ ſacro gravidanda fœtu, divínam humanamque prolem priùs concíperet mente, quàm córpore. Et ne ſuperni ignára consílii ad inuſitátos pavéret effectus, quod in ea operandum erat à Spíritu ſancto, collóquio diſcit angélico: nec damnum credit pudóris, Dei génitrix mox futúra.

℣.℞. *du 6.*




*Le Lecteur.* Jube, domne, benedícere.

*Le Célébrant.* Unctio quam accépimus à Deo, máneat in nobis, & dóceat nos de ómnibus. ℞. Amen.

## LEÇON VI.

Agámus ergò, dilectiſſimi, grátias Deo Patri, per Fílium ejus in Spíritu ſancto: qui propter multam miſericórdiam ſuam, quâ diléxit nos, miſertus eſt noſ-

trî : & cùm eſſémus mórtui peccátis, convivificávit nos Chriſto : ut eſſémus in ipſo nova creatúra novumque figmentum. Deponámus ergò véterem hóminem cum áctibus ſuis : & adepti participatiónem generatiónis Chriſti, carnis renuntiémus opéribus. Agnoſce, ô Chriſtiáne, dignitátem tuam ; & divínæ conſors factus natúræ, noli in véterem vilitátem degéneri converſatióne redíre. Memento, cujus cápitis & cujus córporis ſis membrum. Reminíſcere, quia érutus de poteſtáte tenebrárum, tranſlátus es in Dei lumen & regnum.




*On répete* ℟. Deus. *juſqu'au* ℣.

## *AU III. NOCTURNE.*

*Ant.* 4. A.




Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terríbilis eſt ſuper omnes deos:

Quóniam omnes dii géntium dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Confeſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus: * ſanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem; * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóſtias, & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univerſa terra; * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Étenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli & exultet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna ſylvárum à facie Dómini, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte ſua.

*Ant.*




*Ant.* 2.




E

Nubes & calígo in circúitu ejus : * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet, * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit, & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini, * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus ; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundantur omnes qui adórant ſculptília, * & qui gloriantur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum, * omnes Angeli ejus.

Audívit, & lætáta eſt Sion : * & exultavérunt fíliæ Judæ propter judícia tua, Dómine ;

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram : * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum ; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, juſti, in Dómino, * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.







Salvávit ſibi déxtera ejus : * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum : * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſraël.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo, omnis terra : * cantáte, & exultáte, & pſállite.

Pſállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce pſalmi : * in tubis ductílibus & voce tubæ córneæ, jubiláte in conſpectu regis Dómini.

Moveátur mare, & plenitúdo ejus ; * orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu,

ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in juſtítia, * & pópulos in æquitáte.

*Ant.*




℣. Deus rex noſter ante ſécula,

℟. Operátus eſt ſalútem in médio terræ.

*Le Célébrant dit tout haut :* Pater noſter. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos à malo.

*Le Célébrant pourſuit :* Deus det nobis cor ómnibus, ut colámus eum, & faciámus ejus voluntátem corde magno & ánimo volenti. ℟. Amen.

*Le Lecteur :* Jube, domne, benedícere. *Le Célébrant :* Evangélium virtus Dei ſit in ſalútem omni credenti. ℟. Amen.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

IN illo témpore; Exiit edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberétur univerſus orbis. Et réliqua.

### LEÇON VII. *Chap.* 8.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

*Homil.* 8. *ſur l'Évang.*

QUia, largiente Dómino, Miſſárum ſolémnia ter hódiè celebratúri ſumus, loqui diù de evangélica lectióne non póſſumus. Sed nos áliquid vel bréviter dícere Redemptóris noſtri Natívitas ipſa compellit. Quid eſt quòd naſcitúro Dómino mundus deſcríbitur, niſi hoc quod appertè monſtrátur, quia ille veniébat in carne, qui electos ſuos aſcríberet in æternitáte? Quò contrà de réprobis per Prophétam dícitur: Deleantur de libro vivéntium, & cum juſtis non ſcribantur. Qui benè étiam in Béthlehem náſcitur: Béthlehem quippè domus panis interpretátur. Ipſe namque eſt qui ait: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Locus ergò in quo Dóminus náſcitur, domus panis ánteà vocatus eſt; quia futúrum profectò erat ut ille ibi per matériam carnis apparéret, qui electórum mentes internâ ſatietáte reficeret. Qui non in parentum domo, ſed in via náſcitur; ut profectò oſtenderet quia per humanitátem ſuam quam aſſúmpſerat, quaſi in aliéno noſcebátur.

*vij. Répons du* 8.






*Le Lecteur.* Jube, domne, benedícere.

*Le Célébrant.* Evangélium non ſit in ſermóne tantùm, ſed & in virtúte. ℟. Amen.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

LEÇON VIII. *Chap.* 2.

IN illo témpore ; Paſtóres loquebantur ad ínvicèm : Tranſeámus uſque Béthlehem, & videámus hoc verbum quod factum eſt, quod Dóminus oſtendit nobis. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

*S. Luc, liv.* 2, *n.* 53.

VIdes feſtináre paſtóres ; nemo enim cum deſídia Chriſtum requírit. Vides paſtóres Angelo credidiſſe ; & tu Patri, Fílio, Spirítui ſancto, Angelis, Prophétis, & Apóſtolis crede. Vide quàm ſignátè Scriptúra ſingulórum libret momenta verbórum : Feſtínant, inquit, Verbum vidére. Etenim cùm caro Dómini vidétur, Verbum vidétur, quod eſt Fílius. Non mediócre fídei tibi hoc videátur exemplum, non vilis perſóna paſtórum. Certè

quò vílior ad prudéntiam, eò pretióſior ad fidem. Non gymnáſia choris referta ſapientûm, ſed plebem Dóminus ſímplicem requiſívit, quæ phaleráre audíta & fucáre neſcíret. Simplícitas enim quæritur, non ambítio deſiderátur. Nec contemnenda putes quaſi vília verba paſtórum : à paſtóribus étiam María fidem cólligit : à paſtóribus pópulus ad Dei reveréntiam congregátur.

*viij. Répons du 4.*




*Le Lecteur.* Jube, domne, benedícere.

*Le Célébrant.* Permaneámus in fide fundáti, & immóbiles à ſpe Evangélii. ℟. Amen.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

LEÇON IX. Chap. 1.

IN princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et réliqua.

Homília Sancti Auguſtíni Epíſcopi.

*Lettre à Honor. en 140 ou 120, c. 3 & 4.*

QUem Fílium Deus míſerit, fieríque ex muliére volúerit, quantus ille Deus ſit, qui hanc humilitátem pro ſalúte fidélium ſuſcípere dignátus fúerit, ut agnoſcas, nunc attende Evangélium: In princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hic ergò Deus Verbum Dei, per quod facta ſunt ómnia, Fílius Dei eſt. Cùm eſſet Fílius Dei, venit ut fíeret fílius hóminis, donaretque nobis qui erámus filii hóminum, fílios Dei fíeri. Deſcendit ergò ille, ut nos aſcenderémus; ut, participátâ natúrâ filiórum hóminum, ad participandam étiam ſuam natúram adoptáret fílios hóminum. Quapropter cùm dixiſſet, Dedit eis poteſtátem fílios Dei fíeri, modumque adjunxiſſet, ne carnális intelligerétur nativitas, quod ſcílicèt eis id præſtiterit, qui credunt in nómine ejus, & per grátiam renaſcuntur ſpiritálem, mox commendávit quaſi hujus viciſſitúdinis ſacramentum. Tanquàm enim miráti tantum bonum non auderémus optáre, ſtatìm ſubjunxit; Et verbum caro factum eſt, & habitávit in nobis, tanquàm díceret: O hómines, nolíte deſperáre vos fíeri poſſe fílios Dei; quia & ipſe Fílius Dei, hoc eſt, Verbum Dei, caro factum eſt, & habitávit in nobis. Reddite vicem: efficímini ſpíritus, & habitáte in illo qui caro factus eſt, & habitávit in nobis. Neque enim jam deſperandum eſt participatióne Verbi fíeri poſſe hómines fílios Dei, quandò Fílius Dei participatióne carnis factus eſt fílius hóminis.






*Après le ℟. on dit, ſuivant l'ancien uſage, la Généalogie de N. S. J. C. ſelon S. Matthieu, ci-après,*

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

[ *Le Lecteur récite ſeul ſur le ton de l'Evangile :* ]

Inítium ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

℟. Glória tibi Dómine.

LIber generatiónis Jeſu Chriſti fílii David, fílii Abraham. Abraham génuit Iſaac. Iſaac autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Judam & fratres ejus. Judas autem génuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem génuit Eſron. Eſron autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab. Amínadab autem génuit Naaſſon. Naaſſon autem génuit Salmon. Salmon autem génuit Booz de Rahab. Booz autem génuit Obed ex Ruth. Obed autem génuit Jeſſe. Jeſſe autem génuit David regem. David autem rex génuit Salomónen ex ea quæ fuit Uríæ. Sálomon autem génuit Róboam. Róboam autem génuit Abíam. Abías autem génuit Aſa. Aſa autem génuit Jóſaphat. Jóſaphat autem génuit Joram. Joram autem génuit Ozíam. Ozías autem génuit Jóatham. Jóatham autem génuit Achas. Achas autem génuit Ezechíam. Ezechías autem génuit Manaſſen. Manaſſes autem génuit Amon. Amon autem génuit Josíam. Josías autem génuit Jechoníam, & fratres ejus in Traſmigratióne Babylónis. Et poſt Traſmigratiónem Babylónis : Jechonías génuit Saláthiel. Saláthiel autem génuit Zoróbabel. Zoróbabel autem génuit Abíud. Abíud autem génuit Elíacim. Elíacim autem génuit Azor. Azor autem génuit Sadoc. Sadoc autem génuit Achim. Achim autem génuit Elíud. Elíud autem génuit Eleázar. Eleázar autem génuit Mathan. Mathan autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Joſeph virum Maríæ, de qua natus eſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus.

*De ſuite on chante le* Te Deum.


Du 4. en A.
TE De-um lauda- mus, * te Domi-
num confi- temur. Te æternum Patrem * omnis
terra vene- ra- tur. Tibi omnes Ange-li ; * tibi
cœli, & univerſæ Poteſ- ta- tes ; Tibi Cherubim
& Seraphim * inceſſabi-li voce proclamant : Sanc-
tus, Sanctus, Sanctus, Dominus De-us ſabaoth.
Pleni ſunt cœli & terra * majeſtatis glori-æ
tu- æ. Te glori- o- ſus * Apoſtolorum cho-rus,
Te Prophetarum * laudabilis numerus, Te Mar-
tyrum candida-tus * laudat exer- citus. Te per
orbem terrarum * ſancta confitetur Eccle- ſi-a.
Patrem * immenſæ majeſtatis : Venerandum tuum
verum * & unicum Fi- li-um, Sanctum quoque


* Paracletum Spi-ritum. Tu Rex * gloriæ, Chriſte,
Tu Pa-tris * ſempiternus es Fi- li-us: Tu, ad
liberandum ſuſcepturus hominem, * non horru-iſti
virginis u- terum. Tu, devicto mortis acu- le-o, *
aperu-iſti credentibus regna cœlo- rum. Tu, ad
dexteram De-i ſe-des * in glori-a Pa-tris. Ju-
dex crederis * eſſe venturus. Te ergo quæſumus,
famulis tu-is ſubveni, * quos preti-o- ſo ſanguine
redemiſti. Æternâ fac * cum ſanctis tu-is glo-
ri-â munerari. Salvum fac populum tuum, Do-
mine, * & benedic hæredita- ti tu-æ. Et rege
e-os, * & extolle illos uſquè in æternum.
Per ſingulos di-es * benedicimus te; Et lauda-

mus nomen tuum in ſeculum, * & in ſeculum

ſeculi. Dignare, Domine di-e iſto * ſine pecca-

to nos cuſtodi- re. Miſere- re noſtrî, Domine, *

miſerere noſtrî. Fi-at miſericordi-a tu-a, Domi-

ne, ſuper nos; * quemadmodùm ſperavimus in te.

In te, Domine, ſpera- vi; * non con-fun-

dar in æ- ter- num.

*Après le* Te Deum, *on célebre la Meſſe du Coq; & de ſuite après la Communion, on dit Laudes.*

## A LAUDES.

*Ant.* 4. E. Paſto-res. *Pſ.* 62. DEus, De-us me-us, * ad te de luce vi- gilo.

Sitívit in te ánima mea, quàm multiplíciter tibi caro mea * in terra deſerta, & ínvia, & inaquóſa.

Sic in ſancto appárui tibi: * ut vidérem virtutem tuam & glóriam tuam.

Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas, * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea, * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tuî ſuper ſtratum meum, * in matutínis meditábor in te.

Quia fuiſti adjútor meus, * & in velamento alárum tuárum exultábo.

Adhæſit ánima mea poſt

te; * me ſuſcépit déxtera tua.

Ipſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam, * introíbunt in inferióra terræ:

Tradentur in manus gládii, * partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo; * quia obſtructum eſt os loquéntium iníqua.

*Ant.*




*Ant.* 3. a. *Pſ.* 92.




Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta ſedes tua ex tunc: * à ſéculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine: * elevavérunt flúmina vocem ſuam.

Elevavérunt flúmina fluctus ſuos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis: * domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérũ.

*Ant.*









Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus : * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis : * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, * quóniam ſuávis eſt Dóminus.

In æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.




Ecce Deus ſalvátor meus; * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvató-

ris ; * & dicétis in die illa : Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus : * meméntóte quóniam excelſum eſt nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit : * annuntiáte hoc in univerſa terra.

Exulta & lauda, habitátio Sion : * quia magnus in médio tuî ſanctus Iſraël.




Laudáte eum, omnes Angeli ejus : * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol & luna : * laudáte eum, omnes ſtellæ & lumen.

Laudáte eum, cœli cœlórum : * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini ;

Quia ipſe dixit, & facta ſunt : * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in æternum, & in ſéculum ſéculi : * præceptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum, de terra ; * dracónes, & omnes abyſſi ;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus ;

Montes, & omnes colles ; * ligna fructífera, & omnes cedri ;

Béſtiæ, & univerſa pécora ; * ſerpentes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli ; * príncipes, & omnes júdices terræ ;

Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus, laudent nomen Dómini, *

quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Confeſſio ejus ſuper cœlum & terram; * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus, * fíliis Iſrael, pópulo appropinquanti ſibi.

*Ant.*




*Après cette Antienne, le Prêtre étant à l'Autel commence la ſuivante, qui ſe double.*

*A* Benedictus. *Ant.* 1. D.




CANTIQUE DE ZACHARIE. *Luc, 1.*



Et eréxit cornu ſalútis nobis * in domo David púeri ſui,
Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſéculo ſunt, Prophetárum ejus,
Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos ;
Ad faciendam miſericórdiam cum pátribus noſtris, * & memorári teſtamenti ſui ſancti :
Jusjurandum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum, * datúrum ſe nobis;
Ut ſine timóre, de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * ſerviámus illi.
In ſanctitáte & juſtítia coram ipſo, * ómnibus diébus noſtris.
Et tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis; * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus,
Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus, * in remiſſiónem peccatórum eórum,
Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * in quibus viſitávit nos Oriens ex alto,
Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent, * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

## ORAISON.

DEus, qui panem Angelórum in præſépi Eccléſiæ cibum feciſti fidélium : da nobis, quæſumus, in præſenti ſéculo deguſtáre cœléſtium dulcédinem gaudiórum ; ut in futúro perdúcas nos ad ſatietátem æternórum præmiórum ; Per eumdem Dóminum.

## *AUX HEURES. Doxologie.*

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

## A NONE.

*Ant.* 8. G. Paſtóres loquebantur. *la cinquieme de Laudes.*

CAPITULE. Galat. 4.

CUm eſſémus párvuli, ſub elementis mundi erámus ſervientes : at ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum factum ex muliére, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. *br.* Dóminus virtútum nobiſcum, * Allelúia, allelúia. Dóminus. ℣. Suſceptor noſter Deus Jacob, * Allelúia. Glória Patri. *Dóminus.*

℣. Confiteántur tibi pópuli, Deus : ℟. Terra dedit fructum ſuum.

## *AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Dixit Dominus. *page* 3.







ſanɛto- rum : ex u- tero ante lu- ci- ferum
ge- nu-i te.
Pſ. Confitébor. page 4.
Ant. 2. Redemp-
ti-o- nem mi- ſit Do- minus po- pulo ſu-
o; manda-vit in æ- ter- num teſtamentum ſu- um.
Pſ. Beátus vir. page 5.
Ant. 3. C. Exortum eſt in
te-nebris lumen reɛtis cor-de ; miſe- ricors, &
mi-ſera- tor, & juſtus Dominus.
Pſ. De pro- fundis. p.26.
Ant. 4. E. Apud Dominum mi-
ſericordi-a, & copio- ſa apud e- um redemptio.
Ant. 6. c.
De fruɛtu.
Pſ. 131.
M Emento, Do-
mine, David, * & omnis manſuetudinis ejus, &c.
avec ſa Diviſion, Jurávit, &c. pages 40 & 41.
Ant.
De fruɛtu ventris tu- i po- nam
ſu-per ſedem tu- am.

CAPITULE. *1. Jean.* 4.

IN hoc appáruit cáritas Dei in nobis, quóniam Fílium ſuum unigénitum miſit Deus in mundum, ut vivámus per eum.

*Du* 1.




HYMNE, *du* 3.




Tu noſtra pax & glória,
Spes una tu mortálium,
Intende quas tibi preces
De cordis ara fúndimus.

Qui córporis noſtri volens
Naſcendo formam ſúſcipis,
Divinitátis nos ſimul
Das eſſe conſortes tuæ.

Ad illud evectos decus
Tuére fratres; dégener
Ne vita ſontes príſtinam
In vilitátem déprimat.

Hoc ſancta te poſcit dies,
Ortûs dies tui memor,
Quâ lúcido ſurgens thoro
Sol verus orbem víſitas.

Nunc ergò terra, nunc polus,
Vaſtíque tractus æquoris,
Qui te dedit, feſtis Patrem
Laudáre certant cánticis.

Et nos, perennis ô quibus
Salútis auctor náſceris,
Fauſtum triumpháli juvat
Ornáre concentu diem.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum:
℟. Ipſe reget nos in ſécula.

A Magníficat. 

*Ant.* 3. E. *qui ſe double.* Fi- li-us De- i



ve- nit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſ-



camus verum De-um, & ſi- mus in ve-ro



Fi-li-o e-jus: Hic eſt verus De-us, & vita



æ-terna, al- le-lu-ia.

*Oraiſon*, Concéde. *aux I. Vêpres, page* 78.

## MÉMOIRE DE ST. ETIENNE.

*Ant.* 5. *c.* 

Mitto ad vos Prophetas, & ſa- pi-en-tes:



& ex il-lis occide- tis & flagel-labitis in



Sinago-gis veſtris, & perſequemini; ut ve-



ni-at ſu-per vos omnis ſanguis juſtus qui



effu- ſus eſt ſu- per terram.

*Après l'Antienne, on dit le Pſeaume* 126.

5. c. 

Laudate Dominum omnes gentes: * laudate



e-um, omnes populi.

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in æternum.

Glória Patri, &c.

*On répete l'Ant.* Mitto. *ci-deſſus.*

℣. Miſit Deus ante eos virum :

℟. Elóquium Dómini inflammávit eum.

ORAISON.

DA nobis, quæſumus, Dómine, imitári quod cólimus, ut diſcámus & inimícos dilígere, quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro perſecutóribus exoráre Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum ; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs, &c.

*A* COMPLIES, *Pſſ. & Capit. du Dimanche.*




HYMNE, *du* 1.




Peſſos diurno dùm levat
Labóre nocturnus ſopor,
Defende, Paſtor, beſtiis
Tuas ab infeſtis oves.

O Virgo, quæ paris Deum,
Foveſque lactentem ſinu,
Hunc flecte nobis quâ vales,
Benigna mater, grátiâ.

Qui natus es de Vírgine, &c.

*A* Nunc dimittis.





al- le- lu-ia.

LE XXVI. DÉCEMBRE.

# SAINT ÉTIENNE, I. MARTYR,

## Patron de l'Egliſe & du Diocèſe de Toulouſe.

ANNUEL.

### *A NONE, Pſeaumes du Dimanche.*



*Ant.* 2. Di- cunt : Lapide- tur, & aſ-pici-



at o-culus noſ- ter ; ipſi aut-em non cognove-



runt cogita-ti-o-nes Do-mini.

CAPITULE. *Iſ.* 50.

JUxtà eſt qui juſtíficat me : quis contradícet mihi ? Stemus ſimul : quis eſt adversárius meus ? accédat ad me. Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus : quis eſt qui condemnet me ?

℟. *br.* Ecce Deus ádjuvat me, * Allelúia, allelúia. Ecce. ℣. Et Dóminus ſuſceptor eſt ánimæ meæ, * Allelúia. Glória Patri. Ecce.

℣. Dóminus illuminátio mea & ſalus mea ; ℟. Quem timébo ?

### *A VEPRES.*

*Pſſ. & Ant. du jour de Noel, page* 111.

CAPITULE. *Job*, 16.

PAſſus ſum abſque iniquitáte manûs meæ, cum habérem mundas ad Deum preces.

*Du* 2.



A Lle- lu- ia, alle-



lu- ia. ℣. Poſu- iſ-



ti, Do- mine, in ca- pite e- jus co-




HYMNE, du 3.




Dùm Saxa corpus óppri-
· munt,
Ad aſtra mens attóllitur :
O Chriſte, dixit, ſúſcipe,
Quem pono pro te, ſpíritum.
Qui ſtans perorábat ſibi,
Cadens & expírans humi,
Linguâ diſerti ſánguinis,
Suis perórat hóſtibus.
Audívit è cœlo Deus
Supréma verba Mártyris;
Dux Saulus, & teſtis necis,
Necis fit ipſe præmium.
Tum blanda mors amá-
bili
Sopóre clauſit lúmina;
Ad lucis æternæ jubar,
Exútus artus, évolat.
Servíre menſis páuperum
Id múneris quondàm tui;
Convíva nunc dignus Deo,
Menſis ſupernis áſſides.
Tu nuptiáli ſpléndidus
Tui cruóris púrpurâ,
Ad immoláti tránſvolas
Admiſſus Agni núptias.
Quid non, Deus, ſi réſ-
picis,
Humána poſſunt péctora?
Cujus triumphum pángi-
mus,
Fac nos & exemplum ſequi.
Qui natus es, &c.

℣. Poſuérunt adversùm me mala pro bonis,
℟. Et ódium pro dilectióne mea.

*A* Magníficat. *Ant. J. qui ſe double.*





xiſſet, obdor- mi- vit in Domino.

*Oraiſon*, Da nobis quæſumus. *ci-deſſus*, *page* 115.

### MÉMOIRE DE ST. JEAN.

*Ant.* 7. d.



Hono-ra-bi-lis fac- tus es in ocu-lis



me- is, & glori-o- ſus: ego dile-xi te,



no-li timere.

℣. Ecce tu, Dómine, verìtátem dilexiſti:

℟. Incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

### ORAISON.

ECcléſiam tuam, Dómine, benignus illuſtra; ut beáti Joannis Apóſtoli tui & Evangeliſtæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat ſempiterna; Per Dóminum.

### *A COMPLIES. Pſſ. & Capit. du Dimanche.*



*Ant.* 6. Potenti- â nemo vi-cit il- lum,



nec ſupe- ra- vit il-lum verbum a- liquod.

*Hymne*, Mundi ſalus. *page* 115.

A Nunc dimittis.



*Ant.* 5. a. In vita ſu- a



fe- cit monſtra, & in morte mira-bi- li-a



o- pe- ra- tus eſt.

## LE XXVII. DÉCEMBRE.

# ST. JEAN, APOTRE ET ÉVANGÉL.

Double-Majeur.

### *A NONE. Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. *Apoc.* 1.

BEátus qui legit & audit verba prophetíæ hujus, & ſervat ea quæ in ea ſcripta ſunt; tempus enim propè eſt.

℟. *br.* Mirabília teſtimónia tua, Dómine, * Allelúia, allelúia. Mirabília. ℣. Ideò ſcrutáta eſt ea ánima mea, * Allelúia. Glória. Mirabília.

℣. Servus tuus cuſtódit ea :

℟. In cuſtodiendis illis retribútio multa.

### *A VEPRES.*

*Pſeaumes & Ant. du jour de Noel, page* 111.

CAPITULE. *Apoc.* 1.

DEdit Jeſu Chriſto Deus palàm fácere ſervis ſuis quæ oportet fíeri citò : & ſignificávit mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni, qui teſtimónium perhíbuit verbo Dei, & teſtimónium Jeſu Chriſti, quæcumque vidit.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel, on dit :*



HYMNE, *du 6.*



S It qui ritè canat te modo virginem,



Te ſcriptis celebrem dicat Apoſtolum, Jungat



veri-dicis te quoque vatibus, Chriſti te cano Martyrem.

Diri teſtis eras fúneris, & comes,
Votis cum Dómino fixus eras cruci;
Hoc tantùm lícuit tunc tibi mútuis
Reſpondére dolóribus.

Pendens funéreâ Chriſtus ab árbore,
Te matri míſeræ jam ſine fílio,
Natum ſubſtítuit. Crédere Vírginem
Quàm par eſt tibi vírgini!

Tali depóſito quid pretióſius?
Mater vera Dei jam tua dícitur,
Natus jure pari dícere; mórtui
Jactúram réparas Dei.

Chriſtus vocis egens, te moriéntibus,
Quà fas eſt, óculis diſcípulum docet;
Ex illa cáthedra quam cruor ímbuit,
Terris prædicat ómnibus.

Chriſti fide comes, páſſibus æmulis,
Quò te dixit amor, te líceat ſequi:
Ingens ille mihi ſit favor, & pati
Cum Chriſto, ſimul & mori.

Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio;
Sit par, ſancte, tibi glória, Spíritus:
Hæc eſt certa fides, fóntibus è tuis
Quam divínitùs hauſimus. Amen.

℣. Teſtimónia tua, Dómine, ℟. Credibília facta ſunt nimis.

*A* Magníficat.



*Ant.* 4. D. Quem di-lige-bat Je-ſus,



qui & recubuit in cœ-na ſuper pec-tus ejus;



hic eſt diſci-pulus il- le qui teſtimoni-um per-

hibet



hibet de his, & ſcripſit hæc : & ſci- mus



qui-a ve- rum eſt teſ-timo-ni-um ejus.

*Oraiſon.* Eccléſiam tuam. *page* 118.

## MÉMOIRE DES SS. INNOCENS.



*Ant.* 3. a. Contempla-mini, & vocate lamentatri-



ces : aſſumant ſu-per nos la- men-tum ; qui-a



mors ingreſſa eſt domos noſ-tras, diſperdere par-



vulos deforis.

℣. Captábunt in ánimam juſti ;

℟. Et ſánguinem innocentem condemnábunt.

### ORAISON.

DEus, cujus hodiernâ die præcónium Innocentes Mártyres, non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt : ómnia in nobis vitiórum mala mortífica ; ut fidem tuam quam lingua noſtra lóquitur, étiam móribus vita fateátur ; Per.

*Mémoire de Noel, Ant.* Fílius Dei. *p.* 114. ℣. Hic eſt Deus. 113. *Oraiſon*, Concéde, *page* 78.

*Enſuite de l'Octave de S. Étienne. Ant.* Póſitis. ℣. Poſuérunt. *Oraiſon*, Da nobis. *page* 117.

*A COMPLIES. Pſſ. & Capitule de la Férie. Le reſte comme au jour de Noel, page* 115.

---

LE XXVIII. DÉCEMBRE.

# LA FETE DES SS. INNOCENS.

Double-mineur.

*A NONE. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 5. a. Læ-ti-ti-a ſempiter- na ſuper ca-put



e-orum : gaudi-um & læti- ti-am obti- ne-bunt ;



& ſu- gi- et do- lor & gemitus.

CAPITULE. *Sap.* 5.

IN perpétuum vivent, & apud Dóminum eſt merces eórum, & cogitátio illórum apud Altíſſimum : ideò accípient regnum decóris, & diadéma ſpeciéi de manu Dómini.

℟. *br.* Edúxit pópulum ſuum in exultatióne, * Allelúia, allelúia. Edúxit. ℣. Et electos ſuos in lætítia, * Allelúia. Glória Patri. Edúxit.

℣. Exultent & lætentur ſuper te

℟. Omnes quærentes te, Dómine.

***A VEPRES**, Ant. & Pſſ. des II. Vêp. de Noel, page* 111.

CAPITULE. *Apoc.* 14.

HI ſunt qui cum muliéribus non ſunt coinquináti ; vírgines enim ſunt. Hi ſequuntur Agnum quocumque ierit.

HYMNE *du* 3.



VOs prima Chriſti victima, Grex im-



mola- to-rum tener, Aram ſub ipſam ſimplices



Palmâ & coro-nis ludi-tis.

Quid próficit tantum nefas?
Quid crimen Heródem juvat?
Unus tot inter fúnera
Impunè Chriſtus tóllitur.
Inter coævi ſánguinis
Fluenta ſolus ínteger

Ferrum quod orbábat nurus,
Partus fefellit Vírginis.
Sic dira regis ímpii
Edicta quondàm fúgerat,
Chriſti figúram præferens
Moſes receptor cívium.
Qui natus es, &c.

℣. Deus noſter miſerétur :
℟. Cuſtódiens párvulos Dóminus.

A Magníficat.



*Ant.* 5. C. Servi-ent De- o & Ag-



no, & vide-bunt fa- ci-em ejus : & nomen e-



jus in fron-tibus e- orum.

*Oraiſon.* Deus, cujus hodiernâ. *ci-deſſus, page* 121.

*Enſuite (à moins que ce ne ſoit un Samedi, alors on fait mémoire du Dimanche ſuivant ci-après,) on fait commémor. de la Nat. de N. S. Ant.* Fílius Dei. 114. ℣. Hic eſt Deus. 113. *Oraiſon.* Concéde, quæſumus. *page* 78.

*Puis de l'Octave de S. Étienne. Ant.* Póſitis. ℣. Poſuérunt. *Oraiſon.* Da nobis. *page* 115.

*Enfin de S. Thomas, Évêque de Cantorberi, & Martyr. Ant.* Ecce. ℣. In Deo. x. *Oraiſon.* Omnípotens. *au Commun d'un Martyr, page* xj.

*A COMPLIES. Pſſ. & Capitule de la Férie. Le reſte comme au jour de Noel, page* 115.

## DIMANCHE

### DANS L'OCTAVE DE LA NATIVITÉ DE NOTRE-SEIGNEUR.

*Si le Dimanche dans l'Octave de la Nativité de N. S. tombe au jour de S. Étienne, ou en celui de S. Jean l'Évangéliſte, ou des SS. Innocens, ou s'il n'y en a point dans cette Octave; alors l'Office de ce Dimanche ſe fait le* 30 *Décembre, ainſi qu'il eſt marqué en ce même jour.*

*S'il tombe au* 29 *Décembre, on en fera mémoire aux II. Vêpres des SS. Innocens, par l'Ant.* Tu, Dómine. *le* ℣. Tu es, Deus. *& l'Oraiſon,* Omnípotens. *ci-après.*

*Si ce même Dimanche tombe au* 30 *ou* 31 *Décembre, la veille, à* VEPRES, *on dit les Antiennes & les Pſeaumes comme au jour de la Nativité de N. S. page* 111.

CAPITULE. *Epheſ.* 1.

PRopóſuit Deus in diſpenſatióne plenitúdinis témporum, inſtauráre ómnia in Chriſto quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt in ipſo.

*Hymne,* Miſſum Redemptórem. *ci-deſſus, page* 77.

℣. Tu es, Deus, Salvátor meus;

℟. Et te ſuſtínui tota die.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. D. Tu, Do-mi-ne, Pa-



ter noſ-ter, Redemptor noſ-ter : à ſe-culo




### ORAISON.

OMnípotens, ſempitérne Deus, dírige actus noſtros in beneplácito tuo; ut in nómine dilecti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre; Per eumdem.

*Mémoire de Saint Étienne, page 117.*

*Si c'eſt le 30 Décembre, on ajoute la mémoire de S. Sylveſtre, Pape, ci-après aux Vêpres du Dimanche.*

*A NONE & A VEPRES, comme au jour de Noel, excepté ce qui ſuit.*

*Après le Capitule on omet* Allelúia. *avec ſon* ℣.

*Après l'Hymne,* ℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam: ℟. Avertiſti captivitátem Jacob.

A Magníficat.




*Oraiſon,* Omnípotens. *ci-deſſus.*

*Mémoire de l'Octave de S. Étienne, page 117.*

*Si c'eſt le 30 Décembre, on ajoute la mémoire de S. Sylveſtre, Pape. Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *ci-après au Commun des Pontifes, page* xxvj.

### ORAISON.

DEus, qui ſacrum miniſtérium fidéliter exequentes, in gáudium Dómini ſui tríbuis benignus intráre: da nobis, interceſſióne beáti Sylveſtri Pontíficis tui, ut in módico fidéles, mercédem magnam, quæ ipſe es, cónſequi mereámur; Per Dóminum.

*A COMPLIES, comme au jour de Noel, page* 115.

# CIRCONCISION DE N. SEIGNEUR, & Octave de ſa Nativité.

SOLEMNEL-MINEUR.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






C A P I T U L E. *Rom.* 8.

QUod impoſsíbile erat legi, in quo infirmabátur per carnem, Deus Fílium ſuum mittens in ſimilitúdinem carnis peccáti, & de peccáto damnávit peccátum in carne ; ut juſtificátio legis implerétur in nobis, qui non ſecundùm carnem ambulámus, ſed ſecundùm ſpíritum.



a Pa-tri, & Fi-li-o, & Spi-ri- tu-

i ſanc- to.

*On répete le* ℟. Habitávit. *juſqu'au* ℣.

HYMNE *du* I. DEbilis ceſ-ſent elemen-ta legis : Sat

di-ù mentes ti-mor occupa-vit ; Fœdus æter-ni

ſtabili-re Jeſus Cœpit amoris.

Sole de vero rádius, paterni
Lúminis purus ſine nube ſplendor,
Probra peccáti puer ecce tinctus
Sánguine præfert.

Stillat excíſos púeri per artus
Éfficax noxas abolére ſanguis :
Obligat morti pretióſa totum
Stilla cruórem.

Hæc dies nomen tibi comparávit,
O Puer, pronus quod adóret orbis ;
Et ſimul dici, ſimul ipſe Jeſus
Incipis eſſe.

Summa laus Patri ; ſimul æqua Nato,
Qui ſuo mundum rédimit cruóre :
Par ſit ambórum tibi laus per omne,
Spíritus, ævum. Amen.

℣. Exaltábitur Deus fortis ſalútis meæ ;
℟. Proptéreà nómini tuo cantábo.

A Magníficat.

*Ant.* 8. G. *qui ſe double.* Propter ni-mi-am carita-

tem ſu-am, quâ di-le-xit nos De-us, convivi-fi-

ca-vit nos in Chriſ-to, cujus gra-ti-â eſtis ſal-

F 4

va- ti ; non ex ope-ribus , ut ne quis glori- e- tur.

*Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, Pſeaumes & Capitule de la Férie. Le reſte comme au jour de Noel, page* 115.

## *A NONE. Pſſ. du Dimanche.*

*Ant.* 3. a. Omnes Prophe-tæ teſtimoni- um perhibent, remiſſi-onem pecca-to- rum ac-ci-pere per no-men e- jus omnes qui cre-dunt in e- um.

### CAPITULE. *Rom.* 10.

Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim eſt diſtinctio Judæi, & Græci : nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. Omnis enim quicumque invocáverit nomen Dómini, ſalvus erit.

℟. *br.* Sperent in te qui novérunt nomen tuum; * Allelúia, allelúia. Sperent. ℣. Quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine, * Allelúia. Glória Patri. Sperent.

℣. Propter glóriam nómini tui, Dómine, líbera nos.

℟. Et propítius eſto peccátis noſtris, propter nomen tuum.

## *AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Dixit Dóminus. *page* 3.

*Ant.* 1. D. CHriſ-tum Je- ſum propo- ſu-it De- us propiti-a- ti- o-nem per ſi- dem in ſanguine ip-ſi- us.

*Pſ.* Confitébor. *page* 4.

*Ant.* 2. Rede- mit nos de




CAPITULE. *Coloſſ.* 3.

OMne quodcumque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti, grátias agentes Deo & Patri per ipſum.

*Du* 5.






HYMNE, *du* 3.




Non álterum mortálibus
Ægris quod invocent datum,
Reſúrgerent quo mórtui,
Perennè per quod víverent.

Tanti quod illi cónſtitit,
Toto quod emptum ſánguine;
Noſtro ne rursùm crímine
Inſána gens delébimus ?

Sacro pati pro nómine,
Summi ſit inſtar múneris :
Amára non mors ampliùs,
Fit mors per hoc amábilis.

Tu qui vocári ſúſtines,
Jeſu, ſalus mortálium,
Audi vocantes nos, tuo
Qui gloriámur nómine.

Qui natus es, &c.

℣. Confitébor nómini tuo, Dómine ;
℟. Quóniam bonum eſt.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. G. *qui ſe double.* Vitam æ- ternam





vitam habetis æter- nam, qui creditis in no-



mine Fi- li-i De-i.

ORAISON.

DEus, qui pro nobis homo factus, hodiernâ die circumcídi, & Salvatóris nomen accípere voluiſti: concéde propítius, ut carnis renuntiántes opéribus, ſalútis ætérnæ præmium per invocatiónem ſancti tui nóminis conſequámur: Qui vivis & regnas, &c.

*Mémoire du jour de l'Oct. de S. Etienne, Ant.* Mitto. ℣. Miſit. *ci-deſſus*, 114 & 115. *Oraiſon*, Omnípotens. 138.

*Si c'eſt un Samedi, mémoire du Dim. entre la Circonſ. & l'Epiphan. par l'Ant.* Jeremías. 136. ℣. Vidérunt. 132. *Oraiſon*, Deus, qui in unigénito. *ci-après, page* 136.

*A COMPLIES, comme au jour de Noel, p.* 115.

---

# AUX SAMEDIS

## Avant les Dimanches depuis la Circonciſion juſqu'à la Septuagéſime.

### *A VEPRES.*

*Pſeaumes du Samedi ſous la ſeule Antienne ſuivante.*



*Ant.* 3. *a.* Chriſtus Je- ſus factus eſt nobis



ſa-pi-en-ti-a à De- o & juſti- ti-a, &



ſancti- fica- ti-o & redempti-o.

CAPITULE. *Iſ.* 48.

IN voce exultatiónis annuntiáte: audítum fácite hoc, & efferte illud uſque ad extréma terræ. Dícite: Redémit Dóminus ſervum ſuum Jacob.

HYMNE, *du* 3.



VErbum quod ante ſecu-la Sinu pater-



no naſceris, Recens homo ſub tempore E




Fatale rumpis vínculum,
Quo nos Adámus néxuit:
Reddes quod ille pérdidit:
Spes illa tecum náſcitur.
Jam dura diſcis pérpeti
Quæ ferre par ſontes fuit:
Orbis ſalúti, flétibus
Prælúdis in cunis puer.
Fis pauper, indigéntâ
Et nos tuâ ditéſcimus:
Luges, tuis & lácrymis
Totum lavas mundi ſcelus.
Pannis opertus vílibus
Lates, recumbens in ſpecu:
Homo, ſuperbis; & Deum
Panni, ſpecus non dédecent!
A Patre miſſus, pérditi
Qui factus es mundi ſalus,
Jeſu, períre non ſinas
Tot quos emis labóribus.
Qui natus es, &c.

℣. Vidérunt omnes términi terræ. ℟. Salutáre Dei noſtri.
*Ant. à* Magníficat. *& Oraiſon, ci-après à chaque Dimanche.*

*A COMPLIES, comme au Pſeautier, excepté les Ant. & l'Hymne, ci-après aux Dim. de la Circonſ. à la Septuag.*

---

# DIMANCHES
## Depuis la Circonciſion juſqu'à la Septuagéſ.
### *A NONE.*










CAPITULE. *1. Cor. 15.*

PRimus homo de terra, terrénus: ſecundus homo de cœlo, cœleſtis: qualis terrénus, tales & terréni; & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur ſicut portávimus imáginem terréni, portémus & imáginem cœleſtis.

℟. *br.* Exultávit ut gigas * Ad currendam viam. Exultávit. ℣. A ſummo cœlo egréſſio ejus, * Ad. Glória Patri. Exultávit.

℣. Occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; ℟. Nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

### *A VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*






CAPITULE. *Act.* 10.

VErbum miſit Deus fíliis Iſrael, annúntians pacem per Jeſum Chriſtum: hic eſt ómnium Dóminus.

HYMNE, *du* 3.





docentem reſpu-it.

Seſe Deum ſignis probat :
Surgunt ſepulcris córpora ;
Erepta muto vox redit ,
Claudo gradus , cæco dies.
Gens dura , flecti néſcia ,
Aures ſacris ſermónibus
Obtúrat ; & ſolem fugit ,
Amóre noctis pérdita.
Nos lumen ambímus ,
Patris
In quo refulget cláritas ;
Ne méntibus ſubrepere
Tetram ſinas calíginem.
Nunquam recédas à piis ,
Lux ſempiterna , córdibus ;
Te veritáte fúlgeant ,
Te caritáte férveant.
Qui natus es , &c.

℣. Tu es ipſe rex meus & Deus meus ,
℟. Qui mandas ſalútes Jacob.

*Ant. à* Magníficat. *& Oraiſon , ci-après , à chaque Dim.*

*On fait les mémoires occurrentes , s'il y en a. Enſuite celle de la Vierge , par l'Ant.* Beátus , &c. *page* 45.

## *A COMPLIES.*



*Ant.* 1. a. Ego ſum lux mundi : qui ſequi-



tur me , non ambulat in tenebris , ſed habebit



lumen vitæ.

HYMNE , *du* 2.



VIrgo Dei genitrix , Quem totus non



capit orbis , In tua ſe clauſit Viſcera , factus homo.



Hinc meritò dicent Te ſecula cuncta beatam : Hinc



populi matrem Te dominamque colunt. Suſcipe ,



quos pia plebs Tibi pendere certat , honores : An-



nu-e ſollicita Quam prece poſcit opem. Cujus Vir-



go parens, Laus ſit tibi ſumma, Redemptor, Com-



par ſit Patri, Spirituique decus. A- men.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 6. Adhuc modicum lu-



men in vo- bis eſt : ambula- te dùm lucem



habetis, ne tenebræ vos comprehendant.

## AUX FÉRIES
## Depuis la Circonciſ. juſqu'à la Septuagéſime.

*A NONE. Tout comme aux Dimanches, ci-deſſus.*

### *A VEPRES.*

*Pſeaumes de la Férie, ſous la ſeule Ant. ſuivante.*



*Ant.* 3. g. Hæc eſt vi- ta æ-terna, ut



cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem



mi-ſiſ-ti Je-ſum Chriſtum.

*Capitule, Hymne & ℣. aux Dimanches, ci-deſſus.*

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. G. Omnis qui credit



quo- niam Jeſus eſt Chriſtus, ex De-o na- tus eſt.

*On dit l'Oraiſon du Dimanche précédent. On fait mémoire de la Sainte Vierge, page 45.*

*A COMPLIES, l'Ant. & l'Hymne aux Dimanches, ci-deſſus, & le reſte comme au Pſeautier.*

---

# LE SAMEDI
## Avant le Dim. entre la Circonſ. & l'Epiphan.
### *A VEPRES.*

*Comme aux Samedis ci-deſſus, 131, excepté ce qui ſuit.*




*Oraiſon*, Deus, qui in unigénito. *ci-après.*

*A COMPLIES, comme aux Samedis, ci-deſſus*, 134.

---

## DIM. ENTRE LA CIRCONS. ET L'ÉPIPH.

*A NONE & A VEPRES, comme aux Dim. depuis la Circonciſion juſqu'à la Septuag.* 132, *en ajoutant ce qui ſuit.*




### ORAISON.

DEus, qui in Unigénito tuo novam creatúram nos tibi eſſe feciſti ; cuſtódi ópera miſericórdiæ tuæ, & ab ómnibus nos máculis vetuſtátis emunda ; ut per auxílium grátiæ tuæ, in illíus inveniámur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtántia : Qui tecum.

*On fait les mém. occurr. de l'Oct. de S. Etienne, & de la V.*

*A COMPLIES, comme aux Dimanches, page* 134.

## LE II. JANVIER.

# OCTAVE DE S. ÉTIENNE, I. MART.

Double-Majeur.

*Tout comme au jour de la Fête, en obſervant le rit double, & exceptant ce qui ſuit.*

*A VEPRES, Pſſ. de la Férie.*






*Au lieu de* Qui natus., *on dit à l'Hymne la Doxolog. ſuiv.*

Jeſu coróna Mártyris
Quem ſtans ab alto réſpicis ;
Fac nos potenti grátiâ
Illùc ſequi quò dux præit.
Amen.

ORAISON.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui primítias Mártyrum in beáti Levítæ Stéphani ſánguine dedicaſti : tríbue, quæſumus, ut pro nobis interceſſor exiſtat ; qui pro ſuis étiam perſecutóribus exorávit Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum ; Qui tecum, &c.

*Mémoire de S. Baſile, Ev. & Doct. Ant.* Beátus, qui. ℣. Beátus homo. *Oraiſon*, Excita. *au Commun, p.* xxxiv. *( Hors du Dioceſe, mémoire de la Vierge, page* 45.*)*

*A COMPL. Ant. du jour de la Fête. Hymne*, Virgo. *p.* 134.

## 3. Janvier. S. BASILE LE GRAND, Ev. & Doct.

*Tout comme au Commun des Docteurs, page* xxxj.

*Mémoire de Ste. Genevieve, Vierge & Mart. Ant.* Complácuit. ℣. Audi. *au Commun des Vierges non Martyres, p.* lxj *&* lxij. *Oraiſon*, Effunde. *ci-après.*

*Enſuite de la ſainte Vierge, page* 45.

## 4. Janvier. SAINTE GENEVIEVE, Vierge.

*Tout comme au Commun des Vierges non Mart. p.* lvij.

ORAISON.

EFfunde ſuper nos, Dómine, ſpíritum agnitiónis & dilectiónis tuæ, quo ancillam tuam Genovéfam implevisti ; ut ſédulâ ejus imitatióne tibi ſincérè obſequentes, fide tibi & ópere placeámus ; Per.

*Mémoire de la ſainte Vierge, page* 45.

*A Vêpres, mémoire de S. Simon Stylite, Anachorete, Ant.* Reliquiſti. ℣. In umbra. *Oraiſon*, Omnípotens. *au Commun des Moines, p.* xlij. *Enſuite de la S. Vierge*, 45.

## LE V. JANVIER.

# LA VEILLE DE L'ÉPIPHANIE.

### *A NONE. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 4. E. Mihi flectetur omne genu, &



omnis lingua confitebitur, De-o, alle- lu ia.

CAPITULE. *Sophon.* 2.

ATtenuábit Dóminus omnes deos terræ; & adorábunt eum viri de loco ſuo, omnes ínſulæ géntium.

℟. *br.* Adorábunt eum, omnes reges terræ, * Allelúia, allelúia. Adorábunt. ℣. Omnes gentes ſérvient ei, * Allelúia. Glória Patri. Adorábunt.

℣. Dómini eſt regnum; ℟. Et ipſe dominábitur géntium.

## LE VI. JANVIER.

# ÉPIPHANIE DE NOTRE SEIGNEUR.

Solemnel-Majeur.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. D. E C-ce e- go declina- bo



ſuper Je-ru-ſa- lem qua-ſi flu- vi-um pacis,



& qua-ſi torrentem inundantem glo-ri-am Gen-



tium. *Ant.* 2. Quomodò po- nam te in



fi- li-os, & tribuam ti-bi hæredi- tatem præ-



claram exerci-tuum Gentium? *Ant.* 3. a.




CAPITULE. *Iſ.* 60.

IN die illa, radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populó-rum, ipſum gentes deprecabuntur.






*On répete le* ℟. Salutáre. *juſqu'au* ℣.

HYMNE *du* 3.




Stat vátibus priſcis fides;
En ſtella ſurgit ex Jacob:
Arrectus ad ſpectáculum
Eóus orbis émicat.

Dum ſidus ádmonet foris,
Lux fulget intùs clárior;
Suadetque vi blandâ Magos
Signi datórem quærere.

Segnes amor neſcit moras:
Labor, perícla, nil movent:
Domum, propinquos, pátriam,
Deo vocante, déſerunt.

Micante dum nos állicis,
O Chriſte, ſtellâ grátiæ;
Ne tarda cœleſti ſinas
Obſtáre corda lúmini.

Qui lumen eſt, ſit laus Patri:
Qui ſe revélat Géntibus,
Sit laus perennis Fílio:
Par ſit tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Annuntiábunt cœli juſtítiam Dómini
℟. Pópulo qui naſcétur, quem fecit Dóminus.

*A* Magníficat. 

*Ant.* 8. G. *qui ſe double.* Civi-tas De- i, luce



ſplen- didâ ful-ge- bis : na-ti-o- nes ex longin-



quo ad te ye- ni-ent ; & munera defe-ren tes,



ado-ra- bunt in te Do-minum.

ORAISON.

DEus, qui hodiernâ die Unigénitum tuum Géntibus, ſtellâ duce, revelaſti ; concéde propítius, ut qui jam te ex fide cognóvimus, uſque ad contemplandam ſpéciem tuæ celſitúdinis perducámur : Per eumdem.

*A COMPLIES. Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 1. a. Illumi-nare, Jeru-ſa-lem ; quia ve-nit



lu-men tu- um, & glo-ri- a Do- mini ſu-per



te orta eſt.

*Hymne*, Virgo Dei Genitrix. *ci-deſſus*, *page* 134.

*A* Nunc dimittis. 

*Ant.* 7. c. E-go Do- minus



dedi te in fœ-dus po-puli, in lu- cem genti-um,



allelu-ia.

*A NONE. Pſeaumes du Dimanche.*



*Ant.* 4. E. Gra-ti-a data eſt à De-o, ut

ſi at o-bla- tio Gentium accepta, & ſancti-fica-

ta in Spi- ritu Sancto, alle- lu- ia.

CAPITULE. *Rom.* 15.

DIco gentes ſuper miſericórdia honoráre Deum, ſicut ſcriptum eſt : Proptéreà confitébor tibi in géntibus, Dómine, & nómini tuo cantábo. Et íterùm dicit : Lætámini gentes, cum plebe ejus.

℟. *br.* Afferte Dómino, pátriæ gentium, afferte Dómino glóriam & honórem, * Allelúia, allelúia. Afferte.
℣. Afferte Dómino glóriam nómini ejus, * Allelúia. Glória Patri. Afferte.

℣. Commoveátur à fácie ejus univerſa terra,
℟. Dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

## *AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Dixit Dóminus. *page* 3.

*Ant.* 1. D. MYſte-ri-um

quod abſconditum fu- it à ſe- culis & genera-

ti-o- nibus, nunc manifeſta- tum eſt, alle- lu-ia.

*Pſ.* Laudáte, púeri. *p.* 5.

*Ant.* 2. Gentes quæ non ſectaban-

tur juſti- tiam, apprehenderunt juſti- tiam; juſ-

ti-tiam au-tem quæ ex fi- de eſt, allelu- ia.

*Pſ.* Laudáte Dóminum omnes gentes. *p.* 114.

*Ant.* 3. E. In Chriſto

Je- ſu, vos qui era- tis longè, facti eſtis

propè ; ip-ſe eſt enim pax noſtra , qui fecit

u- traque unum , alle- lu-ia. *Pſ.* Lætátus ſum. *page* 21.

*Ant.* 4. E. Ve-ni-ens evange liza- vit pa-

cem vobis , qui longè fu- iſ- tis , & pa- cem

i-is qui propè , alle- lu- ia. *Pſ.* Confitebor..... quóniam. *p.* 30.

*Ant.* 5. C. Non eſt perſona-rum accep-tor

De- us ; ſed in omni gen-te , qui timet e- um

& o- peratur juſti- ti-am , acceptus eſt

il- li , alle- lu-ia.

## CAPITULE. *Rom.* 9.

Vocávit nos Deus non ſolùm ex Judæis , ſed étiam ex Géntibus , ſicut in Oſée dicit : Vocábo non plebem meam , plebem meam ; & non dilectam , dilectam ; & non miſericórdiam conſecútam , miſericórdiam conſecútam.

*Du* 6. A L- le- lu- ia , al- le- lu- ia.

℣. Gra- ti-as De- o

Patri , qui e- ri-pu-it nos de po-teſta- te tenebrarum ;



te- nebra- rum, & tranſtulit in regnum



fi- li-i dilecti- o- nis ſu- æ.



Al- le- lu- ia.

HYMNE, *du* 5.



HUc vos, ô miſeri : ſurda relinquite,



Quæ cæci colitis, mutaque numina ; Se vobis ape-



rit ſplendida civitas, Veri Numinis hoſpita.

En veſtræ præeunt primítiæ, Magi :
Vatum dicta patent : exitiálibus
Errórum ténebris óbſita gens diù,
Miro lúmine ſpárgitur.

Ambo ſic pópuli, diſſociábilis
Quos dudùm páries ſéparat, únicum
In corpus coëunt. Hoc próprium modò
Ambóbus máneat decus !

O arcána Dei consília ! ô tuo
Deturbáta gradu, primus amor Dei,
Plebs Judæa ! tuis glória géntium
Damnis, vítaque náſcitur.

Jam natíva óleæ bráchia décidunt,
Rami degéneres, germen adúlterum ;
Miraturque novos fémine non ſuo
Arbor créſcere ſúrculos.

Nos radix óleæ ſúſtinet. Ah ! cave,
Qui ſtas, ne ſtérili defícias fide :
Tu ramos véteres ínſere dénuò :
Tu ſerva, Deus, ínſitos.

Qui nos membra ſacri córporis éfficit,
Sit laus ſumma Patri : laus quoque Fílio,
Cujus membra ſumus : quo vigor ínfluit
Membris, laus tibi, Spíritus. Amen.

℣. Pópuli confitebuntur tibi, Deus,
℟. In æternum, & in ſéculum ſéculi.




*Oraiſon*, Deus, qui, &c. *aux I. Vêpres.*
*A COMPL. Pſſ. du Dim. Le reſte comme aux I. Vêpres.*

---

## LE SAMEDI
### Avant le Dimanche dans l'Oct. de l'Épiphanie.

*A VEPRES*, *Pſſ. du Samedi*, *ſous la ſeule Ant.* Myſtérium. *la premiere des II. Vêpres de l'Epiphan. p.* 143.

CAPITULE. *Iſ.* 45.

CONvertímini ad me, & ſalvi éritis, omnes fines terræ; quia ego Deus, & non eſt álius. In memetipſo jurávi; egrediétur de ore meo juſtítiæ verbum, quia mihi curvábitur omne genu, & jurábit omnis lingua.

*Hymne*, Huc vos. *ci-deſſus*, *page* 145.

℣. Quærite Dóminum, & virtútem ejus:
℟. Quærite fáciem ejus ſemper.



ORAISON.

DEus, qui húmilem Fílii tui pueritiam cœleſti claréſcere ſapiéntiâ voluiſti : præſta, ut ſpíritu prudéntiæ repléti, ſincérâ tibi humilitáte placeámus : Per.

*A COMPLIES, Pſſ. du Samedi. Le reſte comme au jour de l'Epiphanie, page* 142.

---

## DIMANCHE DANS L'OCT. DE L'ÉPIPH.

*A NONE, comme au jour de l'Epiphanie.*

*A VEPRES.*

*(A moins que ce Dimanche ne concoure avec les I. Vêp. du jour de l'Oct. de l'Epiph.) Pſſ. du Dimanche, avec les Ant. des II. Vêpres de l'Epiphanie, page* 143.

CAPITULE. *Epheſ.* 4.

CReſcámus in illo per ómnia, qui eſt caput Chriſtus; ex quo totum corpus compactum & connéxum per omnem junctúram ſubminiſtratiónis, ſecundùm operatiónem in menſúram uniuſcujuſque membri, augmentum córporis facit in ædificatiónem ſuî in caritáte.

*Hymne*, Huc vos. ℣. Pópuli. *page* 145.

A Magníficat.




*Oraiſon*, Deus, qui húmilem. *du Samedi, ci-deſſùs.*

*A COMPLIES, comme au jour de l'Epiph. p.* 142.

---

## AUX JOURS DANS L'OCT. DE L'ÉPIPH.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit.*

*A NONE. Pſſ. de la Férie.*

*A VEPRES, Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Ant.* Myſtérium. *qui eſt la premiere des II. Vêpres de l'Epiph. p.* 143.

*Après le Capitule, on omet* Allelúia. *avec ſon* ℣.

*L'Ant. à* Magníficat. *eſt propre pour chaque jour.*

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*

LE VII. DE L'OCTAVE.

A Magníficat.





& Mo- yſes : paſſibilis Chriſtus, primus lumen



annunti-a-turus eſt populo , & Gentibus , alle luia.

## LE VIII. DE L'OCTAVE.

*A* Magníficat.



*Ant.* 4. *E.* Era- tis vos aliquandò



tenebræ, nunc autem lux in Domino : ut fi-



li-i lu- cis ambu-la- te.

## LE IX. DE L'OCTAVE.

*A* Magníficat.



*Ant.* 3. *a.* Omnes gentes ado-



rabunt in conſpectu tu-o , Domine , quoniam



judi- ci-a tu- a manifeſ-tata ſunt.

*On fait mémoire de Saint Paul , Hermite.*

*Ant.*2.



Recede & abſcondere ; de torren-



te bi- bes : corviſque præcepi , ut paſ- cant te.

℣. Jacta ſuper Dóminum curam tuam ,

℟. Et ipſe te enútriet.

ORAISON.

DEus , cujus grátiâ beátus Paulus prudenti fugâ ſalúti ſuæ cónſulens , máluit facultátibus ſuis ſpoliári, quàm Chriſto ; quæſumus , ut purificátis ab omni terrenórum cupiditáte méntibus , te ſolo dívites eſſe velímus ; Per eumdem.

LE X. DE L'OCTAVE.




LE XI. DE L'OCTAVE.




LE XII. DE L'OCTAVE.

*(Si c'eſt un Samedi, A NONE, Pſſ. du jour. Le reſte comme au jour de l'Epiphanie, excepté l'Oraiſon, qui ſe prend du Dimanche dans l'octave.*

*VEPRES du jour de l'Oct. ci-après, ſans mém. du Dim.*

---

LE XIII. JANVIER.

## OCTAVE DE L'ÉPIPHANIE.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie à tout l'Office.*






CAPITULE. *Joël.* 3.

ERit Jerúſalem ſancta, & aliéni non transíbunt per eam ámpliùs. Et erit in die illa : Stillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lacte, & per omnes rivos Juda ibunt aquæ ; & fons de domo Dómini egrediétur, & irrigábit torrentem ſpinárum.


℟. *du* 1.
Qui poſt me ventu- rus eſt, forti-
or me eſt, cujus non ſum dig-nus cal-
ce-amen-ta por- ta- re : * Ip- ſe † Vos bapti-
za- bit in Spi- ritu ſanc- to & ig-
ni. ℣. Sanctus voca-bi-tur omnis qui ſcriptus
eſt in vita in Je- ruſalem; ſi a-blu erit Do-
minus ſordes fili- arum Si- on in ſpi- ritu ju- di-
ci-i, & ſpi- ritu ar-do- ris. * Ip- ſe.
Glori-a Patri, & Fi-li-o, & Spiri- tu-
i ſanc- to. † Vos.
HYMNE, *du* 3.
Clamantis ec-ce vox ſonans Deſer-ta Ju-
dæ-æ quatit; Mox ad Joannem conflu-unt, Quos
criminum mo-les gravat.

En ipſe permiſtus reis
Accédit Agnus ínnocens;
Agnus ſuo qui ſánguine
Piábit orbis crímina.
Sub nube carnis at ſuum
Lucerna Solem détegit;
Lymphis nec audet tíngere,
A quo lavári débuit.
Parere ſed fas eſt Deo,
Vel quandò ſeſe déprimit:
Hunc omne virtútum genus
Implére nempè ſic decet.
Agnoſce, Præcurſor, tibi
Intùs revélat quem Deus:
Tu mergis undis córpora,
Hic corda mundat Spíritu.
¶ Mundi ſcelus qui díluis,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Flúmina plaudent manu
℟. Simul montes exultábunt à conſpectu Dómini.

A Magníficat.



*Ant.* 7. G. E- rit di-es u-na,



quæ no- ta eſt Do-mino : & exi- bunt aquæ



vivæ de Je- ru- ſa-lem ; & e- rit Do-minus



Rex ſu-per omnem terram.

ORAISON.

DEus, cujus Unigénitus in ſubſtántia noſtræ carnis appáruit; præſta, quæſumus, ut per eum quem símilem nobis foris agnóvimus, intùs reformári mereámur : Qui tecum vivit.

*A COMPLIES, Pſſ. & Capit. de la Férie. Le reſte comme au jour de l'Épiphanie,* *page 141.*

*A NONE, Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 1. a. Qui cre-di- derit, & bap-tiza-tus



fu- e-rit, Salvus erit.

CAPITULE. *Epheſ. 5.*

CHriſtus diléxit Eccléſiam, & ſeipſum trádidit pro ea, ut illam ſanctificáret, mundans lavácro aquæ in verbo vitæ, ut exhibéret ipſe ſibi glorióſam Eccléſiam, non habentem máculam, aut rugam, aut áliquid hujúſmodi ; ſed ut ſit ſancta & immaculáta.

℟. *br.* Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei, * Al-

lelúia, allelúia. Flúminis. ℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus, * Allelúia. Glória. Flúminis.

℣. Rivos ejus inébria, Dómine :

℟. Multíplica genímina ejus.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*





ta-tem habe- te, quod eſt vincu-lum perfecti-



o- nis; & pax Chriſti exul-tet in cor-dibus veſ-



tris, in qua & voca- ti eſ-tis in uno corpore.

CAPITULE. 1. *Cor.* 12.

Omnia membra córporis, cùm ſint multa, unum tamen corpus ſunt; ita & Chriſtus. Etenim in uno Spíritu omnes nos in unum corpus baptizáti ſumus, ſive Judæi. ſive gentíles, ſive ſervi, ſive líberi.

HYMNE, *du* 3.



E- Mergit undis, & De-o Fundit preces



ho-mo De-us: Patet polo-rum re- gi-a; Adeſt



repentè Spiri-tus.

Inſtar columbæ vértici
Illapſus ínſidet ſacro;
Summi Patris vox pérſonat:
Dilectus hic eſt Fílius.

Chriſti dicáta córpore
Sic quē lavácra cónſecrant,
Hic náſcitur proles Dei;
Cœlum precanti pánditur.

Caſtis fit, expers ſórdium,
Columba ſimplex móribus:
Divínus hunc intùs regit,
Agit, fovetque Spíritus.

O Chriſte, ſacri gúrgitis
Quos abluiſti fóntibus,
Tuo cruóre cándidos
Fac nulla labes ínquinet.

Mundi ſcelus qui díluis,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Ego dixi: Dii eſtis, ℟. Et Fílii Excelſi omnes.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. D. Je- ſus ple- nus Spi-



ri-tu ſancto, regreſ-ſus eſt à Jorda- ne; & a-



ge-ba- tur à Spi- ri-tu in de- ſertum.

*Oraiſon*, Deus, cujus. *aux I. Vêpres*, *page* 148.

*Enſuite ( à moins que ce ne ſoit un Samedi ) on fait mémoire de S. Hilaire, Evêque & Doct. Ant.* Beátus. ℣. Beátus homo. *au Commun, page* xxxiv.

ORAISON.

PRoſit nobis, Dómine, beáti Pontíficis Hilárii feſtíva Solémnitas, ut ſicut conſubſtantiális tibi Verbi fidem per univerſas Gállias ſervávit illæſam ita nos, ejus interceſſióne, in eádem fide ſtábiles, ipſi ſoli ſemper Verbo vivámus Fílio tuo Dómino noſtro; Qui tecum vivit.

*Puis de S. Felix, Prêtre. Ant.* Notum fáciet. ℣. Oculi. *au Commun, page* lj.

ORAISON.

EXcita in Ecclésia tua, Dómine, Chriſtiánæ paupertátis ſpíritum, quem ſanctus Préſbyter Felix tui nóminis confeſſor religiósè cóluit; ut, ejus intercedéntibus méritis, promiſſa paupéribus ſpíritu præmia felíciter conſequámur; Per Dóminum.

## II. DIMANCHE APRÈS L'ÉPIPHANIE.

*Tout comme aux Dimanches depuis la Circonciſion juſqu'à la Septuagéſime, page* 132, *en ajoutant ce qui ſuit, & de même aux autres Dimanches.*

*La veille, tout comme aux Samedis depuis la Circonciſion juſqu'à la Septuagéſime, p.* 131, *en ajoutant ce qui ſuit.*




ORAISON.

DOmine Deus, qui ut núptias ſanctificáres, iis intereſſe voluiſti; da nobis eárum intellígere myſtérium, & ad illas núptias perveníre, in quibus ipſe ſponſus es caſtárum animárum: Qui vivis & regnas.





mani-feſ-ta- vit glo- ri-am ſu- am ; & credi-



de-runt in e- um diſci-pu-li e-jus.

*Oraiſon*, Dómine, Deus. *ci-deſſus*, *page* 155.

## III. DIMANCHE APRÈS L'ÉPIPHANIE.

*La veille*, *à* Magníficat.



*Ant.* 2. Ne ti-me-as, ſerve me- us Ja-cob,



a- it Do-minus, neque pave-as Iſ- ra-el ; quia



ec-ce e-go ſalva- bo te.

ORAISON.

OMnſpotens, ſempiterne Deus, infirmitátem noſtram propítius réſpice; atque, ad protegendum nos, déxteram tuæ majeſtátis extende : Per Dóminum.

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. *G.* Di- xit Je-ſus Centu-



ri- o- ni : Va- de ; & ſicut credidiſ-ti, fi- at



ti- bi. Et ſa-na-tus eſt pu- er in illa hora.

*Oraiſon*, Omnípotens. *ci-deſſus.*

## IV. DIMANCHE APRÈS L'ÉPIPHANIE.

*La veille*, *à* Magníficat.



*Ant.* 2. Domine De- us, ecce tu feciſ-




ORAISON.

DEus, qui nos in tantis perículis conſtitútos, pro humána ſcis fragilitáte non poſſe ſubsíſtere; da nobis ſalútem mentis & córporis, ut ea quæ pro peccátis noſtris pátimur, te adjuvante, vincámus : Per.

A Magníficat.




*Oraiſon*, Deus, qui. *ci-deſſus.*

## V. DIMANCHE APRÈS L'ÉPIPHANIE.

*La veille*, *à* Magníficat.




ORAISON.

FAmíliam tuam, quæſumus, Dómine, contínuâ pietáte cuſtódi; ut quæ in ſola ſpe grátiæ cœleſtis innítitur, tuâ ſemper protectióne muniátur; Per Dóminum.

A Magníficat.





zizani- a, & alligate e-a in faſci-culos



ad combu- rendum ; tri- ticum autem congrega-



te in horre-um me-um.

*Oraiſon* , Famíliam tuam. *ci-deſſus* , *page* 157.

---

## VI. DIMANCHE APRÈS L'ÉPIPHANIE.

*La veille* , *à* Magníficat.



*Ant.* 6. Be- a- ti ſu-mus , Iſ-ra-ël ; qui-a



quæ De- o pla-cent, mani- feſ- ta ſunt no-bis.

### ORAISON.

PRæſta , quæſumus, omnípotens Deus , ut ſemper rationabília meditantes , quæ tibi ſunt plácita , & dictis exequámur & factis : Per.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. a. Si- mi-le eſt regnum



cœlo- rum fermento quod acceptum mu-li- er abſ-



condit in farinæ ſa-tis tri-bus , donec fermenta-



tum eſt totum.

*Oraiſon* , Præſta. *ci-deſſus*.

## SAMEDI AVANT LE DIM. DE LA SEPTU.

### *A VEPRES.*

*Juſqu'au Samedi Saint, au lieu d'*Allelúia, *on dit:* Laus tibi, Dómine, Rex æternæ glóriæ.

*Si les Vêpres ſont d'un Saint, on dit* Allelúia *au commencement, ainſi qu'à l'Antienne de* Magníficat.

*Pſeaumes du Samedi, ſous la ſeule Antienne ſuivante.*




C a p i t u l e. *Exod.* 31.

CUſtódiant fílii Iſrael Sábbatum, & célebrent illud in generatiónibus ſuis. *Pactum eſt ſempiternum inter* me & fílios Iſrael, ſignumque perpétuum: ſex enim diébus fecit Dóminus cœlum & terram, & in ſéptimo ab ópere ceſſávit.

Hymne *du* 8.




Nos, ſanctitáte perditâ,
Pœnális expectat labor:
Hymnos-ne dulces pátriæ
Mœſti canámus éxules?

Qui te piis placábilem
Spondes futúrum flétibus,
Lugére da longi, Pater,
Delicta, cauſas éxilî.

Verùm ſalúbrem témperet
Spe nixa mœrórem fides;
Tu mox quiéti nos tuæ,
Lætiſque reddes cánticis.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui corda noſtra cónſecras,
Sit & tibi laus, Spíritus. Amē.

℣. Priuſquàm montes fíerent, aut formarétur terra & orbis, ℟. A ſéculo & uſquè in ſéculum tu es Deus.

*A* Magníficat. 

*Ant.* 1. D. Do- minus De-us noſ-



ter fecit ter-ram in forti-tu- dine ſu- a, præpara-



vit or-bem in ſapi-enti-a ſu- a, & pruden-



ti-â ſu- â ex-tendit cœ-los.

*Oraiſon*, Preces pópuli. *ci-après, page* 163.

*A COMPLIES. Pſſ. du Samedi. Le reſte comme à la Septuagéſime, ci-après, page* 163.

---

## DIMANCHE DE LA SEPTUAGÉSIME.

### *A NONE.*



*Ant.* 4. a. Nihil odiſ- ti e orum quæ feciſ-



ti : par- cis au-tem om- nibus; quoniam tu- a



ſunt, Domine, qui a- mas a-ni-mas.

CAPITULE. *Sap.* 1.

DEus mortem non fecit, nec lætátur in perditióne vivórum; creávit enim ut eſſent ómnia, & ſanábiles fecit natiónes orbis terrárum.

℟. *br.* Deus, tu converſus * Vivificábis nos. Deus.
℣. Et plebs tua lætábitur in te : * Vivificábis nos. Glória. Deus.

℣. Dómine, miſericórdia tua in ſéculum :
℟. Opera mánuum tuárum ne deſpícias.

*A VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*

 

*Ant.* 1. D. D Omine De-us, omnium


cre-a-tor, qui fe- ciſ- ti patres e- lectos, &
ſancti-ficaſti e- os; cuſtodi partem tu-am, &
ſancti-fica. *Ant.* 4. E. Ne au-feras mi-
ſericordiam tu-am à nobis, propter Abraham
dilectum tu-um, & I- ſa-ac ſervum tu-um, &
Iſra-el ſanctum tu-um. *Ant.* 2. Juxta
fi- dem defuncti ſunt iſ-ti, non acceptis re-
promiſ-ſi-o-nibus, ſed à longè e-as aſpi-ci-en-
tes & ſalutantes, & confitentes quia pere-
grini & hoſpites ſunt ſu-per terram.
*Ant.* 5. C. De-us non confunditur voca-ri
De-us e-o- rum; paravit enim il-lis civita-
tem. *Ant.* 3. a. Mo-yſes ſecùs rubum



dicit Dominum, Deum Abraham, & De-um



I- ſa-ac, & Deum Ja-cob: Deus autem non



eſt mortu-o-rum, ſed vivorum.

CAPITULE. 1. *Mach.* 2.

MEmentóte óperum patrum, quæ fecérunt in generatiónibus ſuis; & accipiétis glóriam magnam, & nomen æternum.

HYMNE, *du* 8.



V Os, ante Chriſti tempora, Chriſti fide-



les aſſeclæ, Verenda Juſtorum cohors, Primi-



que credentûm patres.

Veſtram quis ô dignis queat
Efferre láudibus fidem?
Crebros anhelantis ſpei
Quis éxplicet ſuſpíritus?
Hìc éxules, hìc ádvenæ,
Mundi figúram ſpérnitis:
Non litterâ, ſed ſpíritu,
Promiſſa penſátis bona.
Intenta mens uni Deo
Reſpectat æternas domos:
Fac, Chriſte, nos veram quoque
Deſideráre pátriam.
Qui ſemen Abræ ſúſcipis,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Cogitávi dies antíquos,
℟. Et annos æternos in mente hábui.

*A* Magníficat.



*An.* 6. E- runt noviſſimi



primi, & primi noviſſimi; multi enim ſunt



voca- ti, pauci ve-rò e- lecti.

ORAISON.

PReces pópuli tui, quæſumus, Dómine, clementer exaudi; ut qui juſtè pro peccátis noſtris afflígimur, pro tui nóminis glória miſericórditer liberémur: Per.

*Avant la Préſentation, mémoire de la S. Vierge*, 45.

*A* COMPLIES. *Pſſ. du Dimanche.*



*Ant.* 2. Eſt fides ſperandarum ſubſtan-



ti-a rerum, argumentum non apparentium: in



hac enim teſtimonium conſecu- ti ſunt ſenes.

HYMNE, *du* 1.



QUæ legis ante tempora Sub lege fe-cit



& Patres Juſtos fides; ſub gra- ti- a Tot Chriſti-



a- nos parturit.

Nunc ergò nubem téſtium,
Quæ lucis oſtendit viam,
Spectémus; & veram fidem
Sanctis probémus móribus.

Agnoſcit auctórem ſuum,
O Chriſte, noſtra te fides:
Nobis eam da créſcere;
Nobis eam da pérfici.

Dum corpus ággravat ſopor,
Cor clamet ad te líberum;
Amémus uſquè; cáritas
Numquàm præcári déſinat.

Qui ſemen Abræ ſúſcipis,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

*Capitule & ℟. br. comme au Pſeautier.*

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 4. A. Mori-a- tur a- ni-



ma me-a morte juſtorum, & fi-ant noviſ-ſi-



ma me-a horum ſi- mi- li- a.

# AUX FÉRIES

## Depuis la Septuagéſime juſqu'au Carême.

*A NONE, Pſſ. de la Férie. Le reſte comme à la Septuag.*

*A VEPRES, Pſſ. du Pſeautier, ſous la ſeule Ant.* Dómine Deus. *la premiere de Vêpres de la Septuagéſime*, 160.

*Capitule, Hymne & ℣. comme à la Septuagéſime*, 162.




*L'Oraiſon du Dimanche précédent.*

*Avant la Préſentation, mémoire de la Vierge*, 45.

*Après la Préſentation, on fait les ſuffrages des Saints & de la Croix, page* 53.

*A COMPL. Pſſ. de la Férie. Le reſte comme à la Sept.* 163.

## SAMEDI AVANT LA SEXAGÉSIME.

*A VEPRES, Pſſ. du Samedi, ſous la ſeule Ant.* Fide. 159.

CAPITULE. *Sap.* 24.

AB início cùm perírent ſuperbi gigantes, ſpes orbis terrárum ad ratem confúgiens, remíſit ſéculo ſemen nativitátis, quæ manu tuâ, Pater, erat gubernáta.

*Hymne*, Te læta. ℣. Priuſquàm. *ci-deſſus, page* 159.




*L'Oraiſon du Dimanche ſuivant, ci-après.*

*A COMPL. Pſſ. du Samedi. Le reſte comme à la Sept.* 163.

## DIMANCHE DE LA SEXAGÉSIME.

*A NONE & A VEPRES*, *Pſſ. du Dimanche.*

*Tout le reſte comme à la Septuag.* 160, *excepté ce qui ſuit.*




ORAISON.

DEus, qui cónſpicis quia ex nulla noſtra actióne confídimus : concéde propítius, ut contra adverſa ómnia, grátiæ tuæ protectióne muniámur ; Per Dóminum.

*A COMPLIES*, *comme à la Septuagéſime*, 163.

## SAMEDI AVANT LA QUINQUAGÉSIME.

*A VEPRES*, *Pſſ. du Samedi*, *ſous la ſeule Ant.* Fide, 159.

CAPITULE. *Eccl.* 44.

ABraham magnus pater multitúdinis géntium, & non eſt inventus ſímilis illi in glória ; qui conſervávit legem excelſi, & fuit in teſtamento cum illo.

*Hymne*, Te læta. ℣. Priuſquàm. *ci-deſſus*, 159.





do dedit il-li De- us glo- riam in gente ſua.

*L'Oraiſon du Dimanche ſuivant, ci-après.*

*A COMPLIES, comme à la Septuagéſime, p. 163.*

## DIMANCHE DE LA QUINQUAGÉSIME.

*A NONE & A VEPRES, tout comme à la Septuagéſime, page 160, ajoutant ce qui ſuit.*

A Magníficat.



*Ant.* 8. G. Fi-li-us ho- minis tra-



de-tur gen- tibus, & il- lude-tur, & flagel-la-



bitur, & conſpu-e-tur; & poſtquàm flagel- la-ve-



rint, occident e- um: & terti-â di- e reſur- get.

ORAISON.

PReces noſtras, quæſumus, Dómine, clementer exaudi; atque à peccatórum vínculis abſolútos, ab omni nos adverſitáte cuſtódi; Per.

*A COMPLIES, comme à la Septuagéſime*, 163.

# FÉRIES DU CARÊME.

## LE JOUR DES CENDRES.

*A NONE, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 6. Puri-fica- te corda, peccato-res:



luge- te, & plora- te: humi-li-a- mini in



conſpec-tu Do- mini.

CAPITULE. *Joël. 2.*

INter veſtíbulum & altáre plorábunt ſacerdótes, miniſtri Dómini; & dicent : Parce, Dómine, parce pópulo tuo; & ne des hæreditátem tuam in oppróbrium.

℟. *br.* Miſerére meî, Deus, * Miſerére meî. Miſerére.
℣. Quóniam in te confídit ánima mea, * Miſerére meî. Glória Patri. Miſerére.

℣. Miſéricors Dóminus, & juſtus;
℟. Et Deus noſter miſerétur.

*Prieres à genoux, page 51.*

*A VEPRES, Pſſ. du Pſeaut. ſous la ſeule Ant. ſuivante.*




CAPITULE. *Ezech. 33.*

SI ímpius in mandátis vitæ ambuláverit, nec fécerit quidquam injuſtum vitâ vivet, & non moriétur. Omnia peccáta ejus quæ peccávit non imputabuntur ei.

HYMNE *du 2.*




Scrutátor alme córdium,
Infirma tu ſcis vírium;
Ad te reverſis éxhibe
Remiſſiónis grátiam.

Multùm quidèm peccávimus;
Sed parce confiténtibus :
Ad nóminis laudem tui
Confer medélam lánguidis.

Sic corpus extrà cónteri
Dona per abſtinéntiam,
Jejúnet ut mens ſóbria
A labe prorsùs críminum.

Præſta, beáta Trínitas,
Concéde, ſimplex Unitas,
Ut fructuóſa ſint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

℣. Tempus benepláciti, Deus :
℟. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me.

*A* Magníficat.


*Ant.* 4. *A.* Theſaurizate vo- bis the-



ſauros in cœ-lo, ubi neque æ- ru-go, neque



ti- ne- a demo- li- tur.

*Prieres à genoux*, 52, *avec le Pſ.* Miſerere. 41.

ORAISON.

DEus, miſericórdiæ dator; & tótius bonitátis auctor; qui jejúniis, oratiónibus & eleemóſynis peccatórum remédia, & virtútum ómnium tríbuis increménta; te húmili devotióne precámur, ut qui ad hæc agenda ſaluberrimam dediſti doctrínam, ad complendum indefeſſam tríbuas efficáciam; Per Dóminum.

*Après les mémoires occurrentes, s'il y en a, on dit les Suffrages de la Sainte Croix & de tous les Saints*, 53.

A COMPLIES, *Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 4. *E.* Pecca-vimus i-niquita- tem fe- ci-



mus, impi- è e- gimus: tibi, Do-mine, juſ-



ti-ti-a; no- bis autem confu- ſi-o fa- ci-e- i.

HYMNE du 2.


O Splendor æterni Patris, Tu, Chriſte,



qui verus di-es, Et vera lux de lumine, Mentis



ſu-gas ca-liginem.

En ſolis abſceſſit jubar,
Noctiſque ſuccédunt vices:
Qui próſperum donas diem,
Da tuta noctis ótia.

Si clauſa torpent lúmina,
Suſpíret ad te mens vigil:
Potente, qui te díligunt,
Servos tuére dépxterâ.

Tu,

Tu quos moleſti córporis
Gravis retardat ſárcina,
Fac mentis alis líbero
Sursùm volátu téndere.

O ſpes ſalútis única!
Votis adeſto ſúpplicum:
Defende quos mercátus es
Mercéde fuſi ſánguinis.

Præſta beáta Trínitas;
Concéde, ſimplex únitas,
Ut fructuóſa ſint tuis
Jejuniórum múnera. Amen.

*Capitule & ℟. br. page 19.*




*Prieres à genoux, page 53.*

LE JEUDI, *VEPRES de la Fête ſuivante.*

## LE VENDREDI APRÉS LES CENDRES.

# FÊTE DES CINQ PLAIES DE N. S. J. C.

Double-Majeur.

## *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. *Zach.* 12.

EFfundam ſuper domum David, & ſuper habitatóres Jerúſalem ſpíritum grátiæ & precum; & aſpícient ad me, quem confixérunt.


℟. du 5.
A S- pici-a- mus in aucto-rem fi- de- i,
& conſummato-rem Je- ſum, * Qui propo- ſi-
to ſibi gau- di- o, ſuſti- nuit cru- cem,
† Confu-ſi-o- ne con- temp- tâ. ℣. Omnes
nos quaſi oves erra-vimus, unuſquiſque
in vi-am ſu-am de- clina- vit : & poſu-it Domi-
nus in e- o iniquitatem omnium noſ- trûm ;
* Qui. Glori-a Pa- tri, & Fi- li-o, &
Spiri- tu-i ſanc- to. † Confu-ſi-o- ne.
HYMNE, du 2.
P Rome vocem, mens, canoram, Plange triſ-
ti carmine ; Dic cru-ci-fi-xi dolo- res, Mortu-i
dic vulnera ; Innocens quæ ſpontè Chriſtus Pro
re-is fert victima.

Cæſus immíti furóre
Noſtra propter crímina,
Nos ſuo livóre ſanat,
Nos jacentes érigit;
Et fovet plagas tumentes,
Et cruentas álligat.

Trans manus, pedeſque fixus,
Noſtra rumpit víncula:
Totque fontes ſunt ſalútis,
Quot fluit Plagis cruor;
Et quibus clavis tenétur,
Nos tenet fixos cruci.

Mórtui pectus ſacrátum
Vulnerátur lánceâ;
Indè ſanguis miſtus undâ
Férvidus prolábitur:
Ad lavácrum præbet undam,
Ad corónas ſánguinem.

Fac, Redemptor, hauriámus
His aquas de fóntibus;
Póculum ſint ac medéla,
Sint & olìm præmium;
Ut redemptus te per omne
Laudet orbis ſéculum.
Amen.

℣. Suprà dorſum meum fabricavérunt peccatóres:
℟. Prolongavérunt iniquitátem ſuam.




ORAISON.

Concéde, quæſumus, miſéricors Deus, ut ſacræ unigéniti tui plagæ ſint nobis medéla vulnerum, & fontes ſalútis æternæ; Per eumdem.

*Pour la mémoire de la Férie.*





& Ja-cob in regno cœ-lo- rum ; fi-li-i autem



regni eji- ci-entur in te-nebras exte-ri-o-res.

℣. Tempus beneplâciti, Deus :

℟. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me.

ORAISON.

DEus, noſtrum refúgium in labóribus, virtus in infirmitátibus, adjutórium in tribulatiónibus, ſolámen in flétibus : parce pópulo tuo ; ut dignis flagellatiónibus caſtigátus, in tua miſeratióne reſpíret : Per.

*COMPLIES, comme aux II. Vêpres.*

*A NONE. Pſſ. de la Férie.*



*Ant. 3. b.* *Verè languores noſtros ipſe tu- lit,*



*& dolores noſtros ip-ſe* portavit.

CAPITULE. *1. Petr. 2.*

PEccáta *noſtra ipſe pértulit in* córpore ſuo ſuper lignum ; ut peccátis mórtui, juſtítiæ vivámus : cujus livóre ſanáti eſtis.

℟. *br.* Sacrifícium noluiſti ; * Corpus autem aptaſti mihi. Sacrifícium. ℣. Holocauſtum & pro peccáto non poſtulaſti ; * Corpus. Glória. Sacrifícium.

℣. Deus excelſus eſt miséricors,

℟. Et propítius fiet peccátis eórum.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant. 2.* DE- us quæ prænunti- a-vit



per os omni-um propheta-rum, pa- ti Chriſtum ſu-



um ſic imple- vit. *Ant. 1. g.* Certiſ-ſi-mè



ſci- at omnis do-mus Iſ- ra-el : qui-a & Do-




CAPITULE. *Epheſ.* 5.

CHriſtus diléxit nos, & trádidit ſemetipſum pro nobis oblatiónem & hóſtiam Deo in odórem ſuavitátis.

*Hymne*, Prome vocem, &c. *page* 171.

℣. Orátio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo :
℟. Elevátio mánuum meárum ſacrifícium veſpertínum.

A Magníficat.




*Oraiſon*, Deus, noſtrum refúgium. *page* 173.

*Pour la mémoire de la Férie.*

*Ant. du* 1. D.




℣. Tempus benepláciti, Deus :
℟. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me.

O R A I S O N.

DEus, qui nos, cùm inimíci eſſémus, per mo
Unigéniti tui tecum reconciliári voluiſti; tril
quæſumus, ut tantæ miſericórdiæ mémores, & ipſi p
ter te inimícos noſtros in veritáte diligámus : Per eumc

*A COMPLIES. Pſeaumes de la Férie.*




*Hymne*, O ſplendor. *page* 168, *avec la Doxològie ſuiv.*

Qui per crucem nos líberas,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu
Nunc & per omne ſéculum. Amen.




# LE SAMEDI

## Avant le premier Dimanche de Carême.

*A VEPRES. Pſeaumes du Samedi ſous la ſeule Ant.* Convertímini. *page* 167.

### CAPITULE. *Lévit.* 16.

IN hac die expiátio erit veſtrî, atque mundátio ab ómnibus peccátis veſtris : coram Dómino mundabímini ; ſábbatum enim requietiónis eſt : & affligétis ánimas veſtras religióne perpétuâ.



dicem arborum po- ſita eſt. * Converti-mi-

ni. Glori-a Pa- tri, & Fi- li-o, & Spiri-

tu- i ſanc- to. † Quarè.

HYMNE, du 2. EN tempus accepta- bi- le; Salu-tis ecce

nunc di- es; Utrumque quos fœdus dicat Deno

quater je-ju- ni-o.

Sit ergò potus, ſit cibus,
Sit ſomnus ipſe párcior;
Prudenſque demat párcitas
Quod caritáti féneret.

Suo tibi mens ſóbria
Litet, Deus, jejúnio;
Hoſtis dolóſi mens vigil
Nunquàm pateſcat fráudibus.

Das tempus acceptábile,
Et cor ſimul da pœnitens;
Convertat ut cleméntia,
Quos longa fert benígnitas.

Præſta, beáta Trínitas,
Concéde, ſimplex Unitas,
Ut fructuóſa ſint tuis
Jejuniórum múnera.
Amen.

℣. Dómine, ne in furóre tuo árguas me;
℞. Neque in ira tua corrípias me.

*A* Magníficat. *Ant*. 4. E. Qui- a pa- ti- ens Do-

minus eſt, in hoc ipſo pœnite- a- mus; & in-

dulgenti-am e- jus ſu- ſis la- crymis, poſtu- lemus.

*Oraiſon du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES. Pſſ. du Samedi. Le reſte, page 168.*

## PREMIER DIMANCHE DE CARÊME.

### *A NONE.*



*Ant.* 6. Scrip- tum eſt : Dominum Deum tu-um



a-dora-bis, & il-li ſoli ſervi-es.

CAPITULE. *Deut.* 6.

CAve diligenter ne obliviſcáris Dómini qui edúxit te de terra Ægypti, de domo ſervitútis. Dóminum Deum tuum timébis, & illi ſoli ſérvies, ac per nomen illíus jurábis.

℟. *br.* Omnis terra adóret te, * Et pſallat tibi. Omnis. ℣. Pſalmum dicat nómini tuo, * Et. Glória. Omnis.

℣. Servíte Dómino in timóre,

℟. Et exultáte ei cum tremóre.

### *A VEPRES.*



*Ant.* 1. a. F I- li, acce-dens ad ſervi-tu-



tem De-i, ſta in juſti-tia & ti- mo- re, &



præpara animam tu- am ad tenta- ti-o- nem.



*Ant.* 2. Nemo cùm tenta-tur, di- cat; quoni-



am à De- o tenta- tur: Deus e-nim intenta-



tor malo- rum eſt; ipſe au-tem neminem tentat.



*Ant.* 3. a. Unuſquiſque tenta- tur, à con-

cupiſcenti- a ſu- a abſtractus & il- lectus.

*Ant.* 4. E. Morti- fica- te concupiſcenti-am

ma- lam, expo-li-an-tes vos vete-rem ho- minem

cum ac-tibus ſu- is, & indu-en- tes novum.

*Ant.* 5. a. Fide- lis De- us eſt, qui non pa-ti-

e-tur vos tenta- ri ſu-pra id quod po- teſ-tis;

ſed fa-ci-et e- ti-am cum tenta-ti-o- ne proventum.

CAPITULE. *Jac.* 4.

DEus ſuperbis reſiſtit, humílibus autem dat grátiam. Súbditi ergò eſtóte Deo : resíſtite autem diábolo, & fúgiet à vobis.

*Hymne*, Audi, benigne. *page* 167.

℣. Impulſus everſus ſum ut cáderem:

℟. Et Dóminus ſuſcépit me.

*A* Magníficat.

*Ant.* 1. D. Conſumma- tâ om-ni

tenta- ti- o-ne, di- a- bolus receſ- ſit à Je-ſu

uſquè ad tempus; & regreſ-ſus eſt Je- ſus in

virtute Spi- ritûs in Ga-li- læ-am, & fa-ma

H6


e- xi it per uni-ver-ſam regi-o-nem de il-lo.

ORAISON.

DEus, qui Eccléſiam tuam ánnuâ Quadrageſimáli obſervatióne puríficas; præſta famíliæ tuæ, ut quod à te obtinére abſtinendo nítitur, hoc bonis opéribus exequátur : Per Dóminum.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche. Le reſte* *page 168.*

---

## FÉRIES DE LA I. SEM. DE CAREME.

### LE LUNDI, *à* Magníficat.


*Ant.* 7. c. Di- cet Rex his qui à ſiniſtris


e- runt: Diſce-dite à me maledic- ti, in ig-


nem æter-num. Et i- bunt hi in ſupplici- um æ-


ter- num; juſti au- tem in vi- tam æ- ternam.

ORAISON.

OMnium noſtrûm, Dómine, quæſumus, ad te corda converte; ut ab his quibus offénderis abſtinentes, non iram tuam, ſed miſericórdiam ſentiámus : Per.

### LE MARDI, *à* Magníficat.


*Ant.* 1. a. Acceſſe-runt ad Je-ſum cæ-ci &


clau-di in templo, & ſa-navit e-os.

ORAISON.

COnſerva, Dómine, famíliam tuam bonis ſemper opéribus erudítam; & ſic præſéntibus conſoláre ſubſídiis, ut ad ſuperna perdúcas propítius : Per Dóminum.

### LE MERCREDI, *à* Magníficat.


*Ant.* 1. D. Quicumque fe- cerit voluntatem



Patris me- i qui in cœ-lis eſt ; ipſe me-



us frater, & ſoror & mater eſt.

ORAISON.

MEmento, Dómine, miſeratiónum tuárum ; & præſta, ut à cibis & peccátis abſtinentes, grato tibi jejúnio placeámus : Per Dóminum.

## LE JEUDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 5. a. Muli-er cùm abi-iſſet in domum



ſu- am, invenit pu-el-lam ja- centem ſupra lec-



tum, & dæ-mo-ni-um exi- iſſe.

ORAISON.

FAmíliam tuam, Dómine, toto corde tibi proſtrátam ab hóſtium tuére formídine ; ne ſuæ petitiónis fruſtrentur effectu, qui non in juſtificatiónibus ſuis ; ſed in miſeratiónibus tuis multis fáciem tuam deprecantur : Per Dóminum.

## LE VENDREDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 5. F. Ecce ſa-nus factus es : jam



no- li pecca- re, ne dete- ri-us tibi aliquid



contingat.

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, Dómine, ut ſancto nos purificante jejúnio, & tibi toto corde ſimus ſubjecti ; & inter mundánæ pravitátis insídias, te miſerante, perſeverémus illæſi : Per Dóminum.

# LE SAMEDI
## Avant le II. Dimanche de Carême.

*A VEPRES. Pſſ. du Sam. avec l'Ant.* Convertímini. *p.* 167.

CAPITULE. *Iſ.* 1.

QUærite judícium, ſubveníte oppreſſo, judicáte pupillo, defféndite víduam. Et veníte, & argúite me, dicit Dóminus : ſi fúerint peccáta veſtra ut cóccinum, quaſi nix dealbabuntur; & ſi fúerint rubra quaſi vermículus, velut lana alba erunt.

*Hymne*, En tempus. ℣. Dómine. *page* 177.




*Oraiſon du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES. Pſſ. du Samedi. Le reſte, page* 168.

# LE II. DIMANCHE DE CAREME.
## *A NONE.*



CAPITULE. *Exod.* 20.

NOlite timére : ut enim probáret vos venît Deus, & ut terror illíus eſſet in vobis, & non peccarétis.

℟. *br.* Excelſus Dóminus, * Et humília réſpicit. Excelſus. ℣. Et alta à longè cognoſcit; * Et. Glória. Excelſus.

℣. Suſcípiens manſuétos Dóminus ; ℟. Humílians autem peccatóres uſquè ad terram.

## A VEPRES.






## CAPITULE. *Eccl.* 17.

STa in ſorte propoſitiónis & oratiónis altíſſimi Dei. In partes vade ſéculi ſanƈti cum vivis & dántibus confeſſiónem Deo. Non demoréris in erróre impiórum.

*Hymne*, Audi, benigne, &c. *page* 167.

℣. Adoráte Dóminum in monte ſanƈto ejus;

℟. Quóniam ſanƈtus Dóminus Deus noſter.




## ORAISON.

DEus, qui nos inter mundi perícula & adverſa, cœleſtis beatitúdinis expeƈtatióne ſuſtentas: præſta, quæſumus, ut terréna faſtidientes, in ſupernórum deſidérium toto cordis affeƈtu rapiámur: Per.

*A COMPLIES, Pſſ. & Capit. du Dim. Le reſte, p.* 168.

# FÉRIES DE LA II. SEM. DE CAREME.

## LE LUNDI, *à* Magníficat.




### ORAISON.

EXaudi, quæſumus, Dómine, gémitum pópuli ſupplicantis; ut qui de meritórum qualitáte diffídimus, non judícium, ſed miſericórdiam cónſequi mereámur: Per.

## LE MARDI, *à* Magníficat.




### ORAISON.

ADeſto, quæſumus, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris; ut eſſe, te largiente, mereámur, & inter próſpera húmiles, & inter adverſa ſecúri; Per Dóminum.

## LE MERCREDI, *à* Magníficat.



ORAISON.

FAc, quæſumus, Dómine, fámulos tuos ſemper ad te toto corde confúgere, tibi ſúbditâ mente ſervíre, tuam miſericórdiam ſupplíciter imploráre, & tuis júgiter benefíciis gratulári; Per Dóminum.

LE JEUDI, *à* Magníficat.




ORAISON.

COrdibus noſtris, quæſumus, Dómine, grâtiam tuam benignus infunde; ut peccâta noſtra caſtigatióne voluntáriâ cohibentes, temporáliter pótiùs macerémur, quàm ſupplíciis deputémur æternis; Per Dóminum.

LE VENDREDI, *à* Magníficat.




ORAISON.

DA, quæſumus, Dómine, pópulo tuo ſalútem mentis & córporis; ut bonis opéribus inhærendo, tuæ ſemper virtútis mereátur protectióne defendi; Per.

## SAMEDI AVANT LE III. DIM. DE CAREME.

*A VEPRES*, *Pſſ. du Samedi. Ant.* Convertímini, *p.* 167.

CAPITULE. *Ezéch.* 20.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ego ſum Dóminus Deus veſter, in præceptis meis ambuláte, judícia mea cuſtodíte, & fácite ea; & ſábbata mea ſanctificáte, ut ſint ſignum inter me & vos, & ſciátis quia ego ſum Dóminus Deus veſter.

*Hymne*, En tempus. ℣. Dómine, &c. *p.* 177.




*L'Oraiſon du Dimanche ſuivant, ci-après.*

*A COMPLIES, Pſſ. du Samedi. Le reſte page 168.*

---

## LE III. DIMANCHE DE CAREME.

### *A NONE.*




CAPITULE. *Jérém.* 17.

DOmine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra ſcribentur; quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum.

℟. *br.* Locúti ſunt adversùm me, * Et expugnavérunt me gratis. Locúti ſunt. ℣. Et ſermónibus ódii circumdedérunt me, * Et. Glória Patri. Locúti ſunt.

℣. Fiant contrà Dóminum ſemper; ℟. Et diſpéreat de terra memória eórum.

### *A VEPRES.*




candi : non e-nim concupiſ-cit multitu- dinem
fi- li-o- rum infidelium. *Ant.* 2. Qui jeju-
nat in peccatis ſu- is, & i- terùm e- a-
dem fa-ciens, quid pro-ficit humi- li-ando ſe.
*Ant.* 1. a. Me-li-ùs e-rat non cognoſcere vi-
am juſ-ti- ti-æ, quàm poſt agniti-o-nem retror-
sùm converti. *Ant.* 4. a. Ne quis de-ſit
gratiæ De-i, profanus ut E- ſa-ü : ſcito-te
e- nim quoniam poſ-te-à cupi-ens hæreditare
benedicti-onem, reproba-tus eſt, quanquàm cum
lacrymis inquiſiſ-ſet e- am. *Ant.* 3. g. O-
ra- bat ſceleſtus Anti- ochus Do-minum, à
quo non eſ-ſet miſericor- di-am con-ſecuturus.

CAPITULE. *Eccl.* 5.

NE dicas : Miſerátio Dómini magna eſt, multitúdinis peccatórum meórum miſerébitur; miſericórdia enim & ira ab illo citò próximant, & in peccatóres réſpicit ira illíus. Non tardes converti ad Dóminum, & ne díffe-ras de die in diem.

*Hymne*, Audi, benigne, &c. *page* 167.

℣. In æternum non oblivíſcar juſtificatiónes tuas;
℟. Quia in ipſis vivificaſti me.

A Magníficat.

*Ant.* 8. G. Extollens vocem quædam

mu-li-er de turba, di-xit : Be-a- tus venter qui

te porta-vit, & ubera quæ ſuxiſti. At Je-ſus

di- xit : Quinimmò be-a- ti qui audiunt verbum

De-i, & cuſto- diunt illud.

ORAISON.

QUæſumus, omnípotens Deus, vota humílium réſpice, atque ad defenſiónem noſtram, déxteram tuæ majeſ-tátis extende; Per Dóminum.

*A COMPLIES*, *Pſſ. du Dimanche. Le reſte page* 168.

---

## FÉRIES DE LA III. SEM. DE CAREME.

### LE LUNDI, *à* Magníficat.


*Ant.* 1. *g.* Duxerunt Je- ſum uſquè ad ſuper-

ci-li-um montis, ut præcipi-tarent e- um : ipſe

autem tran-ſi-ens per medium illo-rum, ibat.

ORAISON.

SUbvéniat nobis, Dómine, miſericórdia tua; ut ab imminéntibus peccatórum noſtrórum perículis, te mereámur protegente ſalvári; Per.

LE MARDI, *à* Magníficat.




ORAISON.

DEus, qui Eccléſiam ſponſam tuam, matrem nobis & magiſtram providiſti: da fidélibus tuis in ipsíus doctrína & præceptis vocem tuam agnóſcere; ut eórum infirmitas cuſtodiátur ab omni circumventióne erróris, dùm Eccléſiam Dei viventis áudiunt, columnam & firmamentum veritátis; Qui cum eódem Deo Patre vivis, &c.

LE MERCREDI, *à* Magníficat.




ORAISON.

GRátia tua nos, quæſumus, Dómine, non derelinquat, quæ & ſacræ nos déditos fáciat ſervitúti, & tuam nobis opem ſemper acquírat; Per Dóminum.

LE JEUDI, *VEPRES de la Fête ſuivante.*

## LE VENDREDI.
## FETE DE LA S. COURONNE D'ÉPINES.

Double-majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie à tout l'Office.*



CAPITULE. *Iſ.* 11.

IN die illa, radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populórum, ipſum gentes deprecabuntur ; & erit ſepulcrum ejus glorióſum.




ſceptra



ſceptra cedant,. Textilibus di-adema ſpinis.

His fretus armis victor ahéneos
Poſtes revulſit, cláuſtraque tártari;
Cœtuſque captívos piórum
In pátrias revocávit arces.

Quin & premébat quos fera ſérvitus,
Triſti gementes erípuit jugo;
Et nocte damnátos profundâ,
Ad ſúperas dedit ire ſedes.

Hæc tincta cæſi ſánguine prædicat
Dei ſuppellex: hinc áliam nefas
Ambíre gazam Chriſtiánis,
Morte quibus redimenda vita.

Qui nos creávit, máxima laus Patri:
Qui nos redémit, máxima Fílio:
Qui conſecrando nos inungis,
Par tibi laus, utriuſque nexus. Amen.

℣. Da impérium tuum púero tuo, Dómine;
℟. Ut vídeant qui odérunt me, & confundántur.

A Magníficat. 

*Ant.* 8. G. Conculca- bitur Coro-na



ſu- perbi-æ: & in di- e il- la erit Domi-



nus exerci-tu-um coro- na glo- ri-æ & ſer-



tum exultati-o-nis reſi- du-o po- puli ſu-i.

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui in memóriam paſſiónis Dómini noſtri Jeſu Chriſti, corónam ejus ſpíneam venerámur in terris, ab ipſo glória & honóre coronári mereámur in cœlis; Qui tecum vivit.

*Pour la mémoire de la Férie.*

*Ant.* 3. *a.* 

Egreſſus Je- ſus ibat in deſertum lo-



cum, & turbæ requirebant e-um, & venerunt



uſquè ad ipſum, & detinebant illum, ne



diſce deret ab e-is.

℣. Tempus benepláciti, Deus :

℟. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exáudi me.

ORAISON.

DA, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui infirmitátis noſtræ conſcii de tua virtúte confídimus, ſub tua protectióne gaudeámus ; Per Dóminum.

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*A NONE.*



*Ant.* 4. a. Data eſt e-i co- rona ; &



exi- vit vincens, ut vinceret.

CAPITULE. *Apoc.* 19.

EXércitus qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, veſtíti byſſino albo & mundo ; & de ore ejus procédit gládius ex utráque parte acútus, ut in ipſo percútiat gentes ; & ipſe reget eas in virga férrea.

℟. *br.* Thronus tuus, Deus, * In ſéculum ſéculi. Thronus. ℣. Virga æquitátis virga regni tui * In. Glória Patri. Thronus.

℣. Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion : ℟. Dominàre in médio inimicórum tuórum.

*AUX II. VEPRES.*



*Ant.* 4. E. GRa- ti-a vobis & pax



à Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fide-lis, & prin-



ceps regum terræ. *Ant.* 3. a. Dile- xit



nos, & lavit nos à peccatis noſtris in




CAPITULE. *Act.* 2.

CErtiſſimè ſciat omnis domus Iſrael quia & Dóminum eum & Chriſtum fecit Deus hunc Jeſum , quem vos crucifixiſtis.

*Hymne*, Chriſti cruente. *aux I. Vêpres*, *p.* 192.

℣. Glóriâ & honóre coronaſti eum , Dómine :

℟. Omnia ſubjeciſti ſub pédibus ejus.






*Oraiſon*, Præſta. *aux I. Vêpres, page* 193.

*Pour la mémoire de la Férie.*




℣. Tempus beneplácitì, Deus;

℞. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exáudi me.

ORAISON.

DEus, qui ſpíritus es, & eos qui te adórant, in ſpíritu & veritáte jubes adoráre : puríſica, quæſumus, ſancto amóre tuo corda noſtra, ut te in ómnibus, & ſuper ómnia diligentes, ſincéra tibi pietáte placeámus : Per.

## *A COMPLIES.*






*Hymne*, O ſplendor. *p.* 168, *avec la Doxologie ſuiv.*

Qui nos creávit, laus Patri; Qui nos fovet laus Flámini:
Laus, qui redémit Fílio, Uni Deo ſit glória. Amen.




## SAMEDI AVANT LE IV. DIM. DE CAREME.

### *A VEPRES.*

*Pſſ. du Samedi, ſous la ſeule Ant.* Convertímini. *p.* 167.

CAPITULE. 2. *Paral.* 7.

SI converſus pópulus meus, ſuper quos invocátum eſt nomen meum, deprecátus me fúerit, & exquiſíerit fáciem meam, & égerit pœniténtiam à viis ſuis péſſimis; & ego exáudiam de cœlo, & propítius ero peccátis eórum.

*Hymne*, En tempus. ℣. Dómine. *page* 177.




*Oraiſon du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, Pſſ. du Samedi. Le reſte page* 168.

# LE IV. DIMANCHE DE CAREME.

## *A NONE.*




CAPITULE. *Deut.* 30.

ABundáre te fáciet Dóminus Deus tuus in rerum ómnium largitáte : revertétur enim Dóminus, ut gáudeat ſuper te in ómnibus bonis, ſicut gavíſus eſt in pátribus tuis, ſi tamen audíeris vocem Dómini Dei tui, & cuſtodíeris præcepta ejus.

℟. *br.* Edent páuperes, * Et ſaturabuntur. Edent. ℣. Et laudábunt Dóminum, qui requírunt eum, * Et. Glória Patri. Edent.

℣. Manducavérunt & adoravérunt : ℟. In conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.

## *A VEPRES.*






CAPITULE. *Iſ.* 61.

SPíritus Dómini ſuper me; ut conſolárer omnes lugentes, & darem eis corónam pro cínere, óleum gáudii pro luctu, pállium laudis pro ſpíritu mœróris.

*Hymne*, Audi, benigne. *page* 167.

℣. Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus,
℟. Et mirabília ejus fíliis hóminum.

A Magníficat.




ORAISON.

Concéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui ex méritò noſtræ actiónis afflígimur, tuæ grátiæ conſolatióne reſpirémus ; Per Dóminum.

*A COMPLIES*, *Pſſ. du Dimanche. Le reſte*, *p.* 168.

---

## FÉRIES DE LA IV. SEMAINE DE CAREME.

### LE LUNDI, *à* Magníficat.




ORAISON.

Deprecatiónem noſtram, quæſumus, Dómine, benignus exaudi : & quibus ſupplicandi præſtas affectum, tríbue defenſiónis auxílium : Per Dóminum.

## LE MARDI, *à* Magníficat.




### ORAISON.

MIſerére, Dómine, pópulo tuo ; & contínuis tribulatiónibus laborantem propítius reſpiráre concéde ; Per Dóminum.

## LE MERCREDI, *à* Magníficat.




### ORAISON.

DA nobis, quæſumus, Dómine, perſeverantem in tua voluntáte famulátum ; ut in diébus noſtris, & mérito, & número, pópulus tibi ſérviens augeátur : Per.

## LE JEUDI, *à* Magníficat.



ORAISON.

DA nobis, miſéricors Deus, in jejúnii humilitáte proſtrátis, ut nobis non váleat carnis infírmitas dominári : quia, ſi vis, potes noſtrî cítiùs miſeréri, ut ſpirituália cogitémus; & concupiſcéntias carnis, te adjuvante, vincámus : Per Dóminum.

LE VENDREDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 1. f. Multi ex Judæ- is qui vene-



rant ad Mari- am & Martham, & vi- derant quæ



fe-cit Je- ſus, cre-dide- runt in e- um.

ORAISON.

DEus, humílium conſolátor, & fidélium fortitúdo, propítius adeſto précibus ſupplicántium; ut humána fragílitas quæ per ſe proclívis eſt ad labendum, per te ſemper muniátur ad ſtandum; & quæ per ſe multíplicat offenſam, per te ſemper reparétur ad véniam : Per.

## SAMEDI AVANT LE DIM. DE LA PASSION.

*A VEPRES, Pſſ. du Samedi, ſous la ſeule Ant. ſuivante.*



*Ant.* 6. Ecce Agnus De- i : ecce qui



tol- lit pecca- tum mundi.

CAPITULE. *Lévit.* 23.

HÆ ſunt Fériæ Dómini ſanctæ, quas celebráre debétis tempóribus ſuis. Menſe primo, quartâ-décimâ die menſis ad véſperum, Phaſe Dómini eſt : & quintâ-décimâ die menſis hujus, ſolémnitas azymórum Dómini eſt.

℟. *du* 3.



DE-cimâ di- e menſis hu- jus tol-



lat unuſquiſque agnum per fami- li- as & do-




HYMNE, *du* 1.




Ab orbe, Jeſu, cóndito
Occíſus Agnus, nunc Patri
Priſcis adumbrátam ſacris
Ardes litáre víctimam.

At cur humi ſtratus jaces ?
Quis iſte mœrentis pavor ?
Quis iſte qui toto fluit
Sudor cruentus córpore ?

Hunc vis dolóris éxprimit,
Horrorque teter críminum :
Vices nocentûm ſúſtinens,
Iram reformídas Patris.

Te terret objectus calix :
At ille, ni totum bibas,
Per ſempiterna nos manet
Exhauriendus ſécula.

Vincet pavórem cáritas ;
Vincet voluntas pátria :
Temet poteſtáti, Deus,
Tradis tenebrárum volens.

Et jam flagellis, íctibus,
Ludíbriis, ſpinis, cruci,
Piaculáris hóſtia,

I 6

Voves adorandum caput.
Qui Fílium tradit, Patri,
Natóque ſit laus víctimæ:
Par ſit tibi laus, qui ſacram
Succendis aram, Spíritus.
Amen.

℣. Sacrifícium & oblatiónem noluiſti;
℟. Corpus autem aptaſti mihi.

*A* Magníficat.



*Ant.* 4. c. E-go qua-ſi ag-nus



manſu- e- tus, qui porta- tur ad victimam.

*Oraiſon aux Vêpres du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, Pſſ. du Samedi. Le reſte aux Féries de la Paſſion, ci-après.*

*Depuis ce jour juſqu'à Pâques, à tout l'Office du Temps, on omet* Glória Patri. *aux Répons.*

---

## LE DIMANCHE DE LA PASSION.

### *A NONE, Pſeaumes du Dimanche.*



*Ant.* 1. A-braham pater veſ- ter exulta-



vit ut videret di- em me-um, vi-dit, & ga-



viſus eſt.

CAPITULE. *Hébr.* 11.

Fide óbtulit Abraham Iſaac cùm tentarétur: & unigénitum offerébat, qui ſuſcéperat repromiſſiónes; ad quem dictum eſt: Quia in Iſaac vocábitur tibi ſemen; árbitrans quia & à mórtuis ſuſcitáre potens eſt Deus: undè eum & in parábolam accépit.

℟. *br.* Quis dabit ex Sion ſalutáre Iſraël? * Exultábit Jacob. Quis. ℣. Cùm avérterit Deus captivitátem plebis ſuæ, * Exultábit. Quis.

℣. Congregáte Dómino ſanctos ejus,
℟. Qui órdinant teſtamentum ejus ſuper ſacrifícia.

### *A VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*



*Ant.* 4. D. QUem conteſta- bor ut au- di-




CAPITULE. *Jérém.* 26.

AUdívi contumélias multórum, & terrórem in circúitu : Perſequímini, & perſequámur eum ; ab ómnibus viris qui erant pacífici mei, & cuſtodientes latus meum, ſi quo modò decipiátur ; & prævaleámus adversùs eum, & conſequámur ultiónem ex eo. Dóminus autem mecum eſt quaſi bellátor fortis.

*Hymne*, Vexilla Regis, *ci-après*, *page* 207.

℣. Intende ánimæ meæ, & líbera eam, Dómine :
℟. Propter inimícos meos éripe me.

*A* Magníficat. 

*Ant.* 1. Tu-lerunt la-pides, ut



ja- cerent in Je- ſum; Je-ſus autem abſcondit



ſe, & e-xi- vit de templo.

O R A I S O N.

DEus, qui per Unigénitum tuum paſſum & humiliátum uſquè ad mortem, antíqui hoſtis contriviſti ſupérbiam : da fidélibus tuis, & quæ ipſe propter nos pértulit, dignè recólere, & adverſa ómnia ejus exemplo patienter toleráre ; Qui tecum vivit & regnat.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche. Le reſte ci-après aux Féries de la Paſſion.*

---

## AUX FÉRIES DE LA PASSION.

*A NONE, Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 7. d. Omnes ini-mi-ci me-i audi-e-



*runt ma- lum* me-um ; læta- ti ſunt, quoni-am



tu feciſti.

C A P I T U L E. *Jérém.* 18.

ATtende, Dómine, ad me, & audi vocem adverſariórum meórum. Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ ?

℟. *br.* Príncipes * Perſecúti ſunt me gratìs. Príncipes. ℣. Et à verbis tuis formidávit cor meum. Perſecúti. Príncipes.

℣. Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi ;
℟. Quóniam ſequébar bonitátem.

*Prieres à genoux, page* 51.

*A VEPRES. Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Ant. ſuivante.*



*Ant.* 7. b. Si exal-ta- tus fu-ero à ter-



ra, omni-a tra-ham ad me-ipſum.

CAPITULE. *Jérém.* 18.

RECordáre, Dómine, quòd ſtéterim in conſpectu tuo; ut lóquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiónem tuam ab eis.

HYMNE, *du* 1.



VExil- la Re- gis pro- de-unt; Fulget Cru-



cis myſteri-um, Quo carne carnis condi-tor Suſ-



penſus eſt patibu-lo.

Quo vulnerátus ínſuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos laváret crímine,
Manávit undâ & ſánguine.

Impléta ſunt quæ cóncinit
David fidélis cármine,
Dicens: In natiónibus
Regnávit à ligno Deus.

Arbor decóra & fúlgida,
Ornáta Regis púrpurâ,
Electa digno ſtípite
Tàm ſancta membra tángere.

Beáta cujus bráchiis
Secli pependit prétium,
Statéra facta córporis,
Prædamque tulit tártari.

O Crux, ave, ſpes única;
Hoc Paſſiónis témpore
Auge piis juſtítiam,
Reiſque dona véniam.

Te, ſumma Deus Trínitas,
Collaudet omnis ſpíritus:
Quos per Crucis myſtérium
Salvas, rege per ſécula.
Amen.

℣. Captábunt in ánimam Juſti,
℟. Et ſánguinem innocentem condemnábunt.

*A* Magníficat. *Ant. ci-après à chaque Férie.*

*Prieres à genoux, page 52.*

*Oraiſon comme on la trouve marquée à chaque Férie après l'Ant. à* Magníficat.

*A COMPLIES, Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 4. A. Si quis vult poſt me veni- re, ab-



neget ſemetip-ſum, & tol-lat crucem ſu-am quoti-







Dùm ſub tenébris círcuit
Quærens leo quem dévoret;
Quos in dolóre párturis,
Numquàm relinque fílios.

Hoſtis quibus repéllitur,
Armis Crucis nos íddue;
Et ne labet victória,
Adeſto dux in prælio.

Qui Fílium tradit, Patri,
Natóque ſit laus víctimæ:
Par ſit tibi laus, qui ſacram
Succendis aram, Spíritus.
Amen.

*Cantique de Siméon.* Luc, 2.







*Prieres à genoux, page 53.*

# FÉRIES DE LA SEMAINE DE LA PASSION.

## LE LUNDI, *à* Magníficat.




### ORAISON.

CLamántium ad te, quæſumus, Dómine, preces dignanter exaudi ; ut ſicut Ninivítis in afflictióne póſitis pepercisti, ita & nobis in præſenti tribulatióne ſuccurras : Per Dóminum.

## LE MARDI, *à* Magníficat.




### ORAISON.

SUſcipe, miſéricors Dómine, ſúpplicum preces, & ſecundùm multitúdinem indulgentiárum tuárum ab ómnibus nos abſolve peccátis : ut ad ómnia pietátis ópera, te parcente, reparémur ; & quos véniâ féceris innocentes, auxílio fácias efficáces : Per Dóminum.

## LE MERCREDI, *à* Magníficat.



da- tis qui- a Pa-ter in me eſt, & e- go

in Patre.

ORAISON.

DEus, qui miſericórdiæ jánuam in te ſperántibus patére voluiſti : réſpice in nos, & miſerére noſtri ; ut qui voluntátis tuæ viam, te donante, ſéquimur, à vitæ nunquàm ſémitis deviémus : Per Dóminum.

LE JEUDI, *VEPRES de la Fête ſuivante.*

---

## LE VENDREDI.

FETE

# DE LA COMPASSION DE LA S. VIERGE.

Double-Majeur.

¶ *Si cette Fête tombe au 25 Mars, on l'anticipe au Mercredi précédent.*

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie à tout l'Office.*

*Ant.* 2. FI-li-a populi me- i, luc-

tum unige- niti fac ti- bi, planctum a- ma-rum.

*Ant.* 3. a. La-crymæ e- jus in maxil- lis

e- jus : non eſt qui conſoletur e- am ex omnibus

caris e- jus. *Ant.* 8. c. Torcu- lar calca- vit

Do-minus vir- gini fi- li-æ Ju-da, quoni-am in-

va-lu-it inimi-cus. *Ant.* 6. Fi-li-a Si-on

oppreſſa eſt ama ri- tudine, & egreſ-ſus eſt

omnis decor e-jus. *Ant.* 4. *E.* Ipſa ge-

mens converſa eſt retror-sùm : depo- ſita eſt

vehemen-ter, non ha-bens conſolato- rem.

CAPITULE. *Ruth.* 1.

NE vocétis me, Noémi (id eſt, pulchram :) ſed vocáte me, Mara (id eſt, amáram ;) quia amaritúdine valdè replévit me Omnípotens.

℟. *du* 4. F I-li- a Jeru- ſa-lem, numquid rex

non eſt ti- bi, qui-a comprehendit te

do- lor ſicut parturi-en- tem? * Do- le,

& ſa- tage qua-ſi par-tu- ri-ens, qui- a

libera- beris; re- dimet te Do- minus.

℣. Nonnè oportu-it pa-ti Chriſ- tum,

& i- ta intra-re in glo- ri- am ſu-

am? * Do- le.

HYMNE, *du* I.




Caput cruentum Fílii
Matris corónat vérticem :
Clavis iiſdem fígitur
Chriſtus cruci, Chriſto pa-
rens.

O paſſiónis mútuæ,
Jeſu, María, cónſcii!
Alterna vobis vúlnera
Inferre tandèm párcite.

Quem vos dolétis, noſter eſt
Error, furorque críminum:
Totum ſcelus faténtibus
Partem dolóris réddite.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Anima mea turbáta eſt valdè;
℟. Sed tu, Dómine, úſquequò?

*A* Magníficat.




ORAISON.

DA, quæſumus, Dómine, córdibus noſtris íntimum veræ pietátis affectum; ut in tui Fílii paſſióne ſanctíſſimæ Matri ejus dignè compatientes, ſalutáris myſtérii fructum percípere mereámur : Per eumdem Dóminum.

*Pour la mémoire de la Férie.*

*Ant. du* 6.



℣. Captábunt in ánimam Juſti,
℟. Et ſánguinem innocentem condemnábunt.

ORAISON.

DEus, qui non ſolùm peccántibus véniam tríbuis, ſed étiam præmia pœniténtibus impertíris : quòd pérpeti malis opéribus promerémur, ineffábili pietáte depelle; ut nos ad tuæ majeſtátis cultum, & ſalúbri timóre diſpónas, & ſancto amóre perdúcas; Per.

*A COMPLIES comme après les II. Vêpres.*

*A NONE.*




CAPITULE. *Jérém.* 4.

VOcem quaſi parturientis audívi, angúſtias ut puérperæ. Vox fíliæ Sion intermorientis, expandentiſque manus ſuas : Væ mihi, quia defécit ánima mea.

℟. *br.* Cor meum conturbátum eſt : *Derelíquit me virtus mea. Cor. ℣. Lumen oculórum meórum, & ipſum non eſt mecum : * Derelíquit. Cor.

℣. Tribulatiónem meam ante Dóminum pronúntio,
℟. In deficiendo ex me ſpíritum meum.

*AUX II. VEPRES.*






CAPITULE. *Jérém.* 15.

Dicit Dóminus : Si non relíquiæ tuæ in bonum, ſi non occurri tibi in témpore afflictiónis & in témpore tribulatiónis adversùs inimícum.

*Hymne*, Dùm ſpargit aram. *ci-deſſus*, *page* 212.

℣. Quandò conſoláberis me, Dómine ?

℟. Quandò fácies de perſequéntibus me judícium.

*A* Magníficat.



## ORAISON.

DA, quæſumus, Dómine, córdibus noſtris íntimum veræ pietátis affectum; ut in tui Fílii paſſióne ſanctíſſimæ matri ejus dignè compatientes, ſalutáris myſtérii fructum percípere mereámur; Per eumdem Dóminum.

*Pour la mémoire de la Férie.*

*Ant.* 6. 

Ab illo di- e cogita- ve-runt ut



interfi-cerent Je-ſum. Jeſus ergò jam non in



palàm ambulabat apud Judæ- os, ſed a- bi-it



in regi- o-nem juxtà deſer- tum cum diſci-



pu-lis ſu-is.

℣. Captábunt in ánimam Juſti,

℟. Et ſánguinem innocentem condemnábunt.

## ORAISON.

MIſerére, Dómine, deprecantis Eccléſiæ, & inclinántibus tibi ſua corda propitiátus intende; ut quos unigéniti Fílii tui morte redemiſti, nec peccátis fíeri permittas obnóxios, nec ópprimi patiáris adverſis; Per.

*A COMPLIES. Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 8. G. Ad veſperum demora- bitur fle- tus,



& ad matu-tinum læ- ti- ti-a.

HYMNE, *du* 2. 

V Irgine-is titulis matris quæ jungis hono-



res, Hâc natos foveas nocte benigna tuos. Ful-


gida ſtella maris, ſecli dùm mergimur undis,
Sis lux in tenebris, & benè fida quies. Si ſopor o-
brepit, caſti fac Mater amoris, Cor vigilans uno
ſpiret amore De-i. O Regina potens, propiùs
res aſpice noſtras. Dicaris populi vita ſaluſque
tu-i. Cujus Virgo parens, ſit laus tibi ſumma Re-
demptor; Compar ſit Patri, Spiritu-ique decus.
A- men.
A Nunc dimittis.
*Ant.* 5. a. Poſt tempeſta- tem tran-
quil- lum fa-cis, Domine; & poſt lacryma-ti-o-
nem & fle- tum, exultati-o- nem in- fundis. Sit
nomen tuum, Deus Iſ-ra-el, be- nedictum in
ſe-cula.

SAMEDI

# SAMEDI AVANT LE DIM. DES RAMEAUX.

## *A VEPRES.*

*Pſſ. du Samedi, ſous la ſeule Antienne ſuivante.*




CAPITULE. *Jérém. 26.*

ECce in mánibus veſtris ſum : fácite mihi quod bonum & rectum eſt in óculis veſtris. Verúntamen ſcitóte & cognóſcite quòd ſi occidéritis me, ſánguinem innocentem tradétis contra voſmetipſos, & contrà civitátem iſtam & habitatóres ejus ; in veritáte enim miſit me Dóminus ad vos.





ius : hære- ditas me a dedit contrà me vo-



cem ; ide-ò o- di- vi e- am.



* Ec-ce.

*Hymne*, Fando, *ci-deſſus*, *page* 203.

℣. Dixi : Ecce vénio,

℟. Ut fáciam, Deus, voluntátem tuam.

A Magnificat.



*Ant.* 8. G. Je-ru-ſalem, ſi cogno-



viſſes & tu, & quidem in hac di-e tu-a,



quæ ad pacem ti-bi ! nunc au-tem abſcondita



ſunt ab o-culis tu-is.

*L'Oraiſon du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, Pſſ. du Samedi. Le reſte, p.* 207.

## LE DIMANCHE DES RAMEAUX.

### *A NONE.*



*Ant.* 6. Dico vo-bis : Quia, ſi hi



tacu- erint, la- pides cla- mabunt.

CAPITULE. *Sap.* 10.

DEcantavérunt, Dómine, nomen ſanctum tuum, & victrícem manum tuam laudavérunt páriter; quóniam Sapiéntia apéruit os mutórum, & linguas infántium fecit diſertas.

℟. *br.* Ex ore infántium & lacténtium, * Perfeciſti laudem. Ex ore. ℣. Propter inimícos tuos, * Dómine, * Perfeciſti. Ex ore.

℣. Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus, ℟. Laudent nomen Dómini.

## *A VEPRES.*






CAPITULE. *Hébr.* 12.

REcogitáte eum qui talem ſuſtínuit à peccatóribus adversùm ſemetipſum contradictiónem : ut ne fatigémini, ánimis veſtris deficientes ; nondùm enim uſquè ad ſánguinem reſtitiſtis, adversùs peccátum repugnantes.

*Hymne*, Vexilla, &c. *ci-deſſus, page* 207.

℣. Dóminus regnávit, iraſcantur pópuli :

℟. Confiteantur nómini tuo magno.

*A* Magníficat.




ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui humáno géneri ad imitandum humilitátis exemplum, Salvatórem noſtrum carnem ſúmere & crucem ſubíre feciſti : concéde propítius, ut & patiéntiæ ipsíus habére documenta, & reſurrectiónis conſórtia mereámur : Per eumdem.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche. Le reſte, p.* 207.

## LE LUNDI DE LA SEMAINE SAINTE.

### *A NONE.*

*L'Ant.* Audiſti. *la cinquieme de Vêpres, ci-après. Le Capitule &* ℟. *br. comme aux Féries de la Paſſion, p.* 206.

### *A VEPRES, Pſſ. de la Férie.*






*Capitule , Hymne & ℣. ci-deſſus , page* 207.




ORAISON.

DA , quæſumus , omnípotens Deus , ut qui in tot adverſis ex noſtra infirmitáte defícimus, intercedente unigéniti Fílii tui paſſióne , reſpirémus. Qui tecum.

*A COMPL. comme aux Fér. de la Paſſion*, 207. K 3

# LE MARDI DE LA SEMAINE SAINTE.

## *A NONE.*

*L'Ant.* Hæc cogitavérunt. *la cinquieme de Vêp. ci-après.*
*Le Capitule & ℟. br. comme aux Fér. de la Paſſion, p. 206.*

## *A VEPRES. Pſſ. de la Férie.*





Hæc cogita-ve- runt, & errave-runt; excæcavit



e- nim il- los mali-ti-a e- orum.

*Capitule, Hymne & ℣. comme ci-deſſus, page 207.*

A Magníficat.



*Ant.* 1. D. Sciens Je-ſus qui-a ve-



nit hora e- jus ut tranſeat ex hoc mundo ad



Patrem, cùm dilexiſſet ſu- os qui e-rant in



mundo, in fi-nem di-lexit e-os.

ORAISON.

DEus, in cujus præcípuis mirabílibus eſt humána reparátio: ſolve ópera diáboli, & mortífera peccáti víncula diſrumpe: ut, deſtructâ malignitáte quæ nócuit, vincat miſericórdia quæ redémit; Per Dóminum.

*A COMPLIES, comme aux Féries de la Paſſion, 207.*

## LE MERCREDI DE LA SEMAINE SAINTE.

*A NONE. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 2. Ec- ce appropinquavit ho- ra,



& Fi-li-us hominis trade-tur in manus pec-



cato-rum.

*Capitule & ℟. br. comme aux Féries de la Paſſion, p. 206.*

*A VEPRES. Pſſ. de la Férie.*

*Aujourd'hui Vêpres ſe commencent abſolument par l'impoſition de la premiere Antienne. L'Office ſe fait ſans dire* Deus, in adjutórium. *ni* Glória Patri. *ni* Dóminus vo-

biſeum. *ni* Orémus. *ni* Benedicámus. *On ne dit point non plus de Capitules, de* ℟℟. *br. ni d'Hymnes ; & à la fin des Pſſ. & des Cantiques, au lieu de* Glória Patri. *on dit le verſet ſuivant :* Miſerére noſtrî, Dómine ; *miſerére noſtrî.




*Tout de ſuite s'impoſe l'Antienne ſuivante, qui ſe double.*






*Après l'Antienne, ſans dire* Dóminus vobiſcum. *ni* Orémus. *on dit l'Oraiſon ſuivante.*

RÉſpice, quæſumus, Dómine, ſuper hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noſter Jeſus Chriſtus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, & crucis ſubíre tormentum : *tout bas*, Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. Amen.
*Et on ne répond rien.*

*COMPLIES ſe commencent par le* Confíteor. *avec les Pſſ. du Dimanche ; & tout de ſuite le Cantique* Nunc dimittis. *après lequel ſeulement on dit le* ℣. Miſerére noſtrî, Dómine ; * miſerére noſtrî. *Enfin on dit l'Oraiſon* Réſpice, &c. *ci-deſſus.*

---

AVIS. *L'épaiſſeur de ce Volume n'ayant pas permis d'y inſérer en entier l'Office de la Semaine Sainte, on le trouvera chez les mêmes Libraires, en un petit Volume complet, contenant l'Office depuis les Vêpres du Samedi avant le Dimanche des Rameaux, juſqu'aux Complies du Samedi Saint incluſivement, & autres choſes ; le tout noté, même caractere & même format.*

# SAINT JOUR DE PAQUES.

## ANNUEL.

## *A NONE.*

*Aujourd'hui & les jours ſuivans, après* Deus, in adjutórium. *on commence le Pſeaume ſur le ton qui ſuit.*

MIrabi-li-a teſtimoni- a tu-a: * ide-o ſcrutata eſt e-a anima me-a.

*A la fin des Pſeaumes, on chante:*

Alle- lu-ia.

*Et de ſuite on chante* Hæc dies. *juſqu'au* ℣. *page ſuiv.*

## *A VEPRES.*

*Pſ.* Dixit Dómi- nus. *page* 3.

*Ant.* 6. DI- ci-te diſcipu- lis e- jus qui-a ſur- re- xit, al-le- lu- ia, alle- lu- ia, al- le- lu-ia. *Pſ.* Confitébor. *page* 4.

*Ant.* 4. E. Ec- ce præce- dit vos in Ga-li- læ- am: i-bi e-um vi-de-bi-tis, alle-lu- ia, al-le- lu-ia. *Pſ.* Beátus vir. *page* 5.

*Ant.* 1. *f.* Et e-xi- e- runt ci- tò de monumen- to cum timo- re


& gaudi- o magno ; currentes nunti- a- re diſci-
pulis , alle- lu-ia.
Graduel du 2. A.
HÆc *le Chœur* di- es quam fe-
cit Do- minus : exulte-
mus & læ- te- mur
in e- a. ℣. Confi-te- mini Do-
mino , quo- ni-am bo- nus ,
quo- ni-am in ſæ- culum
miſe- ricor- di- a *le Chœur* e- jus.
De 1.
AL- le- lu- ia.
*Le Chœur.* Al- le- lu- ia.
℣. Surre- xit Do- minus, &
oc-cur- rit muli- e- ribus , di- cens : A-


ve- te. Il-læ au- tem acceſ-ſe- runt, &
tenue- runt pedes le Ch. e-
jus. Al- le- lu- ia.
Proſe.
VIctimæ Paſchali laudes Immolent Chriſti-ani.
Agnus redemit oves; Chriſtus innocens Patri recon-
cili-a-vit peccatores. Mors & vita du-ello conſli-
xêre mirando; dux vitæ mortu- us regnat vivus.
Dic nobis, Mari- a : Quid vidiſti in vi- a?
Sepulcrum Chriſti viventis, & glori-am vidi reſur-
gentis : Ange-licos teſ-tes, ſuda-ri-um & veſtes.
Surrexit Chriſtus ſpes me- a; præcedet ſu-os in Ga-
li-læ- am. Scimus Chriſtum ſurrexiſſe à mortu-is
verè. Tu nobis, victor Rex, miſerere. A- men.




## ORAISON.

DEus, qui hodiernâ die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum, devictâ morte, reſeraſti; vota noſtra, quæ præveniendo aſpíras, étiam adjuvando proſéquere : Per eumdem Dóminum.

*Après le ℣.* Benedicámus. *on va proceſſionnellement aux Fonts, en chantant le ℟. ſuivant.*

[*Dans les Egliſes où il n'y a point de Fonts Baptiſmaux, on chante ce qui ſuit dans le Chœur.*]






*Après* Sicut erat. *le Chœur chante le* ℣. *ſuivant.*




℣. Salvávit ſibi déxtera ejus,

℟. Et bráchium ſanctum ejus.

ORAISON.

DEus, qui ad æternam vitam in Chriſti reſurrectióne nos réparas : imple pietátis tuæ ineffábile ſacramentum ; ut, cùm in majeſtáte ſua Salvátor noſter advénerit, quos feciſti baptiſmo regenerári, fácias beátâ immortalitáte veſtíri : Per eumdem Chriſtum.

*Allant à la Station, on chante :*



dò Chriſtus ſurre-xit à mor- tu-is per glo-ri-

am Pa- tris, i-ta & nos in novi-ta-te vi-

tæ am-bu-le-mus, al le-lu- ia, alle. lu- ia.

*Pſ.* 111. *p.* 6. IN e-xitu Iſra-ël de Ægypto, * domûs

Jacob de po-pu-lo barbaro. Facta eſt.

*Après* Sicut erat. *le Chœur chante le* ℣. *ſuivant.*

℣. Do-minus ſcidit aquas ante e- os, ut fa-ce-

ret ſi-bi nomen ſempi-ter- num : eduxit e- os

per a-byſ-ſos. * Conſepul-ti.

℣. Audítam fácite vocem laudis ejus,

℟. Qui póſuit ánimam meam ad vitam.

ORAISON.

DEus, qui reſurrectiónis tuæ fidem per baptiſmi grátiam in nobis obſignáre voluiſti : concéde, ut à peccáti morte liberáti, in novitáte vitæ ambulémus ; Qui vivis & regnas Deus.

*Revenant de la Station, on chante :*

℟. *du* 7. QUid quæ- ri- tis viventem cum

mor-tu- is ? Non eſt hîc, ſed ſur- re- xit ;




℣. Lápidem quem reprobavérunt ædificantes,
℟. Hic factus eſt in caput ánguli.

ORAISON.

DEus, cujus Fílius pro nóbis crucifíxus mundum redímere dignátus eſt; præſta, ut qui de noſtra re-

demptióne lætámur, ætérnis gáudiis, te donante, perfruámur : Per eumdem Dóminum.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche, qu'on chante ſur le ton ſuivant.*



C Um invocarem, exaudivit me De-us juſtiti-æ



me-æ : * in tribula-tione di-lataſti mihi, &c.

*Après les Pſeaumes on dit :*



Alle- lu- ia.

*Et de ſuite on chante le Cantique* Nunc dimittis. *ſur le ton qui ſuit.*



N Unc dimittis ſervum tu-um, Domine, * ſecun-



dùm verbum tu-um in pace, &c.

*Enſuite on dit* Hæc dies. *juſqu'au* ℣. *page* 227.

*L'Oraiſon* Viſita. *page* 11.

---

## LE LUNDI APRÈS PAQUES.

*Tout comme au jour de Pâques, excepté ce qui ſuit ; & de même à chaque jour de la Semaine.*

*A VEPRES, Graduel* Hæc dies. *page* 227, *juſqu'au* ℣.



℣. I-ter fa-cite e- i qui aſcen-



dit ſuper occa- ſum ; Do- minus



no- men il- li.





A L- le- lu- ia, *le Chœur* al-




*On répete le premier* Allelúia. *enſuite on chante la Proſe* Víctimæ Paſchali. *page* 228.




ORAISON.

DEus, qui ſolemnitáte Paſcháli mundo remédia contuliſti : pópulum tuum, quæſumus, cœleſti dono proſéquere ; ut & perfectam libertátem cónſequi mereátur, & ad vitam profíciat ſempiternam : Per Dóminum.

*A la Proceſſion aux Fonts, comme au jour de Pâques, excepté les Oraiſons qui ſont propres à chaque jour.*

*Aux Fonts.* ORAISON.

DEus, qui renátis ex aqua & Spíritu ſancto cœleſtis regni pandis intróitum : auge ſuper fámulos tuos

grátiam quam dediſti ; ut qui ab ómnibus ſunt purgáti peccátis, nullis priventur promiſſis : Per Chriſtum.

*A la Station.* ORAISON.

POpulus tuus, quæſumus, Dómine, renovátis exultet ánimæ virtútibus ; & vivificatiónis tuæ grátiam conſecútus, in tuo ſemper múnere gloriétur : Per Chriſtum.

*Dans le Chœur.* ORAISON.

DEus, qui pópulum tuum de hoſtis cállidi ſervitúte liberaſti ; preces ejus miſericórditer réſpice, & adverſantes ei tuâ virtúte proſterne : Per Dóminum.

## LE MARDI APRÈS PAQUES.

*A VEPRES. Après* Hæc dies. *on chante le* ℣. *ſuivant.*




*On répete le premier* Allelúia. *enſuite on chante la Proſe* Victimæ. *page* 228.






O R A I S O N.

DEus, qui Eccléſiam tuam novo ſemper fœtu multíplicas ; concéde fámulis tuis, ut ſacramentum vivendo téneant, quod fide percepérunt : Per Dóminum.

*Aux Fonts.* O R A I S O N.

DEus, per quem nobis redémptio venit, & præſtátur adóptio, réſpice in ópera miſericórdiæ tuæ ; ut in Chriſto renátis, & æterna tribuátur hæréditas, & vera libertas : Per eumdem Chriſtum.

*A la Station.* O R A I S O N.

FAc, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui Paſchálibus remédiis innováti, ſimilitúdinem terréni parentis evàſimus, ad formam cœleſtis transferámur auctóris : Qui tecum vivit & regnat Deus.

*Dans le Chœur.* O R A I S O N.

DEus, qui nos, in cruce paſſus, prétio magno redímere voluiſti : infunde nobis virtútem auxílii tui, ut noſtra te ſemper vita gloríficet : Qui vivis & regnas.

---

## LE MERCREDI APRÈS PAQUES.

*A VEPRES. Après* Hæc dies. *on chante le* ℣. *ſuivant.*






*On répete le premier* Allelúia. *enſuite on chante la Proſe* Victimæ. *page 228.*




## ORAISON.

DEus, qui nos reſurrectiónis Domínicæ ánnuâ ſolemnitáte lætíficas : concéde propítius, ut per temporália feſta quæ ágimus, perveníre ad gáudia æterna mereámur : Per eumdem Dóminum.

*Aux Fonts.* ORAISON.

DEus, qui Ecclésiam tuam multíplicas ſóbole renaſcéntium; fac eam propítius gaudére de ſuórum profectibus filiórum : Per Chriſtum.

*A la Station.* ORAISON.

DEus, qui per Paſchále myſtérium docuiſti nos vetuſtátem vitæ relínquere, & in novitáte ſpíritus ambuláre; præſta, ut ſacramentis tuis innováti, dona grátiæ tuæ ſervémus : Per Chriſtum.

*Dans le Chœur.* ORAISON.

TUâ nos, quæſumus, Dómine, pietáte cuſtódi; ut qui Unigéniti tui paſſióne ſunt redempti, ejuſdem reſurrectiónis & glóriæ efficiantur partícipes; Per eumdem.

---

## LE JEUDI APRÈS PAQUES.

*A VEPRES. Après* Hæc dies. *on chante le* ℣. *ſuivant.*






*On répete le premier* Allelúia. *enſuite on chante la Proſe* Víctimæ. *page* 228.

*A* Magníficat.










### ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui Paſchále ſacramentum in reconciliatiónis humánæ fœdére contuliſti; da méntibus noſtris, ut quod profeſſióne celebrámus, imitémur effectu : Per Dóminum.

*Aux Fonts.* ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut Eccléſia tua, & ſuórum firmitáte membrórum, & novâ ſemper fœcunditáte lætétur; Per Chriſtum.

*A la Station.* ORAISON.

LArgíre fámulis tuis, Dómine, grátiam tuam; & præſta, ut qui ad imáginem Fílii tui divíno ſunt baptiſmo regeneráti, à regni tui poténtia nunquàm divellantur : Per eumdem Chriſtum.

*Dans le Chœur.* ORAISON.

DEus, qui nobis ad celebrandum Paſchále ſacramentum liberióres ánimos præſtitiſti; doce nos & odiſſe quibus iráſceris, & amáre quæ præcipis : Per Dóminum.

---

## LE VENDREDI APRÈS PAQUES.

*A VEPRES. Après* Hæc dies. *on chante le* ℣. *ſuivant.*









*On répete le premier* Allelúia. *enſuite on chante la Proſe* Víctimæ. *page* 228.




ORAISON.

DEus, qui diverſitátem géntium in confeſſióne tui nóminis adunaſti; da ut renátis fonte baptíſmatis una ſit fides méntium, & piétas actiónum: Per Dóminum.

*Aux Fonts.* ORAISON.

DEus, qui credentes in te fonte baptíſmatis innovaſti; hanc renátis in Chriſto concéde cuſtódiam, ut nullo erróris incurſu grátiam regeneratiónis amittant: Per eumdem Chriſtum.

*A la Station.* ORAISON.

DEpelle, Dómine, conſcriptum peccáti lege chirógraphum, quod in nobis Paſchâli myſtério per reſurrectiónem Fílii tui deleviſti: Qui tecum vivit & regnat.

*Dans*

*Dans le Chœur.* ORAISON.

DEus, qui nos in Chriſto convivificaſti & conreſuſcitaſti : érige nos ad conſedentem in déxtera tua noſtræ ſalútis Auctórem ; ut qui propter nos judicandus advénit, pro nobis judicatúrus advéniat idem Jeſus Chriſtus Fílius tuus Dóminus noſter; Qui tecum vivit.

---

## LE DIMANCHE DE QUASIMODO.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. du Samedi.*



lu-ia. *Ant.* 4. E. Miſera- tor e-o- rum re-

get e- os, & ad fontes aquarum potabit e-os,

al-le- lu-ia. *Ant.* 7. d. Ambulabunt me- cum

in albis, quia digni ſunt, al-lelu-ia.

C A P I T U L E. *Iſ.* 60.

NOn óccidet ultrà ſol tuus, Jerúſalem, & luna tua non minuétur; quia erit tibi Dóminus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctûs tui. Pópulus autem tuus omnes juſti, in perpétuum hæreditábunt terram.

℟. *du* 1.

LIbera- vit nos De- us ſe-

cundùm gra- ti-am quæ manifeſta- ta eſt

nunc per illu-mina- ti-o- nem Salva- to-ris

noſtri Je-ſu Chriſti; * Qui deſtru-xit quidèm

mortem, illumina- vit autem vi- tam & incor-

rup- ti- o- nem, al- le-lu- ia, al- le-

lu- ia. ℣. Cantate De-o, pſalmum dicite



nomini e- jus : iter fa-cite e- i



qui aſcen- dit ſuper occa- ſum ; * Qui. Glo-



ri-a Patri, & Fi- li-o , & Spiritu-i



Sanĉto. * Qui.

HYMNE, *du* 5.



NUnc novis Chriſtus celebretur hymnis :



Victor inſignes agitat triumphos, Qui ſuo mortem



jaculumque mortis Funere frangit.

Vincit obſtantem lápidem ſepulcri ;
Vincit armátas vígilûm cohortes ;
Vincla perrumpit, quibus obligátus
Ingemit orbis.

Quem timor clauſum látebris coercet,
Se gregi rursùs fácilem vidéri
Præbet, & certum ſua fert amóris
Vúlnera pignus.

De Dei regno documenta pandit ;
Hujus & regni ſtat imágo viva,
Quâ mori mundo docet, & ſupernas
Quærere ſedes.

Ergò, jam nunquàm moritúre, vivis,
Chriſte ; quos fuſo rédimis cruóre,
Fac in æternum tua vita nobis
Vívere præſtet.

Summa laus Patri ; Genitóque ſumma,
Morte qui victâ ſibi dat renaſci,
Quem Patri conſors Amor, & perennis
Glória jungit. Amen.

℣. Redémit nos Deus ab inimícis noſtris :
℟. Quóniam in æternum miſericórdia ejus.

A Magníficat.




*L'Oraiſon du Dimanche ſuivant.*

***COMPLIES**, comme aux Féries du Temps Paſcal, ci-après.*

*A NONE, Hymne du Pſeautier, avec la Strophe* ¶ Da Chriſte. *& la Doxol.* Sit laus. *p. 247, ci-après. Pſſ. du Dim. Le reſte comme aux Féries du Temps Paſcal, ci-après.*

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*







mundaret ſi-bi populum accepta-bilem, alle-
lu- ia. Ant. 3. a. Vos ge- nus elec- tum,
regale ſacerdo- ti-um, gens ſancta ; ut virtu-tes
annunti-e-tis e- jus qui de tenebris vos vo-
ca- vit in admira- bile lumen ſu-um, al-
le-lu-ia. Ant. 4. d. Cre-dimus in De-o
ſecundùm opera- ti-o-nem potenti-æ virtu-tis
e-jus quam opera-tus eſt in Chriſto, ſuſcitans
illum à mortu-is, & conſtituens ad dexteram
ſu-am, al- le-luia. Ant. 5. C. Pro omnibus
mortuus eſt Chriſtus ; ut & qui vi- vunt, jam
non ſi-bi vivant, ſed e- i qui pro ip-ſis
mortuus eſt & reſurre- xit, alle- lu- ia.

CAPITULE. *1. Petr. 1.*

BEnedictus Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui ſecundùm miſericórdiam ſuam magnam regenerávit nos in ſpem vivam, per reſurrectiónem Jeſu Chriſti ex mórtuis in hæreditátem incorruptíbilem.

*Hymne*, Forti tegente. *aux Féries du Temps Paſc. ci-après.*

℣. Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii ;

℟. Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in æternum.




ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui Paſchália feſta perégimus, hæc, te largiente, móribus & vitâ teneámus ; Per Dóminum.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche. Le reſte comme aux Féries du Temps Paſcal, ci-après.*

## FÉRIES DU TEMPS PASCAL.

### *A NONE. Pſſ. de la Férie.*



CAPITULE. 1. *Petr.* 3.

CHriſtus ſemèl pro peccátis noſtris mórtuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo, mortificátus quidèm carne, vivificátus autem ſpíritu.

℟. *br.* Convertiſti planctum meum in gáudium mihi, * Allelúia, allelúia. Convertiſti. ℣. Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætítiâ, * Allelúia. Glória Patri. Convertiſti.

℣. In Deo ſperávit cor meum, & adjútus ſum; ℟. Et reflóruit caro mea.

## *A VEPRES.*

*Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Antienne ſuivante.*



*Ant.* 4. a. De-us & Dominum ſuſ- cita-vit;



& nos ſuſcitabit per virtutem ſu- am, alle- lu-ia.

CAPITULE. 1. *Cor.* 15.

CUm mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victória. Ubi eſt, mors, victória tua? ubi eſt, mors, ſtímulus tuus?

HYMNE, *du* 8.



FOrti tegente brachio, E-vaſimus rubrum



mare, Tandèmque durum perfidi Jugum tyran-



ni fregimus.

Nunc ergò lætas víndici
Grates rependámus Deo;
Agníque menſam cándidis
Cingámus ornáti ſtolis.

Hujus ſacráto córpore,
Amóris igne férvidi,
Veſcámur atque ſánguine:
Veſcendo vívimus Deo.

Jam Paſcha noſtrum Chriſtus eſt,
Hic agnus, hæc eſt víctima,
Cruóre cujus íllitos
Tranſmittit ultor Angelus.

O digna cœlo víctima,
Mors ipſa per quam víncitur,
Per quam refractis ínferi
Prædam relaxant póſtibus.

Chriſtus ſepulcri faucibus
Emerſus ad lucem redit;
Hoſtem retrúdit tártaro,
Cœlíque pandit íntima.

¶ Da, Chriſte, nos tecum mori;
Tecum ſimul da ſúrgere:
Terréna da contémnere;
Amáre da cœléſtia.

Sit laus Patri; laus Fílio,

Qui nos, triumphátâ nece,
Ad aſtra ſecum dux vocat :

Compar tibi laus, Spíritus!
Amen.

℣. Dicant qui redempti ſunt à Dómino,

℟. Quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

*Juſqu'à l'Aſcenſion, les Hymnes ſe terminent par la Strophe* ¶ Da, Chriſte. *& la Doxologie ci-deſſus.*

*L'Ant.* à Magníficat. *ci-après, ſuivant le jour.*

LE LUNDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 7. d. Per Je- ſum fideles eſ-tis in De-



o, qui ſuſci-tavit e- um à mortu-is, & dedit



e- i glo- ri- am, al- le- lu-ia.

LE MARDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 2. De- us omnis gra- ti-æ, qui vo-



ca-vit nos in æternam ſu-am glori-am in Chriſ-



to Je-ſu mo-dicum paſſos ipſe per-fi- ci-et,



alle- lu-ia.

LE MERCREDI, *à* Magníficat.



*Ant.* 6. Conver-ſi eſ-tis ad De- um ſer-



vi-re De- o vi- vo & ve- ro, & expecta- re Fi-



li-um e- jus de cœ- lis, quem ſuſcita- vit à mor-



tu-is, Je- ſum, al-le- lu- ia.

LE JEUDI, *à* Magníficat.




*Oraiſon du Dimanche précédent.*

*Enſuite, depuis le Lundi de la premiere ſemaine après Pâques, juſqu'à l'Aſcenſion de N. S., ( excepté aux Fêtes Annuelles & Solemnelles, & pendant leurs Octaves, ) on fait mémoire de la Croix & de la Réſurrection de N. S. J. C. comme il ſuit.*

*Ant. du* 6.




℣. Omnis terra adóret te & pſallat tibi :

℟. Pſalmum dicat nómini tuo, Dómine.

Orémus.

DEus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum ſubíre voluiſti, ut inimíci à nobis expélleres poteſtátem; concéde nobis fámulis tuis, ut reſurrectiónis grátiam conſequámur : Per eumdem Dóminum.

*A COMPLIES. Pſeaumes de la Férie.*



dilecti-onis ſu- æ, alle- luia.

HYMNE, *du* 1. JEſu Redemptor ſe- culi, Qui terti-o poſt funera Redux ab infe-ris di-e, Mortem reſurgen-do necas.

Nox atra jam terras pre-met,
Mergetque ſomno lûmina;
Hoſtis furórem pérfidi,
Arteſque cæcas díſjice:
Ut juſta dùm curas levat,
Et corpus inſtaurat quies;
Sic membra ſomnus óccupet,
Ne corda torpor ópprimat.
Da, Chriſte, &c. *Doxologie*, Sit laus, &c. *p.* 247.

*Capitule & ℟. br. comme au Pſeautier, page* 10.

*A* Nunc dimittis. *Ant.* 5. C. Cùm Chriſtus ap-paru- erit, vita veſ-tra; tunc & vos appa- re-bitis cum ip-ſo in glo- ri- a, al-lelu- ia.

---

## SAM. AVANT LE II. DIM. APRÈS PAQUES.

*A VEPRES. Pſſ. du Samedi, ſous la ſeule Ant. ſuiv.*

*Ant.* 5. F. Cre-dimus, ſci-entes quoni-am qui ſuſcita-vit Je- ſum, & nos cum Je-ſu ſuſci-ta-bit, alle- lu-ia.

CAPITULE. *Jérém.* 31.

AUdíte verbum Dómini, gentes, & annuntiáte in inſulis quæ procul ſunt, & dícite : Qui diſperſit Iſraël, congregábit eum, & cuſtódiet eum ſicut paſtor gregem ſuum ; redémit enim Dóminus Jacob, & liberávit eum de manu potentióris.

*Hymne*, Nunc novis. *ci-deſſus, page* 243.

℣. Dóminus ipſe eſt Deus noſter;

℟. Nos autem pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus.




*Oraiſon de Vêpres du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, comme ci-deſſus, pag.* 249.

## LE II. DIMANCHE APRÈS PAQUES.

*Tout comme au Dimanche de Quaſimodo, excepté ce qu'il y a ici de propre ; (& de même aux Dimanches ſuivans juſqu'à l'Aſcenſion.)*

### *A VEPRES.*

CAPITULE. 1. *Petr.* 2.

ERátis ſicut oves errantes, ſed converſi eſtis nunc ad Paſtórem & Epíſcopum animárum veſtrárum.

*Hymne*, Forti tegente. *ci-deſſus, page* 247.

℣. Abſtulit ſicut oves pópulum ſuum,

℟. Et deduxit eos in ſpe.





me addu- cere : & vocem me-am audi-ent, &



fi- et unum ovi- le, & unus paſtor, alleluia.

O R A I S O N.

DEus, qui errántibus, ut in viam poſſint redíre juſtítiæ, veritátis tuæ lumen oſtendis; da cunctis qui chriſtiánâ profeſſióne cenſentur, & illa reſpúere quæ huic inimíca ſunt nómini, & ea quæ ſunt apta ſectári : Per.

*A COMPLIES, comme ci-deſſus, page* 249.

## SAM. AVANT LE III. DIM. APRÈS PAQUES.

*A VEPRES, Pſſ. du Samedi, ſous la ſeule Ant.* Crédimus. *page* 250.

C A P I T U L E. *Exod.* 19.

SI audiéritis vocem meam, & cuſtodiéritis pactum meum, éritis mihi in pecúlium de cunctis pópulis; mea eſt enim omnis terra : & vos éritis mihi in regnum ſacerdotále, & gens ſancta.

*Hymne*, Nunc novis. *ci-deſſus, page* 243.

℣. Redemptiónem miſit Dóminus pópulo ſuo:

℟. Mandávit in æternum teſtamentum ſuum.

A Magníficat.



*Ant.* 6. Non corrupti- bi- libus



auro vel argento redempti eſtis, ſed preti-oſo



ſanguine qua-ſi Agni immaculati Chriſti &



inconta- mi- nati, al-le- luia.

*Oraiſon de Vêpres du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, comme ci-deſſus, page* 249.

## LE III. DIMANCHE APRÈS PAQUES.

### *A V E P R E S.*

C A P I T U L E. 1. *Petr.* 4.

CAriſſimi, nolíte peregrinári in fervóre qui ad tentatiónem vobis fit, quaſi novi áliquid vobis contin-

gat ; ſed communicantes Chriſti paſſiónibus, gaudéte, ut & in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exultantes.

*Hymne*, Forti tegente. *page 247.*

℣. Lætáti ſumus pro diébus quibus non humiliaſti,

℟. Annis quibus vídimus mala.




ORAISON.

DEus, qui in Fílii tui humilitáte jacentem mundum erexiſti : fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam ut quos perpétuæ mortis eripuiſti cáſibus, gáudiis fácias ſempiternis pérfrui : Per Dóminum.

*A COMPLIES, comme ci-deſſus, page 249.*

## SAM. AVANT LE IV. DIM. APRÈS PAQUES.

*A VEPRES, Pſſ. du Samedi, ſous la ſeule Ant.* Crédimus, *page 250.*

CAPITULE. *Act.* 10.

NOs teſtes ſumus ómnium quæ fecit in regióne Judæórum & Jerúſalem, quem occidérunt ſuſpendentes in ligno : hunc Deus ſuſcitávit tértiâ die.

*Hymne*, Nunc novis. *page 243.*

℣. Confitébimur tibi, Deus :

℟. Narrábimus mirabília tua.





mul; de-indè vi- ſus eſt Jaco-bo, de-in-dè A-



poſto-lis om-nibus, alle- luia.

*Oraiſon de Vêpres du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, comme ci-deſſus, page 249.*

## LE IV. DIMANCHE APRÈS PAQUES.

### *A VEPRES.*

CAPITULE. *Rom. 8.*

QUi in carne ſunt, Deo placére non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpíritu; ſi tamen Spíritus Dei hábitat in vobis. Si quis autem Spíritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.

*Hymne*, Forti tegente. *page 247.*

℣. Memor eſto verbi tui, Dómine,

℟. In quo mihi ſpem dediſti.

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. G. Ex-pedit vo-bis ut



e- go va- dam: ſi e- nim non abi- ero, Para-



cle-tus non ve- ni-et ad vos; ſi autem abi- ero,



mittam e-um ad vos, al- lelu-ia.

ORAISON.

DEus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis: da pópulis tuis id amáre quod præcipis, id deſideráre quod promittis; ut inter mundánas varietátes, ibi noſtra fixa ſint corda, ubi vera ſunt gáudia: Per Dóminum.

*A COMPLIES, comme ci-deſſus, page 249.*

## SAM. AVANT LE V. DIM. APRÈS PAQUES.

*A VEPRES, Pſſ. du Samedi, ſous la ſeule Ant.* Crédimus. *page 250.*

CAPITULE. *Act. 17.*

PAulus diſſerébat Judæis de Scriptúris, adapériens & insínuans quia Chriſtum opórtuit pati, & reſúrgere à mórtuis; & quia hic eſt Jeſus Chriſtus.

*Hymne*, Nunc novis. *page* 243.
℣. Non móriar, ſed vivam, ℟. Et narrábo ópera Dómini.

A Magníficat.




*Oraiſon de Vêpres du Dimanche ſuivant.*
*A COMPLIES, comme ci-deſſus, page* 249.

---

# LE V. DIMANCHE APRÈS PAQUES.

## *A VEPRES.*

CAPITULE. *1. Joan.* 5.

CRéditis in nómine Fílii Dei : & hæc eſt fidúcia quam habémus ad eum, quia quodcumque petiérimus ſecundùm voluntátem *ejus*, audit *nos. Et ſcimus quia audit* nos, quidquid petiérimus : ſcimus quóniam habémus petitiónes quas poſtulámus ab eo.
*Hymne*, Forti tegente, *page* 247.
℣. Oculi Dómini ſuper juſtos,
℟. Et aures ejus in preces eórum.

A Magníficat.





qui-a ego à De- o e-xi- vi, alle- lu-ia.

ORAISON.

DEus, à quo bona cunĉta procédunt : largíre ſupplícibus tuis, ut cogitémus, te inſpirante, quæ recta ſunt, &, te gubernante, éadem faciámus; Per Dóminum.

*A COMPLIES, comme ci-deſſus, page 149.*

## LE LUNDI DES ROGATIONS.

*L'Office de ces trois jours ſe fait comme aux Féries du Temps Paſcal, excepté ce qui ſuit.*

### *A NONE.*

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui in afflictióne noſtra de tua pietáte confídimus, contrà adverſa ómnia tuâ ſemper protectióne muniámur : Per.

### *A VEPRES.*

A Magníficat.



*Ant.* 1. *D.* Si vos cùm ſi- tis ma-



li, noſtis bona da- ta da- re fi-li-is veſtris;



quantò ma- gis Pa- ter veſter de cœ- lo da-



bit Spi-ritum bo-num peten-tibus ſe? al-lelu- ia.

*Oraiſon*, Deus à quo. *ci-deſſus.*

## LE MARDI DES ROGATIONS.

### *A NONE.*

ORAISON.

EXcita, Dómine, tuórum corda fidélium; ut ſacris intenta doctrínis, quod precentur intélligant, & petendo perſeveranter obtíneant : Per Dóminum.

### *A VEPRES.*

A Magníficat.



*Ant.* 7. d. Cùm o- ra- tis, dici- te :



Pa-ter, ſancti-fi-ce-tur nomen tu- um, alle- lu-ia.
*Oraiſon*, Deus, à quo. *ci-deſſus*, *page* 256.

---

# LE MERCREDI DES ROGATIONS.
## *A NONE.*
### ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut noſtræ mentis inténtio, quò ventúræ ſolemnitátis glorióſus Auctor ingreſſus eſt, ſemper intendat; & quò fide pergit, converſatióne pervéniat : Per eumdem Dóminum.

---

# ASCENSION DE NOTRE SEIGNEUR.

Solemnel - Majeur.

*AUX I. VEPRES*, *Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. *D.* QUis aſcen-dit in cœ- lum



atque deſ-cendit? Quis ſuſci-ta- vit omnes ter-



minos terræ? Quod nomen eſt e- jus, ſi



noſ- ti? al-le- lu- ia. *Ant.* 7. a. Non eſt



De-us a- li-us, ut De-us aſcenſor cœ- li:



magni-ficen-ti-â e- jus diſcur- runt nu- bes:



habi-ta culum e- jus ſur- sùm, alle- luia.



*Ant.* 3. a. Aſ-cen-det pandens i-ter an-te




CAPITULE. *Act.* 3.

PRædicátus eſt vobis Jeſus Chriſtus, quem oportet quidèm cœlum ſuſcípere, uſquè in témpora reſtitutiónis ómnium quæ locútus eſt Deus per os ſanctórum ſuórum à ſéculo Prophetárum.

℟. *du* 3.






Jam nube vectus fúlgidâ,
Terras jacentes déſpicis :
Educta longo cárcere
Regem ſequuntur ágmina.
Mirante turmâ Cœlitûm,
Panduntur æternæ fores;
Ovanſque ſublímem Patris,
Homo Deus, ſcandis thronum.
Illic patrónus, póntifex,
Pacis ſequeſter, quem tua
Semèl profúdit cáritas,
Offerre pergis ſánguinem.
Illinc adornas & foves
Eccléſiam ſponſus tuam;
Cunctiſque vitam dívidis,
Infúſa ceu mens, ártubus.
Illinc, tot inter prælia
periclitantem ſúſtines;
Das militanti víncere,
Palmam triumphanti paras.
Quo, Chriſte, præcédis caput,
Hùc integrum corpus vocas
Veſtígiis tritam tuis
Fac membra ſectentur viam.
¶ Qui victor ad cœlum redis,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Iter fácite ei qui aſcendit ſuper occáſum ;
℟. Dóminus nomen illi.

*A* Magníficat. *Ant.* 7. G. *qui ſe double.*




*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie. Le reſte comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*A NONE, Pſeaumes du Dimanche.*

*On dit la Doxol.* ¶ Qui victor. *à l'Hymne des I. Vêp.* 259.

*Ant.* 8. G.




CAPITULE. *Hébr.* 2.

EUm qui módicò quàm Angeli minorátus eſt, vidémus Jeſum, propter paſſiónem mortis, glóriâ & honóre coronátum.

℟. *br.* Minuiſti eum paulo minùs ab Angelis, * Allelúia, allelúia. Minuiſti. ℣. Glóriâ & honóre coronaſti eum, * Allelúia. Glória Patri. Minuiſti.

℣. Conſtituiſti eum ſuper ópera mánuum tuárum :
℟. Omnia ſubjeciſti ſub pédibus ejus.

## *AUX II. VEPRES.*






CAPITULE. *Epheſ.* 2.

COnreſuſcitávit nos Deus, & conſedére fecit in cœléſtibus in Chriſto Jeſu, ut oſténderet in ſéculis ſuperveniéntibus abundantes divítias grátiæ ſuæ in bonitáte ſuper nos in Chriſto Jeſu.

*Du* 5.




HYMNE, *du* 1.





tentas homini negatâ Scandere cœlum.

Ocior venti reſonante pennâ
Vi ſuâ, celſum per ináne fertur:
Non eget curru; jubet, & recédunt
Sídera nutu.

Clauſa tot ſéclis patet aula cœli:
Ipſe Rex claros jaculátus ignes,
Mœnibus ruptis, ſubit, & ſupernas
Tránſvolat arces.

Se *Deo ſiſtit*: Pater, ecce Natus;
In tuo victor grémio repónit
Plúrimo partas, & adhuc rubentes,
Sánguine lauros.

Tu, caput, ſurgis: tua ſed jacémus
Membra: quam præfers, Mediátor, audi
Quanta pro membris tibi Crux potente
Voce loquátur.

Summa laus ſummæ tríadi per orbem:
Qui tenes dextram ſólii paterni;
Pacis æternæ ſimul eſto nobis
Auctor & obſes.
Amen.

℣. Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus,
℟. Et ſuper cœlos glória ejus.

*A* Magníficat.



*Ant.* J. *qui ſe double.* Haben- tes Ponti-



ficem mag-num, qui penetravit cœlos, Je-ſum



Fi-li-um De- i, tene a- mus confeſ-



ſi-o-nem, al- le- lu- ia.

O R A I S O N.

COncéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui hodiernâ die Unigénitum tuum redemptorem noſtrum ad cœlos aſcendiſſe crédimus, ipſi quoque mente in cœléſtibus habitémus; Per eumdem Dóminum.

*A COMPLIES. Pſſ. du Dimanche.*



*Ant.* 3. *a.* Lucer- na civita- tis eſt Agnus,



& ambulabunt gentes in lumine e-jus, al- le-lu-ia.

HYMNE, du I.



J Am Chriſtus in cœlum redux, Ad dex-



teram Patris ſedet; Mundi fu-turum judicem



Vident trementes Ange- li.

Hic nempè juſtâ mórtuos
Vivoſque lance pónderans,
Se præmium dabit piis,
Damnábit æternum reos.

Supréme judex, nos gravi
Somno jacentes réſpice;
Nec imparátos ópprimat
Triſtis tubæ minax ſonus.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Qui nos triumphátâ nece
Ad aſtra ſecum tránſtulit:
Compar tibi laus, Spíritus.
Amen.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* I. a. Scimus quoniam,



cùm appa- ru- erit, ſimiles e- i e- rimus; quo-



ni-am videbimus e- um ſi- cuti eſt, alle- luia.

---

## AUX JOURS DANS L'OCT. DE L'ASCENS.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit.*

*A NONE, Pſeaumes de la Férie.*

*A VEPRES, Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Ant. ſuiv.*



*Ant.* 6. Erant ſemper in tem-plo, laudan-



tes & be- nedicentes De-um, alle- lu-ia.

*Le reſte comme au jour de la Fête, omettant, ſavant l'Hym.* Allel. *avec ſon* ℣. *L'Ant. à* Magn. *ne ſe double point.*

*A COMPL. Pſſ. de la Fér. Le reſte comme à l'Aſcenſion.*

SAMEDI

## SAMEDI DANS L'OCT. DE L'ASCENSION.

*A VEPRES, Pſſ. du Samedi, ſous l'Ant.* Erant. *ci-deſſus.*

CAPITULE. *Coloſſ.* 3.

QUæ ſursùm ſunt quærite, ubì Chriſtus eſt in déxtera Dei ſedens : quæ ſursùm ſunt ſápite, non quæ ſuper terram ; mórtui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcóndita cum Chriſto in Deo.

*L'Hymne & ℣. des II. Vêp. de la Fête, p. 262 & 263.*




*L'Oraiſon de Vêpres du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, Pſſ. du Samedi. Le reſte comme au jour de l'Aſcenſion, p. 262.*

## DIM. DANS L'OCT. DE L'ASCENSION.

*A VEPRES, Pſſ. du Dimanche, avec les Ant. des II. Vêpres de l'Aſcenſion, page 261.*

CAPITULE. 1. *Petr.* 3.

JEſus Chriſtus eſt in déxtera Dei, deglútiens mortem, ut vitæ ætérnæ hærédes efficerémur : profectus in cœlum, ſubjectis ſibi Angelis, & poteſtátibus, & virtútibus.

*L'Hymne & ℣. comme au jour de l'Aſcenſ., p. 262 & 263.*



ORAISON.

DEus, cujus Fílius in alta cœlórum potenter aſcendens, captivitátem noſtram ſuâ duxit virtúte captívam; tríbue, quæſumus, ut dona quæ diſcípulis ſuis cóntulit, largiátur & nobis; Qui tecum vivit.

*A COMPLIES*, *tout comme à l'Aſcenſion*, *p.* 263.

---

*LE JEUDI.*

## OCTAVE DE L'ASCENSION DE N. S.

Double-Majeur.

*AUX I. VÊPRES.* *Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Iſ.* 66.

COgnoſcétur manus Dómini ſervis ejus , & indignábitur inimícis ſuis ; quia ecce Dóminus in igne véniet.

℟. *du* 7.





pibus e- jus. * Sic ve-ni-et.



Glo- ri-a Patri, & Fi- li-o, & Spi-



ri- tu-i Sanc- to. * Sic veni-et.

HYMNE, *du* 4.



F Elix di-es morta-libus, Quâ per pro-



fuſum ſanguinem Homo Deus clauſas di-ù In-



travit æ- ternas domos.

Nos membra, quo noſtrum caput,
Quò dux præívit, íbimus:
Si jungat una mens ſimul,
Nos una junget glória.

Diſceſſit, & ſuis adeſt,
Præſente ſemper Spíritu:
Miſcens ſuo ſe córpori
Omnes in artus ínfluit.

At illa quæ! qualis dies!
Dies tremenda ſóntibus,
Dùm ſede deſcendens ſuâ
Redíbit ultor críminum.

Damnátus inſons à reis
Partes reſúmet júdicis,
Ad cujus ora contrement
Dijudicandi júdices.

Ut morte dignos ſólveret,
Morte volens ſe ſúbdidit:
Cui mors Dei non próderit,
Vindicta qualis ímminet!

Quem noxa lethális premit,
Prævertat iram Núminis;
Largiſque prudens débitos
Extinguat ignes flétibus.

¶ Ventúre judex ſéculi,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Parávit Dóminus in judício thronum ſuum;
℟. Et ipſe judicábit orbem terræ in æquitáte.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. D. A-modò vi- de- bitis



Fi-li-um ho- minis ſedentem à dextris vir-




*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie. Le reſte comme à l'Aſcenſion, avec la Doxol.* ℣ Ventúre judex. *ci-deſſus.*

## *A NONE.*

*Doxol.* ℣ Ventúre judex. *ci-deſſus, avec les Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. 1. *Theſſ.* 4.

DOminus in juſſu, & in voce Archángeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo; & mórtui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deindè nos qui vívimus, qui relínquimur, ſimul rapiémur cum illis in núbibus óbviam Chriſto in áera; & ſic ſemper cum Dómino érimus.

℟. *br.* Judicábit Dóminus pópulum ſuum, * Allelúia, allelúia. Judicábit. ℣. Et in ſervis ſuis deprecábitur, * Allelúia. Glória Patri. Judicábit.

℣. Lætentur omnes qui ſperant in te: ℟. In æternum exultábunt, & habitábis in eis.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Jud.* 20.

CAríſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctíſſimæ veſtræ fídei, in Spíritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectióne Dei ſerváte, expectantes miſericórdiam Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vitam æternam.

*Hymne*, Felix dies. *comme aux I. Vêpres.*

℣. Qui ſedes ſuper Chérubim, Deus virtútum,
℟. Oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus.

*A* Magníficat.



*Ant.* J. Sint lumbi veſtri



præcincti, & lu-cer-næ ar- dentes in ma-



nibus veſtris ; & vos ſi-miles hominibus



expectantibus Dominum ſu-um, quandò reverta-



tur à nupti-is, alle- lu-ia.

ORAISON.

DEus, cujus unigénitum in infirmitáte carnis veniſſe crédimus Salvatórem, & in glória majeſtátis ventúrum júdicem expectámus : fac nos eídem in déxtera tua regnanti caſto timóre ſubjectos ; ut in conſpectu judicantis ſtare cum fidúcia mereámur ; Per eumdem.

*A COMPLIES, comme aux I. Vêpres.*

## VENDREDI APRÉS L'OCT. DE L'ASCENS.

*A NONE. Pſſ. de la Férie. Le reſte comme à l'Aſcenſion, avec la Doxol. ſuiv. qu'on dit à la fin de l'Hymne.*

Qui Patris ad dextram ſedes,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

### *A VEPRES.*

*Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Ant.* Erant ſemper. *p.* 264.
*Capitule,* Jeſus Chriſtus. *du Dim. dans l'Oct. p.* 265, *& l'Hymne & ℣. comme au jour de l'Aſcenſion.*

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. *f.* Pater veſter de cœ-



lo dabit Spiritum bonum peten-tibus ſe,



alle- luia.

ORAISON.

DEus, qui nos reſurrectiónis & aſcenſiónis Domínicæ ſolemnia celebráre feciſti : da fámulis tuis, ut & advenientis Spíritus ſancti grátiam, purificátis méntibus, ſuſcípere mereámur; Per eumdem....... in unitáte ejuſdem, &c.

*A COMPLIES*, *Pſſ. de la Férie. Le reſte comme à l'Aſcenſion*, *p.* 263, *avec la Doxol.* Qui Patris, &c. *ci-deſſus.*

---

# LA VEILLE DE LA PENTECOTE.

## *A NONE.*



*Ant.* 8. G. Il- le me clari-ficabit; qui-a



de me-o ac-ci-pi-et, & annunti-abit vobis,



alle-lu-ia.

CAPITULE. *Act.* 1.

ACcipiétis virtútem ſupervenientis Spíritûs ſancti in vos, & éritis mihi teſtes in Jerúſalem, & in omni Judæa & Samaría, & uſquè ad últimùm terræ.

℟. *br.* Dabit Dóminus voci ſuæ vocem virtútis, * Allelúia, allelúia. Dabit. ℣. Date glóriam Deo, * Allelúia. Glória Patri. Dabit.

℣. Turbabuntur gentes,

℟. Et timébunt à ſignis tuis.

# LE S. JOUR DE LA PENTECOTE.
## ANNUEL.
### *AUX I. VEPRES.*

*Pſ.* Ecce quàm bonum. *page* 21.




PSEAUME 142.

DOmine, exaudi oratiónem meam : * áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua ; exaudi me in tua juſtítia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo ; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi ; * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus : in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum : meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis ; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine, * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me ; * & ſimilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam ; * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem ; * quia ad te levávi ánimam meam.

Éripe me de inimícis meis, Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam ; * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tribulant ánimam meam, * quóniam ego ſervus tuus ſum.




P S E A U M E 147.

LAuda, Jerúſalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion;

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum, * benedixit fíliis tuis in te;

Qui póſuit fines tuos pacem, * & ádipe frumenti ſátiat te.

Qui emittit elóquium ſuum terræ, * velóciter currit ſermo ejus;

Qui dat nivem ſicut lanam, * nébulam ſicut cínerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: * ante fáciem frigóris ejus quis ſuſtinébit?

Emittet verbum ſuum, & liquefáciet ea: * flabit ſpíritus ejus; & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob, * juſtítias & judícia ſua Iſraël;

Non fecit táliter omni natióni, * & judícia ſua non manifeſtávit eis.




C A P I T U L E. *Joël. 2.*

EFfundam Spíritum meum ſuper omnem carnem: & prophetábunt fílii veſtri & fíliæ veſtræ; ſenes veſtri ſómnia ſomniábunt, & júvenes veſtri viſiónes vidébunt.


℟. *du* 3.
SUper ſervos me- os & ancil- las in
di-e-bus il- lis effun- dam Spi- ritum me-
um : * Et dabo prodi- gi-a in cœ- lo &
in ter- ra ; & e- rit. † Om- nis qui in-
vo-ca- verit nomen Do- mini, ſalvus e-
rit, al-lelu- ia, al- le- lu- ia.
℣. Oporte- bat Chriſtum pa-ti, & reſur-
gere à mortu-is : vos autem teſtes eſtis ho-
rum ; & ego mitto promiſſum Pa- tris me-
i in vos. * Et dabo. Glo- ri-
a Pa-tri, & Fi- li-o, & Spi-ri-
tu-i ſanc- to. † Om- nis.
*On répete le* ℟. Super. *juſqu'au* ℣.
HYMNE, *du* 4.
VEni, ſuper- ne Spi- ri-tus : Purga- ta




Chriſti petentis æthera
Exolve promiſſam fidem;
Et noſtra præſens ígneo
Munda lavácro péctora.

Lugémus amiſſum Patrem;
Te noſtra tangat órbitas:
Soláre mœſtos; ánxiis
Spem redde, qui ſolus potes.

Docére quæ Chriſtus rudes
Prudens alumnos díſtulit,
Hæc præparátis ínſere
Novus magiſter méntibus.

Olim per umbras vátibus
Retecta paucis véritas,
Nunc orbe toto díſſitis
Per te pateſcat géntibus.

Divína jam nos únctio
Informet omnes : hácteniis
Mutis arátam lítteris
Inſcríbe legem córdibus.

Sit laus Patri; laus Fílio:
Utrumque qui nectis, Deus
Utríque compar, ſit tibi
Decus perenne, Spíritus.
Amen.

℣. Deus Iſraël ipſe dabit virtútem,
℟. Et fortitúdinem plebi ſuæ.




ORAISON.

DEus, qui hodiernâ die corda fidélium ſancti Spíritûs illuſtratióne docuiſti ; da nobis in eódem Spíritu recta ſápere, & de ejus ſemper conſolatióne gaudére: Per Dóminum... in unitáte ejuſdem.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche.*







Adeſto te vocántibus:
Donis tuis nos récrea;
Da gratiárum múnera;
Da præmiórum gáudia.

Sit laus Patri; laus Fílio:
Par ſit tibi laus, Spíritus,
Afflante quo, mentes ſacris
Lucent & ardent ígnibus.
Amen.

*Cette Doxologie*, Sit laus Patri. *ſe dit auſſi à None.*




*A NONE. Pſſ. du Dimanche.*



CAPITULE. 1. *Cor.* 2.

QUæ Dei ſunt nemo cognóvit, niſi Spíritus Dei. Nos autem non ſpíritum hujus mundi accépimus, ſed Spíritum qui ex Deo eſt, ut ſciámus quæ à Deo donáta ſunt nobis ; quæ & lóquimur, non in doctis humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in doctrína Spíritûs.

℟. *br.* Annuntiavérunt ópera Dei, * Allelúia, allelúia. Annuntiavérunt. ℣. Et facta ejus intellexérunt, * Allelúia. Glória Patri. Annuntiavérunt.

℣. Conturbáti ſunt omnes qui vidébant eos ;

℟. Et tímuit omnis homo.

## *AUX II. VEPRES.*





lu- ia , alle- lu-ia.

CAPITULE. *Tit.* 3.

SEcundùm ſuam miſericórdiam ſalvos nos fecit Deus per lavácrum regeneratiónis , & renovatiónis Spíritûs ſancti , quem effúdit in nos abundè per Jeſum Chriſtum ſalvatórem noſtrum ; ut juſtificáti grátiâ ipsíus, hæredes ſimus ſecundùm ſpem vitæ æternæ.

*Du* 2.



A L-le- lu- ia, alle-



lu- ia. ℣. Qui



confirmat nos in Chriſ- to, & qui un-



xit nos, De- us; qui & ſigna- vit nos,



& de- dit pig-nus Spi- ri-tûs in cordi-



bus noſ- tris. Al-



le- lu- ia.

HYMNE, *du* 6.



QUò vos Magiſtri glori-a, quò ſalus Invi-



tat orbis ſancta co-hors, De-i Portate verbum:



vos repoſcit Prima ſeges, pi-a cura fratrum.

Proh ! quanta meſſis prótinùs éxtitit !
Ter mille verbum concípiunt viri ;
Deóque maturante, reddunt
Multíplicem, bona terra, fructum.

Compuncta paſsìm péctora flétibus
Mœrent amáris, atque piáculo
Ardent ſalutáris lavácri
Prætéritas abolére labes.

At non Hebræis limítibus ſacer
Hærébit ardor. Sol habitábiles
Quà luſtrat oras, hàc triumphis
Matéries patet ampla veſtris.

Jam mille divûm templa ſolo ruunt :
Cedit ſuperbæ vis ſapiéntiæ ;
Cedunt tyranni ; victa cedit
Carníficum rábies furentûm.

Novum potentis grátia Spíritûs
Creávit orbem : nos quoque, nos tuæ
Succendat ardor caritátis,
Alme Deus, renovetque totos.

Sit ſumma Patri, ſúmmaque Fílio ;
Sit, ſancte, compar laus tibi, Spíritus,
Quo dura miteſcunt, novaſque
Concípiunt pia corda flammas. Amen.

℣. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis,
℟. A templo tuo in Jerúſalem.

A Magníficat.


*Ant.* 1. D. *qui ſe double.* Det vo-bis De- us


virtu- te corro-bora- ri per Spi-ri-tum e- jus


in inte-ri-o- rem ho- minem; ut in cari-tate


radica- ti & funda-ti, imple- a- mini in om-


nem ple-ni-tu- dinem De- i, al- le- lu- ia.

*L'Oraiſon & COMPLIES comme aux I. Vêpres.*

## LE LUNDI APRÈS LA PENTECOTE.

*Tout, même les Pſeaumes, comme au jour de la Pentecôte, excepté ce qu'il y a ici de propre ; & de même à chaque jour de la Semaine.*

*A* Magníficat.



*Ant.* 8 *G. qui ſe double.* Non mi- ſit De- us Fili-



um ſu- um in mundum, ut judi-cet mundum, ſed



ut ſalve-tur mundus per ip-ſum, alle- luia.

ORAISON.

DEus, totíus cónditor creatúræ, fámulos tuos quos fonte renovaſti baptíſmatis, quoſque Spíritûs ſancti plenitúdine ſolidaſti, in adoptiónis ſorte fácias, quæſumus, dignanter aſcríbi : Per Dóminum.... in unitáte ejuſdem.

## LE MARDI APRÈS LA PENTECOTE.

*Aujourd'hui & les jours ſuivans, on ne chante point* Allelúia *ni le* ℣.

*A* Magníficat.



*Ant.* 5. C. Per me ſi quis intro-



i- e-rit, ſalva- bitur ; & ingredi-e- tur, & e-



gre- di-e- tur, & paſcu- a inve- ni-et, alle- luia.

ORAISON.

DA, quæſumus, Eccléſiæ tuæ, miſéricors Deus, ut ſancto Spíritu congregáta, hoſtíli nullátenùs incurſióne turbétur : Per Dóminum.... in unitáte ejuſdem.

## LE MERCREDI APRÈS LA PENTECOTE.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. f. A-men, a-men dico




ORAISON.

MEntes noſtras, quæſumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit illúminet, & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Fílius, veritátem; Qui tecum vivit & regnat in unitáte ejuſdem.

---

## LE JEUDI APRÈS LA PENTECOTE.

A Magníficat.




ORAISON.

DEus, qui Apóſtolis tuis ſanctum dediſti Spíritum: concéde plebi tuæ piæ petitiónis effectum; ut quibus dediſti fidem, largiáris & pacem: Per Dóminum.... in unitáte ejuſdem.

---

## LE VENDREDI APRÈS LA PENTECOTE.

A Magníficat.



ORAISON.

ADſit, nobis, quæſumus, Dómine, virtus Spíritûs ſancti, quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab ómnibus tueátur adverſis; Per Dóminum... in unitáte ejuſdem.

---

## I. DIMANCHE APRÈS LA PENTECOTE.

# FETE DE LA T. S. TRINITÉ.

SOLEMNEL-MAJEUR.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. du Samedi.*






CAPITULE. *Rom.* 10.

O Altitúdo divitiárum ſapiéntiæ & ſciéntiæ Dei ! quàm incomprehenſibília ſunt judícia ejus, & inveſtigábiles viæ ejus !

℟. *du* 1.




*On répete le* ℟. Non eſt. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du 6.*



O Quàm verendis indu-itur tu-um Nu-



men tenebris ! quàm ſacra te, Deus, Caligo vei-



tit ! nec tremendæ Sancta licet penetrare noctis.

Per denſa quæ te núbila ſépiunt,
Si quandò ruptis fúlgura núbibus
Emiſſa, Numen vix revélant,
Luce micans nímiâ, lateſcis.

Humána mens, hìc alta Dei, pavens
Miráre : lumen nì præat fides,
Cæcútis ; & tunc diſſerendo
Decípitur rátio ſuperba.

Hinc qui fidélis, fit puer ex fide,
Et dogma menti ſúſcipit ínvium :
Perſóna triplex, Numen unum ;
Hoc rátio ſtupet, hoc adórat.

Laus ſumma Patri, qui Génitum dedit ;
Qui nos redémit, glória Fílio ;
Qui caritátis mittis ignes,
Divus Amor, tibi laus per ævum. Amen.

℣. Magnus Dóminus & laudábilis nimìs ;
℟. Et magnitúdinis ejus non eſt finis.

A Magníficat.



*Ant. J. qui ſe double.* Do- mini De-i



tu- i cœ- lum eſt, & cœ- lum cœ- li ; ter- ra,



& omni-a quæ in e- a ſunt. Ipſi adhære-



bis : ip-ſe eſt laus tu- a, & De-us tuus.

*Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Pour la mémoire du Sam. avant le I. Dim. après la Pent.*

*Ant. du* I.



Voca-vit Do- minus Sa-mu-el, & a- it




℣. Beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo :
℟. Et exaltábit manſuétos in ſalútem.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, Pſeaumes du Samedi.*




*Hymne*, Grates *au Pſeautier*, *page* 9, *ſous le chant de l'Hymne* Illuminátor. *page* 277.

*A* Nunc dimittis.




*A NONE. Pſſ. du Dimanche.*



CAPITULE. *Epheſ.* 5.

IMplémini Spíritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & cánticis ſpirituálibus, cantantes & pſallentes in córdibus veſtris Dómino, grátias agentes ſemper pro ómnibus in nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti, Deo & Patri.

℟. *br.* Exaltáte Dóminum Deum noſtrum, * Allelúia, allelúia. Exaltáte. ℣. Et adoráte in monte ſancto ejus, quóniam ſanctus Dóminus, * Allelúia. Glória. Exaltáte.

℣. Tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram :

℟. Nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. du Dim.*





noſtro, quòd ſumus hæredes quidèm De- i, co- hære- des autem Chriſti.

CAPITULE 2. *Cor.* 11.

GRátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & cáritas Dei, & communicátio ſancti Spíritûs ſit cum ómnibus vobis.



AL- le- lu- ia, al-le- lu- ia. ℣. Sa- lus, & glo- ri-a, & virtus, De-o noſ- tro eſt, qui- a vera & juſta judi- ci-a ſunt e- jus. Al-le- lu- ia.

HYMNE, *du* 4.



TEr ſancte, ter potens De-us, Incom- prehenſa Trinitas; O lux perennis! propri-is O ter be-a- ta gaudi-is!

O vera ſemper únitas!
O una ſemper véritas!
O Sancta ſemper, quæ bonum
Diffundis omne, cáritas.

Te denſa circùm núbila,
Te circùm inacceſſum jubar,
Quod intùs ardent Angeli
Circùm trementes cérnere.

Te confitétur in tuo
Et plebs renáta nómine,

Firmáque

Firmâque prælíbat fide
Amor quod ambit præmium.
Da poſſe quod jubes, Pater;
Da ſcire, Fili, quod doces;
Fac corde toto, Spíritus,
Nos velle quod probas bonum.
Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui caritáte nos foves,
Par ſit tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Benedictum nomen majeſtátis ejus in æternum:
℟. Et replébitur majeſtáte ejus omnis terra.




ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui dediſti fámulis tuis in confeſſióne veræ fídei æternæ Trinitátis glóriam agnóſcere, & in poténtia majeſtátis adoráre Unitátem: quæſumus, ut ejúſdem fídei firmitáte, ab ómnibus ſemper muniámur adverſis; Per Dóminum.

*Pour la mémoire du Dimanche.*




℣. *In Deo laudábimur totâ die;*
℟. Et in nómine tuo confitébimur in ſéculum.

ORAISON.

DEus, in te ſperántium fortitúdo, adeſto propítius invocatiónibus noſtris : & quia ſine te nihil poteſt mortális infírmitas, præſta auxílium grátiæ tuæ, ut in exequendis mandátis tuis, & voluntáte tibi & actióne placeámus ; Per Dóminum.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche. Le reſte comme hier.*

# FETE DU TRÈS SAINT SACREMENT.

ANNUEL.

*AUX I. VEPRES, Pſſ. de la Férie.*



hortus irri- gu-us ; & ultrà non e- ſu- ri-

ent : & po- pulus me-us bonis me- is a-

dimplebitur. *Ant.* 5. C. Audi- te audi-

entes me, & come- dite bo- num ; & feriam

vobiſcum pactum ſempiternum.

CAPITULE. *Eccl.* 24.

MEmória mea in generatiónes ſeculórum. Qui edunt me, adhuc eſúrient ; & qui bibunt me, adhuc ſítient. Qui audit me, non confundétur.

℟. *du* 6. MEmo- ri-am fe- cit mirabi- li-

um ſu-o- rum miſe- ricors & miſera-tor

Do- minus ; * Eſcam de- dit timen-

tibus ſe : † Memor e- rit in ſe-culum teſ-

tamen- ti ſu- i. ℣. Je- ſus cùm dile-

xiſſet ſu- os qui erant in mundo, in fi- nem

dile- xit e- os. * Eſcam. Glo- ri-a



Pa- tri, & Fi- li-o, & Spi-ri- tu-i



Sanc- to. † Memor. *On répete le ℟. jusqu'au ℣.*

HYMNE, *du 3.*



N Ate qui Deo paren- ti Par De-us nunc



aſ- ſides; Chriſte, ſupremus Sacerdos, Atque



factus hoſti-a, Ipſe judex & Patronus; Et



Deus, nobis homo.

Te tuis offers ſub aris
Incruento fúnere;
Noſtra, vel te glorióſum
Heu! cruentant crímina;
Júdicem te, te Patrónum,
In dies lacéſſimus.

Sacra ſic-nè tàm nocentes
Ambiunt altária?
Quam tremiſcunt intuendo
Purióres Spíritus,
Suſtinébunt inquináti
Núminis præſéntiam?

Morte victâ, qui triumphas,
Cógimus rursùs mori;
Morte placaſti parentem,
Illa mors nil próderit?
Vana ſunt an ſic amóris
Sempiterna pígnora?

Tolle vela, rumpe nubem,
Ore nudo pródeas:
Temperáto tu benignus
Vis latére Númine.
Nî premas, nos fulguranti
Enecáres lúmine.

Nube densâ delitentem,
Da fide te cérnere,
Sole puro puriórem
Ore puro pángere:
Da ſimul nos immolári
Immolátæ víctimæ.

Laus ſupréma ſit Parenti,
Qui creávit ómnia,
Filióque, qui redémit
Morte nos volens ſuâ,
Par & illi cujus almo
Recreámur hálitu. Amen.

℣. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine,
℟. Quam abſcondiſti timéntibus te!

*A* Magníficat



*Ant. 6. qui ſe double.* Om- nes ſi- ti-en-



tes, ve-ni- te ad a- quas; propera- te &



come- dite : & veni- te ad me, &



vi- vet a- nima veſtra, al- le- lu- ia.

*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, Pſſ. & Capit. de la Férie. Le reſte comme aux II. Vêpres, ci-après.*

## *A NONE, Pſeaumes du Dimanche.*

### *Doxologie.*

Qui carne nos paſcis tuâ, Cum Patre cumque Spíritu,
Sit laus tibi, Paſtor bone, In ſempiterna ſécula. Amen.



*Ant.* 5. a. Qui manducat & bibit indig-



nè, judici- um ſibi mandu- cat & bi-



bit, non di-ju- dicans cor- pus Domini.

CAPITULE. *1. Cor. 10.*

NOlo vos ſócios fieri dæmoniórum. Non poteſtis cálicem Dómini bíbere, & cálicem dæmoniórum : *non* poteſtis menſæ Dómini partícipes eſſe, & menſæ dæmoniórum.

℟. *br.* Lavábo inter innocentes manus meas, * Allelúia, allelúia. Lavábo. ℣. Et circúmdabo altáre tuum, Dómine, * Allelúia. Glória Patri. Lavábo.

℣. *Cum homínibus operántibus iniquitátem* : ℟. Non communicábo cum electis eórum.

## *AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Dixit. *page 3.*



*Ant.* 1. D. E- Go ſum panis



vi- tæ : qui ve-nit ad me non e- ſu- ri-et;

& qui credit in me, non ſi- ti-et unquàm.

*Pſ.* Confitébor. *page* 4.

*Ant.* 3. E. E- go ſum pa- nis vi- tæ; patres veſtri manducaverunt manna in deſerto, & mor- tu-i ſunt. *Pſ.* Credidi. *page* 30.

*Ant.* 4. E. Hic eſt pa-nis de cœlo deſ- cen-dens; ut ſi quis ex illo manduca- verit non mori-a-tur. *Pſ.* Beáti omnes. *page* 40.

*Ant.* 5. a. Qui mandu- cat hunc panem vi- vet in æ- ternum. *Pſ.* Lauda, Je- rúſalem, *page* 274.

*Ant.* 6. Be-a-tus qui manduca- bit pa- nem in reg- no De- i.

CAPITULE. *Apoc.* 3.

ECce ſto ad óſtium, & pulſo : ſi quis audíerit vocem meam, & aperúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, & cœnábo cum illo, & ipſe mecum.

*Du* 5. AL- le- lu- ia, al- le- lu- ia.

℣. Non eſt a- li-a




Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparſo verbi ſémine,
Sui moras incolátûs
Miro clauſit órdine.

In ſuprémæ nocte cœnæ
Recumbens cum frátribus,
Obſervátâ lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat ſuis mánibus.

Verbum caro panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque ſanguis Chriſti merum;
Et ſi ſenſus déficit,
Ad firmandum cor ſincé
Sola fides ſúfficit.

Tantum ergò Sacran tum
Venerémur cérnui;
Et antíquum document
Novo cedat rítui:
Præſtet fides ſupplemen
Senſuum deféctui.

Genitóri, Genitóque
Laus & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio:
Procedenti ab utróque
Compar ſit laudátio.
Amen.

℣. Fílii tui ſicut novellæ olivárum,
℟. In circúitu menſæ tuæ.

*A* Magnificat.



*Ant.* 5. C. *qui ſe double.* E- go diſpo-no vobis, ſicut diſpo-ſu-it mi-hi Pa-ter me- us reg- num; ut e-da- tis & biba-tis ſuper men-ſam me- am in reg-no me- o, al- le- lu- ia.

ORAISON.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirábili paſſiónis tuæ memóriam reliquiſti : tríbue, quæſumus, ita nos córporis & ſánguinis tui ſacra myſtéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter ſentiámus; Qui vivis & regnas, &c.

*A COMPLIES. Pſſ. du Dimanche.*



*Ant.* 5. a. Agnum offe-res ad veſperam, in o- do-rem ſu-a- vi- ta- tis : ſacri- fi- ci-um eſt Do-mino oblati- o- ne perpetu-â.

HYMNE, *du* 6.



O Quàm ſtupendas in- du-it Formas a- mor ! Verbum De-i Jugis ſub ara vic-tima, Se præ- bet in cibum ſu-is.

Divínus hoſpes, íntimis
Infúſus hæret córdibus:
Hinc facta mortális caro
Divinitátis párticeps.

Jeſu, voluptas córdium
Beáta pax amántium,
Qui carne nos paſcis die,
In nocte noſtra ſis quies.

A quo creámur, laus Patri;
Quo páſcimur, laus Fílio;
Quo conſecrámur, non minor
Laus utriuſque Flámini.
Amen.

[ *Cette Hymne ſe chante auſſi aux Fêtes qui ſe rencontrent pendant l'Octave.* ]

*Capitule du Dimanche, page* 10.

*A* Nunc dimittis. *Ant.* 6. c.




*Cantique de Siméon.* Luc. 2.




*Ant.*




## *AUX JOURS*
## DANS L'OCTAVE DU T. S. SACREMENT.

*A NONE, Pſſ. de la Férie. Le reſte comme au jour du Saint Sacrement.*

*A VEPRES, Pſſ., Antiennes, Capitule, Hymne, &c. comme au jour de la Fête, page* 293; *mais on omet* Allelúia. *avec ſon* ℣. *& on ne double point l'Ant. à* Magníficat.

*A COMPLIES, tout comme au jour de la Fête, p.* 296.

## SAM. DANS L'OCT. DU T. S. SACREMENT.

*A VEPRES. Pſſ. & Ant. du jour de la Fête, page* 293.

CAPITULE. 2. *Eſdr.* 9.

PAnem de cœlo dediſti eis in fame eórum, & aquam de petra eduxiſti eis ſitiéntibus : & dixiſti eis ut egrederentur & poſſidérent terram, ſuper quam levaſti manum tuam ut tráderes eis.

*Hymne*, Pange lingua. *page* 295.

℣. Ædificávit Dóminus ſanctifícium ſuum in terra,

℟. Quam fundávit in ſécula.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. G. Redu-xe- runt Phi-liſ-



thi-im arcam Do-mini, & manſit in Cari- a-



thi-a-rim ; & requi-e-vit omnis do-mus Iſ-ra-ël



poſt Do minum.

*Oraiſon de Vêpres du Dimanche ſuivant.*

*A COMPLIES, comme au jour de la Fête, page* 296.

## II. DIMANCHE APRÈS LA PENTECOTE, dans l'Octave du Très-Saint Sacrement.

*A NONE, tout comme au jour de la Fête, p.* 293.

*A VEP. Pſſ. & Ant. comme au jour de la Fête, p.* 293.

CAPITULE. *Apoc.* 22.

BEáti qui lavant ſtolas ſuas in ſánguine Agni ; ut ſit poteſtas eórum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitátem. Foris canes, & venéfici, & impudíci, & homicídæ, & idólis ſervientes ; & omnis qui amat & facit mendácium.

*Hymne*, Pange, lingua. *page* 295.

℣. Péreant peccatóres à fácie Dei,

℟. Et juſti epulentur & exultent.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. a. Dico vo-bis quòd ne-




ORAISON.

DEus, qui Eccléſiam tuam pretióſo córpore & ſánguine tuo mirabíliter réficis : infunde in eam Spíritum vivificantem; ut cœleſtis participatióne myſtérii, de te vivens in terris, tecum vívere mereátur in cœlis : Qui vivis.... in unitáte ejuſdem Spíritûs ſancti Deus.

*A COMPLIES, comme au jour de la Fête, page 296.*

---

# OCTAVE DU T. S. SACREMENT, ET FETE DU SACERDOCE DE N. S. JESUS-CHRIST.

Double-majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Lévit.* 21.

SAncti erunt Deo ſuo , & non pólluent nomen ejus: incenſum enim Dómini, & panes Dei ſui ófferunt ; & ídeò Sancti erunt.






HYMNE, *du 6.*




Vitam cruentus qui ſemèl óbtulit;
Se non cruentum júgiter ímmolat;
Mactátus aris, & renaſcens
Perpétuò, moriendo vivit.

Ad grande munus nos Deus érigit;
Quos ungit intùs ſacríficos ſibi:
Pondus cadúci ſuſtinémus
Angélicis húmeris tremendum.

O quàm ſtupendæ, quas ágimus vices!
Quem prona cœli cúria ſúſpicit,
Sacras ad aras imperantes
Nos dócilis Deus ipſe ſentit.

Chriſtum Sacerdos, cœlitùs évocas
Per te creátur, qui creat ómnia:
Immótus orbem qui gubernat,
Se tibi dat fácilem movéri.

Non impotenti, críminis árbiter,
Verbo reſolvis férrea víncula:
Quas fers magiſtrâ voce, Numen
Ecce ſibi putat eſſe leges.

Laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio;
Sit ſancte compar laus tibi, Spíritus,

Quo Chriſtus aris per miniſtros
Hóſtia ſtat ſimul & Sacerdos. Amen.

℣. Si voluiſſes ſacrifícium, Dómine, dediſſem útiquè:
℟. Holocauſtis non delectáberis.

*A* Magníficat.



*Ant.* J. Place-bit Do- mino



ſacri- fi- ci-um Juda & Jeru-ſalem, ſicut di- es



ſe- culi, & ſi- cut an- ni an- ti- qui.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, tout comme au jour de la Fête, page 296, excepté la Doxologie, qui ſe dit comme ci-après à None.*

## *A NONE, Pſeaumes de la Férie.*

*Doxologie.*

Jeſu, Sacerdótum decus, Jugis tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu, In ſempiterna ſécula. Amen.



*Ant.* 8. c. Salva- re in perpe-tu-um po-teſt



acceden-tes per ſe-me-tipſum ad De- um, ſem-



per vi-vens ad interpellandum pro nobis.

CAPITULE. *Hébr.* 8.

TAlem habémus Pontíficem qui conſédit in déxtera ſedis magnitúdinis in cœlis, Sanctórum miniſter, & tabernáculi veri, quod fixit Dóminus, & non homo.

℟. *br.* Salvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum: * Allelúia, allelúia. Salvum fecit. ℣. Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo: * Allelúia, allelúia. Glória. Salvum fecit.

℣. Tríbuat tibi ſecundùm cor tuum,
℟. Et omne consílium tuum confírmet.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. D. HÆc di- ces fi- li-is


Iſ- ra-ël : me- a eſt om-nis ter- ra ; &
vos e- ri-tis mi- hi in reg- num Sa-cerdo-ta-le,
& gens ſancta. *Ant.* 2. Vos ge- nus
e- lec- tum, rega- le Sacerdo- ti-um, gens
ſanc-ta, ut vir-tutes annunti- e- tis e- jus
qui vos voca-vit. *Ant.* 3. a. Acceden-
tes ad la- pidem vi- vum, & ip- ſi tanquàm
la-pides vi- vi ſu-perædi- fica- mini, do- mus
ſpi-ritu-a- lis, Sacerdo- ti-um ſanctum, offer-re
ſpi-ri- tua- les hoſ- ti-as. *Ant.* 4. E. Di-
le- xit nos Je- ſus Chriſtus, & la- vit
nos à pec- ca- tis noſtris in ſan-guine ſu-o,
& fe- cit nos reg- num & ſacerdo- tes De-o




CAPITULE. *Hébr.* 3.

FRatres ſancti, vocatiónis cœleſtis partícipes, conſideráte Apóſtolum & Pontíficem confeſſiónis noſtræ Jeſum, qui fidélis eſt ei qui fecit illum.

HYMNE, *du* 3.




Quam vetus ſignábat umbra,
Clara lucet véritas:
Póntifex novus ſecundùm
Ordinem Melchíſedech
Dat ſuum ſub pane corpus,
Subque vino ſánguinem.

Quo creáta cuncta verbo
Mira fit mutátio:
Panis in carnem, merúmque
In cruórem vértitur:
Déficit ſenſus, ſed alta
Róborat mentem fides.

Qui ſemèl Patri cruentam
Obtulit ſe víctimam;
Síngulis idem diébus,
Per Miniſtrórum manus,
Ritè noſtris incruentus
Se ſub aris ímmolat.

Ipſa quin aſtans ſacrátis
Sancta plebs altáribus

Máximo Chriſtum Parenti
Seque cum Chriſto litat :
Carne poſthac quam litávit
Et cruóre páſcitur.

Summa laus Deo Parenti
Qui creávit ómnia ;
Fílio, qui nos redémit
Póntifex & víctima ;
Flámini, cujus ſuperno
Confovémur hálitu. Amen.

℣. Unxit te, Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ,
℟. Præ conſórtibus tuis.

A Magníficat.



*Ant.* 3. E. Parti- cipes Chriſti ef-



fec- ti ſu-mus, ſi ta-men i- ni- ti-um ſubſtan-ti-



æ e- jus uſquè ad finem firmum re- ti- ne-



a- mus.

ORAISON.

DEus, qui Unigénitum tuum nobis dediſti ſummum Sacerdótem, eíque ad ſacrificandum tibi hóſtiam mundam Sacerdótes miniſtros ſociaſti ; quæſumus, ut omnes qui vocatióne tàm ſanctâ dignáti ſunt, altári tuo devótè miniſtrent, & ſeipſos hóſtiam vivam & ſanctam offerre mereantur : Per eumdem.

*A COMPLIES, comme ci-deſſus, page 296.*

*Après l'Octave du T. S. Sacrement juſqu'à l'Avent, aux Féries & aux Dimanches pendant l'année, quand on fait l'Office de la Férie ou du Dimanche, on dit None, Vêpres & Complies comme il eſt marqué au Pſeautier, excepté ce qu'il y a de propre à chacun des Samedis & Dimanches ſuivans.*

---

# LE SAMEDI

## Avant le III. Dimanche après la Pentecôte.

A Magníficat.



*Ant.* 4. E. Factum eſt verbum Do-



mini ad Sa-mu-el, dicens : Pœ- nitet me quòd



conſtitu- e-rim Sa-ül re-gem, quia dere-li- quit



me, & verba me-a opere non implevit.

*L'Oraiſon des Vêpres du Dimanche ci-après; & de même aux Samedis ſuivans.*

## III. DIMANCHE APRÉS LA PENTECOTE.

A Magníficat.



*Ant.* 3. a. Di-co vo- bis qui- a



gaudi-um e- rit co-ram Ange-lis De- i ſuper



uno peccato- re pœni-tenti- am a- gente.

ORAISON.

PRoteƈtor in te ſperántium, Deus, ſine quo nihil eſt válidum, nihil ſanƈtum : multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam ; ut, te reƈtóre, te duce, ſic tranſeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna: Per Dóminum.

## LE SAMEDI

### Avant le IV. Dimanche après la Pentecôte.

A Magníficat.



*Ant.* 7. G. Vene- runt viri Juda



[in He- bron], & unxerunt i-bi Da-vid, ut reg-



na-ret ſu-per do-mum Ju- da. Vene-runt quo-



que & Se-ni-ores Iſ-raël, unxerunque Da-vid




# IV. DIMANCHE APRÈS LA PENTECOTE.




ORAISON.

DA nobis, quæſumus, Dómine, ut & mundi curſus pacíficè nobis tuo órdine dirigátur, & Eccléſia tua tranquillâ devotióne lætétur : Per Dóminum.

## LE SAMEDI

### Avant le V. Dimanche après la Pentecôte.



## V. DIMANCHE APRÉS LA PENTECOTE.




### ORAISON.

DEus, qui diligéntibus te bona inviſibília præparaſti: infunde córdibus noſtris tui amóris affectum ; ut te in ómnibus & ſuper ómnia diligentes, promiſſiónes tuas, quæ omne deſidérium ſúperant, conſequámur: Per Dóminum.

## LE SAMEDI

### Avant le VI. Dimanche après la Pentecôte.




## VI. DIMANCHE APRÉS LA PENTECOTE.






ORAISON.

DEus, cujus providéntia in ſuî diſpoſitióne non fállitur ; te ſúpplices exorámus, ut nóxia cuncta ſubmóveas, & ómnia nobis profutúra concédas : Per.

---

## LE SAMEDI
### Avant le VII. Dimanche après la Pentecôte.




---

## VII. DIMANCHE APRÈS LA PENTECOTE.




ORAISON.

DEus virtútum, cujus eſt totum quod eſt óptimum : ínſere pectóribus noſtris amórem tui nóminis, & præſta in nobis religiónis augmentum ; ut quæ ſunt bona, nútrias, ac pietátis ſtúdio quæ ſunt nutríta cuſtódias ; Per.

## LE SAMEDI

### Avant le VIII. Dimanche après la Pentecôte.

*A* Magníficat.




## VIII. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.

*A* Magníficat.




### ORAISON.

LArgíre nobis, quæſumus, Dómine, ſemper ſpíritum cogitandi quæ recta ſunt, propítius & agendi; ut qui ſine te eſſe non póſſumus, ſecundùm te vívere valeámus; Per Dóminum.

## LE SAMEDI

### Avant le IX. Dimanche après la Pentecôte.




## IX. DIMANCHE APRÈS LA PENTECOTE.




ORAISON.

PAteant aures miſericórdiæ tuæ, Dómine, précibus ſupplicántium : & ut peténtibus deſideráta concédas, fac eos quæ tibi ſunt plácita poſtuláre ; Per Dóminum.

## LE SAMEDI

### Avant le X. Dimanche après la Pentecôte.






## X. DIMANCHE APRÉS LA PENTECOTE.




### ORAISON.

DEus, qui omnipoténtiam tuam, parcendo máximè & miſerando, manifeſtas: multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam, ut ad tua promiſſa currentes, cœleſtium bonórum fácias eſſe conſortes; Per Dóminum.

## LE SAMEDI

### Avant le XI. Dimanche après la Pentecôte.




## XI. DIMANCHE APRÉS LA PENTECOTE.




fecit,



fe- cit, & ſur-dos fe-cit audi- re, &



mutos lo- qui.

O R A I S O N.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui abundántiâ pietátis tuæ & mérita ſúpplicum excédis & vota: effunde ſuper nos miſericórdiam tuam, ut dimittas quæ conſciéntia métuit, & adjícias quod orátio non præſumit; Per.

---

## LE SAMEDI
### Avant le XII. Dimanche après la Pentecôte.

A Magníficat.



*Ant.* 3. a. Doctrinam ſapi-enti-æ



& diſci- plinæ ſcripſit Jeſus fili-us Sirach: Be-



a- tus qui in iſtis verſa-tur bo- nis. Si



enim hæc fecerit, ad omni-a va-le-bit.

---

## XII. DIMANCHE APRÈS LA PENTECOTE.

A Magníficat.



*Ant.* 7. G. Di-liges Dominum



De-um tu-um ex to-to corde tu-o, & ex



tota anima tu- a, & ex omnibus viribus



tu-is, & ex omni mente tu- a; & pro-

O




O R A I S O N.

OMnípotens & miſéricors Deus, de cujus múnere venit ut tibi à fidélibus tuis dignè & laudabíliter ſerviátur : tríbue quæſumus, nobis, ut ad promiſſiónes tuas ſine offenſióne currámus ; Per Dóminum.

## LE SAMEDI

### Avant le XIII. Dimanche après la Pentecôte.




## XIII. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.




O R A I S O N.

OMnípotens, ſempiterne Deus, da nobis fídei, ſpei & caritátis augmentum : & ut mereámur áſſequi quod promittis, fac nos amáre quod præcipis ; Per Dóminum.

## LE SAMEDI
### Avant le XIV. Dimanche après la Pentecôte.

A Magníficat.




## XIV. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.

A Magníficat.




ORAISON.

CUſtódi, Dómine, quæſumus, Eccléſiam tuam propitiatióne perpétuâ : & quia ſine te lábitur humána mortálitas, tuis ſemper auxíliis, & abſtrahátur à nóxiis, & ad ſalutária dirigátur ; Per Dóminum.

## LE SAMEDI
### Avant le XV. Dimanche après la Pentecôte.

A Magníficat.






## XV. DIMANCHE APRÉS LA PENTECOTE.




### ORAISON.

Ecclésiam tuam, Dómine, miſerátio continuáta mundet & múniat; &, quia ſine te non poteſt ſalva consíſtere, tuo ſemper múnere gubernétur : Per.

## LE SAMEDI

### Avant le XVI. Dimanche après la Pentecôte.





omnipotens tradidit e-um in manus feminæ,



& confodit e- um.

## XVI. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.

A Magníficat.



*Ant.* 7. a. Reſpondens Je- ſus ad



Legiſperi- tos, dixit : Cujus veſtrûm a-ſinus aut



bos in puteum cadet, & non conti-nu-ò ex-



trahet il-lum di- e ſabbati ? Et non poterant



ad hæc reſponde-re illi.

ORAISON.

TUa nos, quæſumus, Dómine, grátia ſemper & prævéniat & ſequátur, ac bonis opéribus júgiter præſtet eſſe intentos; Per.

## LE SAMEDI

### Avant le XVII. Dimanche après la Pentecôte.

A Magníficat.



*Ant.* 1. *D.* In di-e-bus Nehemi- æ



ducis, & Eſdræ ſacerdo- tis, in dedicati-o- ne



muri Jeru- ſalem, requi-ſi-e- runt Levi- tas de




---

## XVII. DIMANCHE APRÉS LA PENTEC.




### ORAISON.

SAncti nóminis tui, Dómine, timórem páriter & amórem fac nos habére perpétuum; quia nunquàm tuâ gubernatióne deſtítuis, quos in ſoliditáte tuæ dilectiónis inſtítuis; Per.

## LE SAMEDI
### Avant le XVIII. Dimanche après la Pentecôte.




## XVIII. DIMANCHE APRÉS LA PENTEC.




ORAISON.

DIrigat corda noſtra, quæſumus, Dómine, tuæ miſe-ratiónis operátio; quia tibi ſine te placére non póſſumus: Per Dóminum.

## LE SAMEDI
### Avant le XIX. Dimanche après la Pentecôte.




O 4




## XIX. DIMANCHE APRÈS LA PENTECOTE.




ORAISON.

OMnípotens & miſéricors Deus, univerſa nobis adverſántia propitiátus exclúde; ut mente & córpore páriter expedíti, quæ tua ſunt líberis méntibus exequámur: Per Dóminum.

## LE SAMEDI
### Avant le XX. Dimanche après la Pentecôte.





us in cur- ru Cherubim.

## XX. DIMANCHE APRÉS LA PENTECOTE.

A Magníficat.



*Ant.* 5. C. Cre- didit re-gulus



& domus e- jus to- ta. Hoc ſecundum ſignum



fecit Je- ſus cùm veniſſet à Judæ- a in



Gali- læ-am. ORAISON.

LArgíre, quæſumus, Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus, & pacem; ut páriter ab ómnibus mundentur offenſis, & ſecúrâ tibi mente deſérviant: Per Dóminum.

## LE SAMEDI
### Avant le XXI. Dimanche après la Pentecôte.

A Magníficat.



*Ant.* 7. a. A-na-ni-as, & Aza-



-ri-as, & Mi-ſa-el credentes, libe-ra- ti



ſunt de flam- ma. Dani-el in ſu-a ſimpli-



citate libera- tus eſt de o- re le-onum.

## XXI. DIMANCHE APRÉS LA PENTECOTE.

A Magníficat.



*Ant.* 2. I-ra- tus Do- minus



tra-di-dit ſervum torto- ribus, quo-aduſque red-



deret univer-ſum de-bitum : ſic & Pater cœ-



leſ- tis fa-ci- et vo-bis, ſi non remi- ſe- ri-tis



unuſquiſque fratri ſu- o de cordibus veſtris.

ORAISON.

FAmíliæ tuæ, quæſumus, Dómine, contínuam prætende miſericórdiam; ut à cunctis adverſitátibus, te protegente, ſit líbera, & in bonis áctibus tuo nómini ſit devóta : Per Dóminum.

---

## LE SAMEDI
### Avant le XXII. Dimanche après la Pentecôte.

*A* Magníficat.



*Ant.* 5. F. Da-ni-el ſupera-bat



omnes principes & Sa-trapas, qui-a Spi- ritus



De- i ampli- or e- rat in il- lo.

---

## XXII. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.

*A* Magníficat.



*Ant.* 3. a. Non po-tu-e- runt ver-



bum e- jus re- prehendere co- ram plebe; & mi-



ra- ti in reſponſo e- jus, tacu-e- runt.

ORAISON.

DEus, qui domináris ómnium, & à quo omnis poteſtas eſt : præſta, quæſumus, ut & tibi reddámus noſtra ómnia quæ tua ſunt ; & ordinátis à te poteſtátibus promptâ ſimus voluntáte ſubjecti ; Per Dóminum.

---

## LE SAMEDI

## Avant le XXIII. Dimanche après la Pentecôte.




---

## XXIII. DIMANCHE APRÉS LA PENTEC.




ORAISON.

ABſolve, quæſumus, Dómine, tuórum delicta populórum ; ut à peccatórum néxibus, quæ pro noſtra fragilitáte contráximus, tuâ benignitáte liberémur : Per Dóminum.

## LE SAMEDI
### Avant le XXIV. Dimanche après la Pentecôte.




## XXIV. DIMANCHE APRÉS LA PENTEC.




### ORAISON.

EXcita, quæſumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes; ut divíni óperis fructum propénſius exequentes, pietátis tuæ remédia majóra percípiant; Per.

## LE SAMEDI
### Avant le XXV. Dimanche après la Pentecôte.






---

## XXV. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.

*A* Magníficat.




### ORAISON.

PRæſta , quæſumus , omnípotens Deus , ut ſemper rationabília meditantes , quæ tibi ſunt plácita , & dictis exequámur & factis ; Per.

---

## LE SAMEDI

### Avant le XXVI. Dimanche après la Pentecôte.

*A* Magníficat.





i- nimi-cos po- ten- ti-am.

## XXVI. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. g. Colli- gite primùm



zizani- a , & alligate e- a in faſciculos



ad comburendum ; triticum autem congrega-te



in horreum meum.

ORAISON.

FAmíliam tuam , quæſumus , Dómine , contínuâ pietáte cuſtódi ; ut quæ in ſolâ ſpe grátiæ cœleſtis innítitur , tuâ ſemper protectióne muniátur ; Per.

## LE SAMEDI

### Avant le XXVII. Dimanche après la Pentecôte.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. D. Sa-lomon imperavit



in di-e-bus pacis , cu-i ſubjecit De-us



omnes hoſtes , ut conderet domum in nomi-



ne ſu- o , & para- ret ſancti- tatem in



ſempi-ternum.

## XXVII. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.

A Magníficat.




### ORAISON.

DEus, qui nos in tantis perículis conſtitútos, pro humána ſcis fragilitáte non poſſe ſubsíſtere ; da nobis ſalútem mentis & córporis, ut ea quæ pro peccátis noſtris pátimur, te adjuvante, vincámus ; Per.

## LE SAMEDI

### Avant le XXVIII. Dimanche après la Pentecôte.

A Magníficat.






## XXVIII. DIMANCHE APRÈS LA PENTEC.

*A* Magníficat.




### ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, infirmitátem noſtram propítius réſpice ; atque, ad protegendum nos, déxteram tuæ majeſtátis extende : Per Dóminum.

# PROPRE DES SAINTS.

## LE XXIX. NOVEMBRE.

## FETE DE SAINT SATURNIN, MARTYR, APOTRE ET I. EVEQUE DE TOULOUSE.

SOLEMNEL-MAJEUR.

*Si c'eſt le I. Dimanche de l'Avent, la Fête avec l'Office ſont renvoyés au Lundi, & la Fête de S. André au Mardi.*

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



benedi- xit Dominus. *Ant.* 4. E. Annunti-a- bunt glo-ri-am me-am gentibus, & adducent fratres veſtros de cunctis gentibus donum Do- mino. *Ant.* 5. a. Incurvabitur ſublimi- tas hominum; & eleva- bitur Dominus ſolus in di-e il- la; & ido- la penitùs conterentur.

CAPITULE. *Iſ.* 49.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce levábo ad gentes manum meam, & ad pópulos exaltábo ſignum meum. Et áfferent fílios tuos in ulnis, & fílias tuas ſuper húmeros portábunt.

℟. *du* I. DOminus De- us nunc magnifica- bitur uſquè ad ter- minos ter- ræ: * Et e- rit in di- e il- la, dicit Do- minus, peri- re fa- ci-am ſculpti- li-a tu- a, & non ado- rabis ultrà o- pera manu-um tu-a-rum. ℣. Gentibus


miſſum eſt hoc ſaluta-re De- i, &


ip-ſi au-di-ent. * Et. Glori-a Patri, &


Fi- li-o, & Spi-ri-tu-i ſancto.

*On répete le* ℟. Dóminus. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du 6.*


LUx redit terris, tibi ſacra, Præſul, Lux


Toloſanæ celebranda genti: Tu bonus noſtros,


(tu-a nos propago, ) Excipe cantus.

Noſtra gens perte modò Chriſtiána
Se tibi debet, tibi ceſſit error,
Luce luſtraſti pópulos ſub altâ
Nocte jacentes.

Dæmónum cultus, ſimulácra divûm,
Sacra cum fanis, & adhuc madentes
Sórdido, vili pécudum cruóre
Díruis aras.

Hic labor magnus, ſed enim feróces
Et reluctantes pópulos docéri,
Et jugo Chriſti, tibi pœna major
Súbdere gentes.

Impias gentes tenet obſtinátus
Error, & denſis frúitur tenébris:
Fers diem; vulſis melióra ſpinis
Sémina mandas.

Cáritas urget: malè contumáces
Increpas audax; hóminem Deumque
Prædicas Chriſtum, nece qui piávit
Crímina mundi.

Hunc Deum ligno crucis in probróſo
Mórtuum rident, reſonáre Chriſtum
Non tamen ceſſas, cúpidus viciſsim
Fúndere vitam.

Laus tibi, cuncti moderátor orbis,
Præmiis duros recreans labóres,
Quem fides veri ſtudióſa, trinum
Credit & unum.
Amen.

℣. Dóminus dabit verbum evangelizántibus
℟. Virtúte multâ.




*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci après.*

*Si c'eſt en Avent, on en fait mémoire.*

*A COMPLIES, Pſſ. & Capit. de la Férie. Le reſte, comme après les II. Vêpres.*

*A NONE. Pſſ. du Dimanche.*

*Doxologie comme à Complies, page 336.*




Capitule. *Act.* 20.

Nihil véreor, nec fácio ánimam meam pretioſiórem quàm me, dúmmodò conſúmmem curſum meum, & miniſtérium verbi quod accépi à Dómino Jeſu, teſtificári Evangélium grátiæ Dei.

℟. *br.* In Deo faciémus virtútem, * Allelúia, allelúia. In Deo. ℣. Et ipſe ad níhilum dedúcet tribulantes nos, * Allelúia. Glória Patri. In Deo.

℣. In nómine tuo, Dómine, ℟. Spernémus inſurgentes in nobis.

## AUX II. VEPRES.



CAPITULE. *Hébr.* 13.

MEmentóte præpoſitórum veſtrórum, qui vobis locúti ſunt verbum Dei, quorum intuentes éxitum converſatiónis, imitámini fidem.

*Du* 5. C.




HYMNE, *du* 1.




Ignótus pópulis non eris ámpliùs:
Quo tellus húmili te ténuit loco,
Surgunt templa tuo dédita nómini,
Altis æmula núbibus.

Ultor nempè Deus córpora Mártyrum
Condi pulvéreo non pátitur ſitu;
Triſtes exúvias, oppróbrium necis,
Summis penſat honóribus.

O dulcis píetas, dígnaque láudibus,
Altári médio quæ póſuit tui
Urnam, ſancte Pater, córporis hóſpitam,
Urbi præſídium & decus!

Quorum te méritis conſóciat fides,
Illis te cómitem martyrium dedit;
Illórum túmulo nunc quoque cónderis,
Numquàm diſpar Apóſtolis.

Hic ſtas perpétuus Martyr, & ímmolas
Tritum corpus adhuc; non ſatìs eſt tibi
Unâ morte mori, jugis ut hóſtia
Chriſto júngeris hóſtiæ.
Talis depóſiti nos ſumus, & tuæ
Cuſtódes fídei; nos ſuper éxcuba
Ex illa ſpécula; de cathédra doce
Plenus Númine Póntifex.
Da te, ſumme Pater, tóllere láudibus:
Da te, Chriſte, ſequi, láurea Mártyrum
Per te, Numen Amor, frígida péctora
Sacris ígnibus árdeant.
Amen.

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini,
℞. Mors ſanctórum ejus.

A Magníficat. *Ant. J. qui ſe double.*




ORAISON.

DEus, qui beáti Saturníni Mártyris tui atque Pontíficis prædicatióne de incredulitátis ténebris, nos vocaſti in admirábile Evangélii lumen; fac ut ejus interceſſióne, creſcámus in grátia & cognitióne Dómini noſtri Jeſu Chriſti Fílii tui; Qui tecum.

*Pour la mémoire de Saint André, Apôtre.*

*Ant. du* 8.




℣. Dóminus virtútum nobiſcum;
℞. Suſceptor noſter Deus Jacob.

*Oraiſon*, Majeſtátem. *ci-après à Vêpres.*
*Si c'eſt dans l'Avent, on en fait mémoire.*

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche.*



*Ant.* 5. a. Occupabit ſalus muros tu- os, &



portas tu-as lauda- ti-o ; & erit tibi Do-



minus in lu- cem ſempiternam.

*Avant l'Avent, Hymne* Grates. *au Pſeautier, ſous le chant & la Doxologie ſuivante.*



Uni ſit & trino Deo Suprema laus, ſummum de-



cus, De nocte qui nos ad ſu-æ Lumen voca-



vit gloriæ. A- men.

*Dans l'Avent, Hymne* In noctis. *avec ſon chant & ſa Doxologie, page* 50.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 7. G. Conſolatus eſt Do-



minus po- pulum ſu-um : para- vit brachium



ſanctum ſu- um in o- culis om- nium gen-tium.

---

LE XXX. NOVEMBRE.

## FETE DE SAINT ANDRÉ, APOTRE.

Double-Majeur.

*Tout comme au Commun des Apôtres, excepté ce qui ſuit.*

### *A VEPRES.*

*On chante l'Hym. ſur le ton ſuiv. ſoit avant ſoit dans l'Avent.*

HYMNE, *du* 7.



QUem miſit in terras De-us, Ut morte

nos



nos ſervet ſu-â, Amoris hic fidos ſu-i Vos e-



ligit vi-ca- ri-os. *Le reſte au Commun, p.* vj.

*Après l'Hymne*, ℣. Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid vólui ſuper terram ?

℟. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

*A* Magníficat.



*Ant.* 4. d. Omni- a detrimentum



fe- ci, ut Chriſtum lu- crifa- ci-am, ad cog-



noſcendum il-lum, & virtu-tem reſurrecti-o-nis



e- jus, & ſoci-eta-tem paſſi-o-num il- li- us, con-



figura- tus mor-ti e- jus.

ORAISON.

MAjeſtátem tuam, Dómine, ſupplíciter exorámus, ut ſicut Eccléſiæ tuæ beátus Andræas Apóſtolus éxtitit prædicátor & rector, ita apud te ſit pro nobis perpétuus interceſſor; Per Dóminum.

*Mémoire de l'Oct. de S. Saturnin, Ant.* Hic eſt. ℣. Pretióſa. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-deſſus, page* 335.

# FETES DE DÉCEMBRE.

## AUX JOURS DANS L'OCT. DE S. SATURNIN.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit.*

*Pſeaumes de la Férie à tout l'Office.*

*A NONE, on ne dit point* Allelúia. *au* ℟. *br.*

*A VEPRES, la ſeule Ant.* Hic eſt. *p.* 333. *Après le Capitule on omet* Allelúia. *avec ſon* ℣. *L'Ant. à* Magnif. *ne ſe double point, & on fait mémoire de l'Avent.*

*A COMPLIES, comme au jour de la Fête.*

2 Décemb. *Mémoire de* S. FRANÇOIS XAVIER, *Prêtre.*
*Ant.* Notum. ℣. Oculi. *au Commun des Prêtres, p.* lj.

ORAISON.

DEus, qui ad fídei propagatiónem beátum Franciſcum Xavérium verendo ſacerdótii miniſtério decoraſti; præſta, ut, per quem pópulus tuus Evangélii verbum & Domínici córporis ſacramentum ſuſcépit, ejus patrocínio dignos utriuſque fructus percípiat; Per.

3 Décemb. *Mémoire de* STE. BARBE, *Vierge & Mart.*
*Ant.* Infirma. ℣. Deus. *au Commun, page* lx.

ORAISON.

DEus, coróna Vírginum, qui beátam Bárbaram Vírginem & Mártyrem tuam mérito paſſiónis æternâ glóriâ coronaſti; in hora mortis nos ejus protectióne víſita, & ab ignis æterni flammis propítius defende; Per.

---

LE VI. DÉCEMBRE.

## OCTAVE DE SAINT SATURNIN, ET FETE DE TOUS LES SS. EVEQ. DE TOULOUSE.

Double-Majeur.

*Lorſque S. Saturnin tombe au I. Dim. de l'Avent, on anticipe au 5 Décembre la Fête de tous les Saints Evêques.*

*AUX I. VEPRES, Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Iſ.* 62.

SUper muros tuos, Jerúſalem, conſtítui cuſtódes: *totâ* die & totâ nocte in perpétuum non tacébunt. Qui remìniſcímini Dómini, ne taceátis, & ne detis ſiléntium ei, donec ſtabíliat & donec ponat Jerúſalem laudem in terra.






HYMNE, *du* 6.




Pródeunt tecti gáleâ ſa-
lútis,
Cum crucis ſigno gladióque
verbi:
Intonant Chriſtum: ruit
ecce præceps
Hoſtis in umbras.

Pax tuos ergò manet alta
fines,
Chriſte; jam liber tibi ſer-
vit orbis;
Jam ſuis latè tua ſponſa
regnat
Tuta miniſtris.

Súſtinent curas gregis,
& quieſcit:
Léniunt flendo lácrymas
gementûm;
Quas ſibi duri rápiunt,
egénus
Páſcitur eſcis.

Si reo vindex minitátur
ira,
Inferunt blandâ prece vim
Tonanti:
Víncitur votis Deus, &
vibráta
Tela coërcet.

Quæ tuis formas pópulis
miniſtros,
Laus tibi jugis, Déïtas
ſupréma:
Fac ut in Clero ſua prima
virtus,
Chriſte reſurgat.
Amen.

℣. Sacerdótes Sion índuam ſalutári,
℟. Et ſancti ejus exultatióne exultábunt.

**A Magníficat.** 

*Ant.* 5. C. Inebri-a- bo animam



Sacerdo-tum pingue- dine ; & populus me-us



bonis me-is adimplebitur , a- it Do- minus.

*L'Oraiſon des II. Vêpres , ci-après. Mémoire de l'Avent.*

*A COMPLIES , comme aux II. Vêpres.*

*A NONE. Pſſ. de la Férie.* *Doxologie.*

Supréme, Chriſte, Póntifex, Jugis tibi ſit glória , Cum Patre, cumque Spíritu, In ſempiterna ſécula. Amen.



*Ant.* 5. C. Dixiſti e- is , Do- mine , ut



ingrederentur & poſſiderent terram , ſuper quam



levaſ- ti manum tu- am ut traderes e- is.

CAPITULE. *Ephéſ.* 1.

IN Chriſto étiam & nos ſorte vocáti ſumus, prædeſtináti ſecundùm propóſitum ejus qui operátur ómnia ſecundùm consílium voluntátis ſuæ , ut ſimus in laudem glóriæ ejus nos qui antè ſperávimus in Chriſto.

℟. *br.* In nómine tuo , Dómine , * Exultábunt totâ die. In nómine tuo. ℣. Et in juſtítia tua exaltabuntur ; * Exultábunt. Glória Patri. In nómine tuo.

℣. Quóniam glória virtútis eórum tu es , ℟. Et in beneplácito tuo exaltábitur cornu noſtrum.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*

 

*Ant.* 1. D. SIc nos exiſtimet homo ut



miniſtros Chriſti , & diſpenſatores myſte-



ri-o- rum De-i. *Ant.* 2. De- i ſumus




C A P I T U L E. *Ephéſ.* 5.

NEmo vos ſedúcat inánibus verbis : propter hæc enim venit ira Dei in fílios diffidéntiæ : nolíte ergò éffici partícipes eórum. Erátis enim aliquandò ténebræ ; nunc autem lux in Dómino.

HYMNE, *du* 1.



S Anctorum canimus nomina præſulum



Quos exempla Deus, quos dedit & Patres, Vos, ô



Tectoſages, vos memores pio Cantu plaudite, fili-i.

Saturnínus adeſt, gentis Apóſtolus,
Quo tandèm quid erit nómine dúlcius ?
Hic nos tartáreis erípuit malis,
Hic nos, hic génuit Deo.

Illum turba frequens conſéquitur patrum
Honorátus ei ſuffícitur; novum
Addis, ſancte ſenex, tu decus ínfulæ,
Magnis major honóribus.

Quas grates póterit réddere Hilário !
Urbs ô quas póterit réddere Sílvio !
His ſacros cíneres, pignus amábile,
Debet témplaque Mártyris.

Paupertátis amans, Exúperi, tuas
Laudes concélebrant ágmina páuperum.
Cultus ſacrílegi rellíquias, fide
Fervens, Germérius fugat.

Clauſtro ſubríperis, te pia plebs vocat,
Eremberte; líbens réddere ótio.
Tollit te, Lodoïx, mors cita, ſed manes
Scriptus córdibus íntimis.

Laus qui Pontífices conſtítuit Patri:
Paſtórum cápiti laus quoque Fílio,
Qui fœcunda reples péctora præſulum
Sit par laus tibi, Spíritus. Amen.

℣. Mirábilis Deus in ſanctis ſuis : ℟. Deus Iſrael ipſe dabit virtútem & fortitúdinem plebi ſuæ.

A Magníficat.



*Ant.* 6. Pax fratribus & cari-



tas cum fi-de, à De-o Patre & Domino



Jeſu Chriſto. Gra-ti-a cum omnibus qui di-



ligunt Dominum noſtrum Je-ſum Chriſtum in



incorrupti-o- ne.

ORAISON.

DEus, qui Eccléſiæ noſtræ Toloſánæ fidéles diſpenſatóres ſanctum Saturnínum & beátos ſucceſſóres ejus præfícere dignátus es; illórum méritis & interceſſióne concéde, ut qui eórum memóriam recólimus, óvium manſuetúdinem induentes, ad æternum animárum noſtrárum Epíſcopum perveníre mereámur; Per eumdem.

*Mémoire de S. Nicolas, Evêque. Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *au Commun, page* xxvj.

ORAISON.

DEus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decoraſti miráculis: tríbue, quæſumus, ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónum ſuárum ſalutárem conſequantur effectum; Per Dóminum.

*Enſuite on fait mémoire de l'Avent.*

*A COMPLIES, Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 1. f. Adve- ni-et di- es Domini ut



fur: propter quod, cariſ-ſimi, ſata-gite imma-



culati & inviolati e-i inveniri in pace.

*Hymne*, In Noctis. *avec ſa Doxologie.*

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 3. E. Ec-ce veni-o ſi-cut



fur: beatus qui vi- gilat & cuſto- dit veſtimen-



ta ſu- a.

## Le viii. Décembre.

# LA CONCEPTION DE LA Ste. VIERGE.

Solemnel - Mineur.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



CAPITULE. *Sophon.* 3.

LÆtáre & exulta in omni corde, fília Jeruſalem: ábſtulit Dóminus judícium tuum; avertit inimícos tuos: Rex Iſrael Dóminus in médio tuî.

℟. *du* 3.




*On répete le* ℟. Benedictus. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du* 1.




Victa ſerpentis fuit illa fraude;

Intimis virus récipit medullis:

Vulnus hæc ſanat, tumidíque colla
Cónterit anguis.
Quò dolus ceſſit? Dómitâ parente,
Tótius ſperat ſóbolis ruínam:
Omnibus reddet Sóboles parentis
Una ſalútem.
Sic lucro cedunt, Dómino volente,
Damna, dùm gratâ vice per Maríam.
Delet antíquam nova vita mortem,
Grátia culpam.
Díceris mater quoque noſtra, Virgo;
Te proba noſtram, pia Virgo, Matrem,
Efficax blandis précibus ſevérum
Fléctere Numen.
Laus ſit æternæ ſua Trinitáti,
Quæ laborantem miſeráta mundum,
Próximos Chriſti, præeunte matre,
Núntiat ortus.
Amen.

℣. Deus rex noſter operátus eſt ſalútem.
℟. Tu confregiſti cápita dracónis.

A Magníficat.

*Ant.* 5. C. *qui ſe double.* Bene- dixit te Do-

minus in virtu-te ſu- a, quia per te ad

ni- hilum rede- git ini- micos noſtros.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de S. Nicolas. Ant.* Sacerdótes. ℣. Salvum. *au Commun, p.* xxx. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-deſſus, p.* 344.

*Enſuite mémoire de l'Avent.*

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie. Le reſte aux II. Vêpres.*

## *A NONE.*

*Doxologie*, Qui natus es, &c. *avec les Pſſ. du Dimanche.*


*Ant.* 4. a. In te bene dicentur univer- ſæ

cognati-o- nes terræ.

CAPITULE. *Judith.* 13.

NOmen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fuerint virtútis Dómini in æternum.

℟. *br.* Ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum, * Allelúia, allelúia. Ipſe. ℣. Vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis, * Allel. Glória. Ipſe.

℣. Pópuli confitebuntur tibi in æternum : ℟. Mémores erunt nóminis tui.

## *AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Dixit. *page* 3.



*Ant.* 2. S Icut li- li-um inter



ſpinas, ſic amica me-a inter fi- li-as.

*Pſ.* Laudáte, púeri. *page* 5.



*Ant.* 4. E. Tota pulchra es,



ami- ca me- a ; & ma-cula non eſt in te.

*Pſ.* Lætátus ſum. *page* 21.



*Ant.* 1. f. Hortus conclu- ſus



ſoror me- a ſponſa ; hortus concluſus fons



*Pſ.* Niſi Dóminus ædificáverit. *p.* 26.



ſigna-tus. *Ant.* 5. C. Fons



hor-to-rum, puteus aqua-rum viven- ti-um,



*Pſ.* Lauda, Jerúſalem. *p.* 274.

quæ flu- unt impetu de Libano.



*Ant.* 7. *d.* Surge, ami- ca me-a, ſpeci-o-



ſa me-a, & veni.

CAPITULE. *Iſ. 62.*

VOcábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominábit: & eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui.

*Du 5.*




HYMNE, *du 6.*




Inter rigentes, ceu roſa, cláuditur
Spinas, & acres vincit acúleos:
Præſens amáram virulenti
Grátia vim frúticis retundit.

Quantum pudícas ínclyta vírgines
Præſtat, remóto quæ Dóminam gradu
Sequuntur, & Regis parentem
Sidéreâ comitantur aulâ!

Nec Angelórum par decus; hi Deo
Aſtant ſedenti; fert hóminem Deum
María, nomen dulce matris
Virgíneo ſócians honóri.

Regína mundi Virgo, cliéntium
Tutéla, mœſtis perfúgium reis,
Fer noſtra Nato vota: triſtem
Non pátitur génitrix repulſam.

Sit Trinitáti perpétuum decus,

Inflicta mundo quæ míſe-
rans mala,
In matre pignus naſcitúri
Non dúbium dat habére
Chriſti. Amen.

℣. Omnis glória ejus fíliæ Regis ab intùs :
℟. In fímbriis áureis, circumamicta varietátibus.

*A* Magníficat.







ORAISON.

FAmulis tuis, quæſumus, Dómine, cœleſtis grátiæ munus impertíre ; ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit ſalútis exordium, Conceptiónis ejus votíva ſolémnitas pacis tríbuat incrementum ; Per Dóminum.

*On fait ſeulement mémoire de l'Avent.*

*A COMPLIES, Pſſ. & Capit. du Dimanche.*








*Hymne*, Virgineis titulis. *ci-deſſus, page* 215.

*A* Nunc dimittis.







*Aux Fêtes ſuivantes, on fait mémoire de l'Avent & de la ſainte Vierge.*

11 Décembre. SAINT DAMASE, Pape.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DIrige oves tuas, Dómine, in viam ſalútis ætérnæ, quam beáti Pontíficis Dámaſi vita cum doctrína monſtrávit; & fac nos, eódem intercedente, ſic ejus ſúbſequi veſtígia, ut cum ipſo coronári mereámur: Per.

12 Décembre. SAINT PAUL, I. Ev. de Narbonne.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui per beátum Paulum Pontíficem infidéles pópulos de ténebris ad lucem veritátis veníre tribuiſti; da nobis, ejus interceſſióne, in fide ſtábiles, & à ſpe Evangélii quod prædicávit, immóbiles permanére: Per Dóminum.

13 Décembre. SAINTE LUCE, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

ORAISON.

INtercéſſio nos, quæſumus, Dómine, ſanctæ Luciæ Mártyris tuæ votíva confóveat; ut ejus ſacra natalítia & temporáliter frequentémus, & conſpiciámus ætérnæ: Per.

14 Décemb. SAINT HONORAT, Ev. de Toulouſe.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

OMnípotens Deus, qui beátum Honorátum Pontíficem ætérnæ glóriæ conceſſiſti fíeri partícipem; concéde nobis, ipſo intercedente, áditum regni cœleſtis, cujus ad benè vivendum informámur exemplis: Per.

18 Décembre. SAINT GATIEN, I. Ev. de Tours.

*Mémoire, au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui per beátum Gatiánum Pontíficem infidéles pópulos de ténebris ad lucem veritátis veníre tribuiſti; da nobis, ejus interceſſióne, in fide ſtábiles, & à ſpe Evangélii quod prædicávit immóbiles permanére: Per.

---

LE XXI. DÉCEMBRE.

## SAINT THOMAS, APOTRE.

Double-Majeur.

*Tout du Commun des Apôtres, excepté ce qui ſuit.*

*AUX I. VEPRES.*

*Après l'Hymne*, ℣. Adhæſit ánima mea poſt te, Dómine: ℟. Me ſuſcépit déxtera tua.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. a. Di-xit Je-ſus Thomæ:



Ego ſum vi- a, ve- ritas & vi- ta; nemo



venit ad Patrem ni-ſi per me.

*Oraiſon*, Da nobis. *ci après.. Mémoire de l'Avent.*

*AUX II. VEPRES.*

*Après l'Hymne*, ℣. Deus meus es tu, & confitébor tibi; ℟. Deus meus es tu, & exaltabo te.

*A* Magnificat.



*Ant.* 8. *G.* Quia vidiſti me, Thoma,



credidiſti: bea ti qui non viderunt, & crediderunt.

ORAISON.

DA nobis, quæſumus, Dómine, beáti Apóſtoli tui Thomæ ſolemnitátibus gloriári; ut ejus ſemper & patrocíniis ſublevémur, & fidem cóngruâ devotióne ſectémur: Per Dóminum.

*Mémoire de l'Avent.*

*Mémoire de Ste Anaſtaſie, Veuve & Mart. Ant.* Deus cœlórum. ℣. Factus eſt. *au Commun des SS. Femmes, p.* lxviij.

ORAISON.

MArtyris tuæ Anaſtáſiæ, nos, Dómine, confeſſio ſancta commúniat; & fragilitáti noſtræ contínuum ímpetret ſubsídium: Per Chriſtum.

¶ *Les autres Fêtes de Décembre, & celles de Janvier juſqu'au* 14, *ſe trouvent au Propre du Temps.*

## FETES DE JANVIER.

*Depuis le 3 Janvier juſqu'à la Préſentation, excepté aux Solemnels & leurs Oct. on fait mémoire de la Vierge, p.* 45.

14 Janvier. SAINT HILAIRE, Ev. & Docteur.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

PRoſit nobis, Dómine, beáti Pontíficis Hilárii feſtíva ſolémnitas; ut ſicut conſubſtantiális tibi Verbi fidem per univerſas Gállias ſervávit illæſam, ita nos, ejus interceſſióne, in eádem fide ſtábiles, ipſi ſoli ſemper Verbo vivámus Fílio tuo Dómino noſtro; Qui tecum.

*Mémoire de S. Maur. Abbé, Ant.* Egrédere. ℣. Potens. *Oraiſon*, Da nobis. *au Commun des Abbés, p.* xlj & xlij.

15 Janvier. SAINT MAUR, Abbé.

*Au Commun des Abbés. Oraiſon*, Da nobis.

16 Janvier. SAINT FULGENCE, Ev. & Docteur.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

DEus, pro cujus verbo beátus Fulgéntius Confeſſor tuus, Póntifex & Doctor, vexatiónes invictâ fide ſuſtínuit; da nobis ejus exemplo magìs elígere afflígi in hoc ſéculo, quàm temporális peccáti habére jucunditátem: Per Dóminum.

17 Janvier. SAINT ANTOINE, Abbé.

*Au Commun des Abbés.*

ORAISON.

DEus, cujus verbo foris ſonante, & grátiâ intùs movente, excitátus Antónius, ut perfectus eſſet, ómnia relíquit; da cunctis Evangélicæ perfectiónis ſtádium ingreſſis ſic cúrrere, ut bravíum æternæ felicitátis accípiant: Per.

---

LE XVIII. JANVIER.

## PONTIF. OU CHAIRE DE S. PIERRE, AP.

Sémidouble.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Sous la ſeule Ant.* 1. g. Suſcita- bo ſuper oves



me-as Paſtorem unum, ipſe paſcet e-as.

CAPITULE. 1. *Cor.* 1.

QUæ ſtulta ſunt mundi elégit Deus, ut confundat ſapientes; & infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia: & ignobília mundi & contemptibília elégit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrúeret; ut non gloriétur omnis caro in conſpectu ejus.

HYMNE, *du* 6.



IN- concuſſa tu-o, ſumme Deus, paras



Fundamenta operi; non tamen e- ligis Pollentes o-



pibus, non celebres vocas Claris ſtemmatibus viros.

Petro divítiæ cymba ; labor mare :
Gentes innúmeras hic ſúbigit tamen ;
Et qui navígium píſcibus ánteà ,
Orbem Chriſtíadis replet.
Tu , nullíus opis ſcílicèt índigus ,
Unus cuncta potens vis ſimul & facis :
Uti debílibus te juvat , ínfimis
Gaudes árdua víncere.
Sit laus ſumma Patri , ſúmmaque Fílio :
Ambórum ſit idem Spirítui decus ,
Per quem , Chriſte , tuam vox hóminum crucem
Terris éxtulit ómnibus.
Amen.

℣. Humília réſpicit Dóminus in cœlo & in terra ,
℟. Súſcitans à terra ínopem.

A Magníficat.




*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres , ci-après.*

*Mémoire de S. Antoine*, *Ant.* Attendite. ℣. Juſtus. *au Commun des Abbés*, *p.* xlvj. *Oraiſon* , Deus, cujus. *ci-deſſus.*

*A COMPLIES , comme aux II. Vêp. ci-après.*

*A NONE. Doxologie. Pſſ. de la Fér.*

Qui das Petro tuas vices ,
Jeſu , tibi ſit glória ,
Cum Patre, cumque Spíritu,
Nunc & per omne ſéculum.
Amen.





ſcis qui-a amo te. Dixit e- i : Paſce oves meas.

CAPITULE. *Ezéch.* 34.

IPſe erit eis in Paſtórem ; ego autem Dóminus ero eis in Deum , & ſervus meus princeps in médio eórum : ego Dóminus locútus ſum.

℟. *br.* Pavit eos * In innocéntia cordis ſui. Pavit. ℣. Et in intelléctibus mánuum ſuárum dedúxit eos , * In innocéntia. Glória Patri. Pavit.

℣. Nos pópulus tuus , & oves páſcuæ tuæ , ℟. Confitébimur tibi in ſéculum.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. g. LOquente Pe- tro in domo



Corneli-i , ce-cidit Spiritus ſanctus ſuper om-



nes qui audie- bant verbum. *Ant.* 2. Obſtu-



pu e- runt ex circumci- ſi-o-ne fi- de-les , qui-a



& in nati o- nes grati-a Spiritus ſancti effu- ſa



eſt. *Ant.* 3. *a.* Cùm aſcendiſſet Petrus Je-



roſolymam , diſceptabant adversùs il- lum : in-



ci-pi-ens autem Petrus , exponebat il- lis



ordinem. *Ant.* 4. *a.* Si eamdem gratiam dedit



illis De-us , ſicut & nobis qui credi-dimus



in Dominum Jeſum Chriſtum, e-go quis e-ram,



qui poſſem prohibe- re De-um. *Ant.* 5. a. Ta-



cue- runt & glorifica-verunt De- um dicen- tes:



Ergò & Gentibus pœnitentiam dedit De-us



ad vi- tam.

CAPITULE. *Act.* 15.

DEus in nobis elégit per os meum audíre, Gentes Verbum Evangélii, & crédere: & qui novit corda Deus, teſtimónium perhíbuit, dans illis Spíritum ſanctum, ſicut & nobis.

HYMNE, *du* 6.



PRome commiſſas tibi, Petre, claves;



Nam tibi tradit ſu-a jura Chriſtus; Quæ polum



claudunt, ſcelerum, precamur, Vincula ſolve.

Prima te ſedes Orientis oris
Extulit: cunas ibi Chriſtiánum
Obtinet nomen; ſimul indè toto
Spárgitur orbe.

Roma mox ſortis melióris hæres,
Extitit mundi fideíque centrum,
Quam tuo, Paſtor pariterque Martyr,
Sánguine claras.

Qui fidem Petro ſtábilem rogaſti,
Ne ſinas, Jeſu, titubáre noſtram:
Vita fac concors fídei ſit omen
Dulce ſalútis.

Qui revelávit Génitum, ſupréma
Laus Parenti ſit; Genitóque compar,
Quem revelávit Pater: æqua detur
Laus tibi, Flamen. Amen.

℣. Exaltent eum in eccléſia plebis,
℟. Et in cáthedra ſeniórum laudent eum.

*A* Magníficat.



*Ant.* 6. Simon narra- vit quem-



admodùm primùm De- us vi-ſitavit ſumere



ex Gentibus populum nomi-ni ſu-o; & huic



concordant verba Propheta- rum. No- tum à



ſe- culo eſt Do- mino o- pus ſuum.

ORAISON.

DEus, qui beáto Petro Apóſtolo tuo, collátis clávibus regni cœleſtis, ánimas ligandi atque ſolvendi pontifícium tradidiſti; concéde ut interceſſiónis ejus auxílio, à peccatórum noſtrórum néxibus liberémur: Qui vivis.

*Mémoire de S. Sulpice, Ev. Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *au Commun, page* xxvj. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après.*

## A COMPLIES, *Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. Be-a- tus es, Simon Barjona, qui-



a caro & ſanguis non revela- vit tibi, in-



quit Chriſtus; ſed Pater me-us qui in cœ-



lis eſt.

*Hymne du Temps avec ſa Doxologie.*

*A* Nunç dimittis.



*Ant.* 5. a. Be-atus homo quem.




## 19 Janvier. SAINT SULPICE, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

### ORAISON.

DEus, qui ſacrum miniſtérium fidéliter exequentes in gáudium Dómini ſui tríbuis benignus intráre; da nobis, interceſſióne beáti Sulpítii Pontíficis tui, ut in módico fidéles, mercédem magnam, quæ ipſe es, cónſequi mereámur : Per Dóminum.

## 20 Janvier. SAINT SÉBASTIEN, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

### ORAISON.

VIde, Dómine, infirmitátes noſtras; & intercedente beáto Sebaſtiáno Mártyre tuo, céleri nobis pietáte ſuccurre : Per Dóminum.

*Mémoire de Ste. Agnès, Vierge & Mart. Ant.* Infirma. ℣. Deus. *au Commun, p.* lx. *Oraiſon* Omnípotens. *ci-après.*

## 21 Janvier. SAINTE AGNÉS, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

### ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui infirma mundi éligis ut fórtia quæque confundas; concéde propítius, ut qui beátæ Agnétis, Vírginis & Mártyris tuæ, ſolémnia cólimus, ejus in fide conſtántiam ſubſequámur : Per Dóminum.

## 22 Janvier. SAINT VINCENT, Diacre & Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

### ORAISON.

DA nobis, quæſumus, omnípotens Deus, adverſa mundi inviſtâ mentis conſtántiâ toleráre; qui beátum Levítam Vincéntium nec minis terréri, nec pœnis paſſus es ſuperári : Per Dóminum.

## 23 Janv. SAINT FABIEN, Pape & Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

*Oraiſon*, Omnípotens...... qui beáto Fabiáno. *au Commun, p.* xj.

LE XXIV. JANVIER.

# SAINT TIMOTHÉE, EVEQUE ET MART.

Sémidouble.

*Au Commun d'un Martyr, excepté ce qui ſuit.*

## *AUX I. VEPRES.*

*Après l'Hymne*, ℣. Oculi mei ad fidéles terræ,
℟. Ut ſédeant mecum.




## ORAISON.

DEus, qui beátum Timótheum verbis fídei & bonæ doctrínæ enutrítum, fidélem Evangélii miniſtrum effeciſti; da nobis, ejus interceſſióne, dívites fíeri in opéribus bonis; ut ejus exemplo, juſtítiam ſectantes, veram vitam apprehendámus; Per Dóminum.

*Pour la mémoire de Saint Tite, Evêque.*



℣. Accépit eum Dóminus páſcere Jacob ſervum ſuum,
℟. Et Iſrael hæreditátem ſuam.

O R A I S O N.

DEus, qui per Apoſtólicos beáti Titi labóres Ecclé-ſiam tuam propagári voluiſti ; quæſumus, ut contínuo ejus præſídio muníta, ſpirituálibus ſemper proficiat incrementis : Per Chriſtum.

*Mémoire de S. Fabien-Ant.* Juſtum. ℣. Poſuiſti. *au Commun, page* xv. *Oraiſon*, Omnípotens. *p.* xj.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

L E XXV. J A N V I E R.

## CONVERSION DE S. PAUL, APOTRE.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*




in

in lege eſt converſa-tus ſi-ne querela.

*Ant.* 7. *d.* Supra modum perſequebar Eccle- ſi- am De-i, & expugnabam il-lam, abundanti-ùs æmula-tor exiſ- tens paternarum me-a- rum tra- di- ti- onum.

C A P I T U L E. *Géneſ.* 49.

BEnjamin, lupus rapax, manè cómedet prædam, & véſperè dívidet ſpólia.

℟. *du* 3. UT quid, Domine, Vineam tu- am extermina- vit a- per de ſyl- va, & ſingu- la- ris fe- rus depaſtus eſt e- am? * Deus virtu- tum, conver- tere; reſ- pice de cœ- lo, & vi- de, & † Vi- ſita vine- am iſ- tam. ℣. Audi- vi quanta mala fecit ſanctis mi-is in Jeru- ſalem; & hic




*Avant la Septuagéſime*, HYMNE.




*Après la Septuagéſime.*




Et jam caténas ſtríngere
Ferox parábat, jam cruces;
Sed ô! repentè ſtérnitur,
Verbóque perculſus ruit.
Quid, Saule, Saule, quid ſtruis?
Agnoſce víctricem manum:
Cœlo reluctári nefas;
Abſiſte Jeſum pérſequi.
Jam tendit imbelles manus;
Jam colla ſubmittit jugo:
Stupens jacet, clamat tremens:
Quid, Chriſte, quid victor jubes?
Ex hoſte miles, ex lupo
Agnus, gregi ſe dévovet;
Et raptor ipſe nóbili
Raptus triumpho dúcitur.
O celſa cedrórum, Deus,

Qui voce vertis cúlmina !
O qui potenti ſúbjicis
Mentes ſuperbas grátiæ !
Tu, Paſtor, infenſas tuo
Vires ovíli cóntere ;
Et noſtra, ſi quid dévium,
Ad te reflecte péctora.

Uni ſit & trino Deo
Suprema laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Uſquequò, Deus, improperábit inimícus ?
℟. Irrítat adverſárius nomen tuum in finem.




*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*Pour la mémoire de Saint Timothée.*



℣. Juſtus, cùm cecíderit non collidétur;
℟. Quia Dóminus ſuppónit manum ſuam.
*Oraiſon*, Deus, qui beátum. *ci-deſſus*, *page* 359.

*Enſuite on fait mémoire de Saint Tite.*

*Ant.* S. c.



In omnibus te-ip-ſum præbe e- xemplum



bonorum o- perum in doctrina, in integri-ta-



te, in gravi-ta- te; ver-bum ſa- num ir-



reprehenſi-bile.

℣. Cuſtódi innocéntiam, & vide æquitátem;
℟. Quóniam ſunt relíquiæ hómini pacífico.
*Oraiſon*, Deus, qui per. *ci-deſſus*, *page* 360.

*A COMPLIES*, *comme aux II. Vêpres*, *ci-après.*

## *A NONE*, *Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 3. a. Erat cum il- lis intrans & exi-



ens in Jeru- ſalem, & fidu-ci-a-liter a-gens



in nomine Domini; loqueba-tur quoque Gentibus,



& diſputabat cum Græcis.

CAPITULE. *Act.* 22.

FActum eſt revertenti mihi in Jerúſalem, & oranti in templo, fieri me in ſtupóre mentis, & vidére Jeſum dicentem mihi: Feſtína, & exi velóciter ex Jerúſalem; quóniam non recípient teſtimónium tuum de me: vade, quóniam ego in natiónes longè mittam te.

℟. *br.* Vivit Dóminus, * Et benedictus Deus meus. Vivit. ℣. Et exaltétur Deus ſalútis meæ, * Et benedictus. Glória Patri. Vivit.

℣. Erípies me de contradictiónibus pópuli; ℟. Conſtítues me in caput géntium.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Galat.* 2.

VIvo, jam non ego ; vivit verò in me Chriſtus : quòd autem nunc vivo in carne, in fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me, & trádidit ſemetipſum pro me.

[*Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel, avant la Septuagéſime*

*Du* 3.




*Hymne*, Paſtóre percuſſo. *comme aux I. Vêpres.*

℣. Pſallam tibi in natiónibus Dómine ;

℟. Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia tua.

*A* Magníficat.



### ORAISON.

DEus omnípotens & clemens, qui virtútem & miſericórdiam tuam magnam in peccatórum converſióne manifeſtas : quæſumus, ut illa nos ad te grátia convertat, quæ beátum Apóſtolum Paulum de perſecutóre vas electiónis effécit : Per Dóminum.

*Mém. de Ste. Paule, Veuve, Ant.* Exultávit. ℣. Averte. *Oraiſon*, Deus, in quem ſperat. *au Commun, p.* lxix.

*A COMPLIES, Pſſ. & Capit. de la Férie.*



*Ant.* 6. Miſere bor cu- i volu- ero, &



clemens e- ro in quem mi- hi placu- erit,



a- it Dominus.

*Hymne du Temps avec ſa Doxologie.*

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 5. F. Ecce ſi-cut



lutum in manu fi- gu-li, ſic vos in manu



me-a, domus Iſ-ra-el, inquit Dominus.

26 Janvier. SAINTE PAULE, Veuve.

*Au Commun des Saintes Femmes.*

*Oraiſon*, Deus, in quem. *p.* lxix. *Vêpres de la Fête ſuivante.*

---

## 27 Janv. LES SS. MARTYRS DES LIVRES SAINTS.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs, excepté ce qui ſuit.*

### *AUX I. VÊPRES.*

*Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Ant.* Venit hora. *p.* xv.

℣. Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas ; ℟. Teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. G. Quæcumque ſcripta ſunt,



ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt ; ut per pati-







*Oraiſon*, Præſta. *ci-après.*

## *AUX II. VESRES.*

*Depuis le Capitule on fait de la Fête ſuivante, avec mémoire de la précédente comme il ſuit.*

*Ant. du* 1.










℣. Bonum mihi lex oris tui, Dómine.
℟. Super míllia auri & argenti.

### ORAISON.

PRæſta, quæſumus, Deus miſéricors; ut recolendo ſanctos Mártyres, qui pótiùs elegérunt mortem ſubíre, quàm Scriptúras ſacras comburendas trádere, eórum æmulando fidem & conſtántiam, in ómnibus adverſis habeámus ſolátio ſanctos Libros qui ſunt in mánibus noſtris: Per.

## 28 Janvier. SAINT CYRILLE, Ev. & Docteur.

*Au Commun des Docteurs.*

### ORAISON.

DEus, qui ad debellandos incarnáti Verbi tui Virginiſque Deiparæ hoſtes, beátum Cyrillum Epíſcopum & Doctórem exímium mirâ virtúte præcinxiſti; da ut ejus fídei veſtígiis inhærentes, íntegra tanti myſtérii confeſſióne ſalvémur: Per eumdem Dóminum noſtrum.

## 29 Janvier. SAINT FRANÇOIS DE SALES, Ev.

*Au Commun des Pontifes.*

### ORAISON.

DEus, qui ad animárum ſalútem beátum Franciſcum Saléſium Pontíficem ómnibus ómnia fíeri voluiſti; concéde propítius, ut caritátis tuæ dulcédine perfúſi, ejus dirigéntibus mónitis, ac ſuffragántibus méritis, ætérna gáudia conſequámur: Per Dóminum.

30 Janv. STE. BATHILDE, Reine de France, Veuve.

*Au Commun des Saintes Femmes.*

*Oraiſon*, Deus, in quem ſperat. *page* lxix.

31 Janvier. SAINT PIERRE NOLASQUE.

*Au Commun des Juſtes.*

ORAISON.

DEus, qui beáto Petro zelum fidéles redimendi captívos infudiſti; da ſervis tuis illam córporis & ánimæ libertátem, quâ Chriſtus Fílius tuus nos liberávit: Qui.

## FETES DE FÉVRIER.

1 Février. SAINT IGNACE, Evêque & Martyr. *Au Commun d'un Martyr. Oraiſon*, Omnípotens, &c.

LE II. FÉVRIER.

## LA PRÉSENTATION DE N. SEIGNEUR, ET PURIFICATION DE LA B. VIERGE MARIE.

SOLEMNEL-MAJEUR.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



dabo pa- cem. *Ant.* 6. Qui adhærent

Do mino , ut colant e-um , adducam e- os ,

& læti-fi- cabo e- os in do- mo orati-o-

nis me-æ. *Ant.* 7. a. Aperite portas , &

ingrediatur gens juſ- ta , cuſtodi-ens ve-ritatem.

CAPITULE. *Malach.* 3.

ECce ego mitto Angelum meum , & præparábit viam ante fáciem meam. Et ſtatim véniet ad templum ſuum Dominátor quem vos quæritis , & Angelus teſtamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercítuum.

℟. *du* 1. EX Si- on ſpeci-es deco-

ris e- jus ; De- us manifeſ- tè

ve- ni-et : * Congrega- te il- li ſanc-

tos e- jus , qui or- dinant teſtamentum

e- jus ſuper ſacri-fi- ci-a.

℣. Umbram habens lex futurorum bo- no-

rum , hoſ- ti-is quas offerunt , nunquàm poteſt

accedentes per- fectos fa- cere. * Con-

grega- te il- li. Glori-a Patri, &

Fi-li-o, & Spiri- tu-i Sanc- to.

*On répete le* ℟. Ex Sion. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du 5.*

TEmpli ſacratas pande, Si-on, fores;

Chriſtus ſacerdos intrat & hoſti-a: Cedant inanes

veritati, Quæ ſe animis ape-rit, figuræ.

Non immolandi jam pécudum greges;
Fumábit ater non cruor ámpliùs:
En ipſe placando Parenti
Ipſe ſuis Deus aſtat aris.

Virgo latentis cónſcia Núminis,
Démiſſa vultus, quem péperit Deum,
Hunc geſtat ulnis; pauperumque
Múnera fert, téneras vólucres.

Hic omnis ætas, omnis & áſtitit
Sexus, propinquo Númine plénior:
Omnes anhelantis tot annos
Nunc fidei prétium reportant.

Teſtes tot inter magnánimo, Deus,
Tibi litábat firma ſiléntio,
Verbi ſilentis muta mater:
Cuncta ánimo pénitùs premébat.

Sit ſumma Patri, ſúmmaque Fílio,
Sanctóque compar glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Confeſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus;
℟. Sanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus.

*A* Magníficat. *Ant. J. qui ſe double.* Ec- ce Domina-

tor quem quæritis, & purga-bit fi-li-os Le-vi



quaſi au- rum : & e- runt Do- mino offe-



rentes ſacri-fi-ci-a in juſti- tia ; & placebit



Domino ſacri- fici-um.

*On ne fait aucune mémoire.*

*Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. In ipſo vita e-rat, & vita e-rat



lux hominum, & lux in tenebris lu- cet.

*Hymne*, Virgo Dei génitrix, *page* 134.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 5. a. Saluta- re tu-um pa-



raſti, Domine, lu-men ad revela- ti-o-nem



gen-ti-um, & glo- riam plebis tu-æ Iſrael.

*A NONE. Doxolog.* Qui natus. *Pſſ. du Dim.*



*Ant.* 6. Loquebatur de Je-ſu om-nibus



qui expec- tabant redempti- o- nem Iſra-el.

CAPITULE. *Iſ.* 12.

CAntáte Dómino, quóniam magníficè fecit. Annuntiáte hoc in univerſa terra. Exulta & lauda, habitátio Sion ; quia magnus in médio tuî Sanctus Iſrael.

℟. *br.* Vidérunt * Ingreſſus tuos, Deus, * Allelúia, allelúia. Vidérunt. ℣. Ingreſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto, * Allelúia. Glória. Vidérunt.

℣. Dicant nunc qui timent Dóminum, ℟. Quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

## *AUX II. VEPRES.*




CAPITULE. *Hébr.* 8.

CUm eſſent qui offerrent ſecundùm legem múnera, qui exemplári & umbræ deſérviunt cœléſtium; nunc

Chriſtus méliùs ſortítus eſt miniſtérium, quantò & melióris teſtamenti mediátor eſt, quod in melióribus repromiſſiónibus ſancítum eſt.

[ *Avant la Septuagéſime.*

*Du 5.*




HYMNE, *du 5.*




De more matrum, Virgo puérpera
Templo ſtatútos abſtínuit dies.
Intráre ſanctum quid pavébas,
Facta Dei priùs ipſa templum?

Ara ſub unâ ſe vovet hóſtia
Triplex; honórem virgineum ímmolat
Virgo ſacerdos, parva mollis
Membra puer, ſeniorque vitam.

Eheu! quot enſes tranſádigent tuum
Pectus! quot altis nata dolóribus,
O Virgo! Quem geſtas, cruentam
Imbúet hic ſacer Agnus aram.

Chriſtus futúro, corpus adhuc tener,
Prælúdit inſons víctima fúneri:
Creſcet; profúſo vir cruóre,
Omne ſcelus móriens piábit.

Sit ſumma Patri, ſúmmaque Fílio,

Sanctóque compar glória
Flámini :
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuò pia corda cultu.
Amen.

℣. Protector noſter, áſpice, Deus ;
℟. Et réſpice in fáciem Chriſti tui.




## ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, majeſtátem tuam ſúpplices exorámus, ut ſicut unigénitus Fílius tuus hodiernâ die cum noſtræ carnis ſubſtántia in templo eſt præſentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus præſentári : Per eumdem Dóminum.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dimanche. Le reſte comme hier.*

## 3 Février. SAINT BLAISE, Ev. & Martyr.

*Au Commun d'un Martyr. Oraiſ.* Deus, cujus grátia. *p.* xj.

## 5 Févr. SAINTE AGATHE, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

## ORAISON.

DEus, ſanctæ puritátis amátor, qui beátæ Agathæ caſtum virginitátis propóſitum infudiſti ; da nobis, quæſumus, ſic ejus agónem glorióſum venerári, ut perpétuis ejuſdem mereámur fovéri præſídiis : Per.

## 6 Févr. SAINT AMAND, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

## ORAISON.

DEus, qui per beátum Amandum Pontíficem infidéles pópulos de ténebris ad lucem veritátis veníre tribuiſti ; da nobis, ejus interceſſióne, in fide ſtábiles, & à ſpe Evangélii quod prædicávit, immóbiles permánere : Per Dóminum.

8 Févr. SAINT JEAN DE MATHA, Prêtre.

*Au Commun des Juſtes, Prêtres.*

ORAISON.

DEus, qui beáto Joanni Presbytero, ac ſóciis ejus, zelum fidéles redimendi captívos infudiſti; da ſervis tuis illam córporis & ánimæ libertátem, quâ Chriſtus Fílius tuus nos liberávit: Qui tecum vivit.

9 Févr. SAINTE APOLLONIE, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

*Oraiſon*, Deus, qui inter. *p.* lx. *avec mémoire de Ste. Scholaſtique, Vierge. Ant.* Complácuit. ℣. Audi. *p.* lxj. & lxij. *Oraiſon*, Tríbue. *ci-après.*

10 Fév. SAINTE SCHOLASTIQUE, Vierge.

*Au Commun des Vierges non Martyres.*

ORAISON.

TRíbue, quæſumus, virtútum cœléſtium Deus, ut ſancta Vírginis tuæ Scholáſticæ exempla, terréna contémnere nos éxcitent, & bona ambíre ſempiterna; Per Dóminum.

11 Février. SAINT BENOIT, Abbé.

*Au Commun des Abbés.*

ORAISON.

DEus, qui beátum Benedictum Abbátem, Spíritûs tui fervóre & diſciplínæ zelo replétum, reguláris obſervántiæ inſtauratórem ſtrénuum effeciſti; da nobis, ejus méritis & interceſſióne, ut reformáti in novitáte ſenſûs noſtri, & in ſancta converſatióne viventes, viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus: Per Dóminum.... in unitáte ejuſdem.

17 Février. SAINT SYLVIN, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

MIſericórdiam tuam nobis, quæſumus, Dómine, ſancti Syvíni Pontíficis intercéſſio beáta concíliet; ut qui inceſſáb li culpâ offéndimus, ejuſdem aſſíduis précibus, ab omni reátu liberémur: Per Dóminum.

18 Févr. SAINT SIMÉON, Evêque & Mart.

*Au Commun d'un Mart. Or.* Deus, cujus grátia. *p.* xj.

---

Le 24. [ *Aux Années Biſſextiles le* 25 Févr. ]

## SAINT MATTHIAS, APOTRE.

Double-Majeur.

[ *Si cette Fête tombe en Carême, on l'anticipe au Mardi après le Dimanche de la Quinquagéſime.* ]

*Tout au Commun des Apôtres, excepté ce qui ſuit.*

*AUX I. VEPRES.*

℣. Oculi mei ad fidéles terræ,

℟. Ut ſédeant mecum.

*A* Magníficat.




*L'Oraiſon ci-après.*

## AUX II. VEPRES.

℣. Funes cecidérunt mihi in præcláris ;
℟. Etenim hæréditas mea præclára eſt mihi.




### ORAISON.

DEus, qui beátum Matthíam Apoſtolórum tuórum collégio ſociaſti ; tríbue, quæſumus, ut ejus interventióne, tuæ circà nos pietátis ſemper víſcera ſentiámus : Per Dóminum.

---

Le 28 *ou* 29 Février.

# LES SAINTS MARTYRS D'ALEXANDRIE.

*Sémidouble.*

*Tout du Commun de pluſieurs Martyrs, excepté ce qui ſuit.*

## AUX I. VEPRES.

*Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Ant.* Venit hora. *p.* xv.

### CAPITULE. *Rom.* 12.

*SIcut in uno córpore multa membra habémus ; ómnia autem membra non eumdem actum habent : ita multi*

unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter altérius membra.

HYMNE, *du 8.*



F Eſtus dies non exhibet, Quos ſanguis



ornet Martyres, Sed Numini quos igne- æ



Vis carita-tis immolat.

Mortis ferax cùm plúrimæ
Lues per urbem ſpárgitur ;
Ægros amant inviſere,
Et cómmori, dùm ſúblevant.

Jam qui juvárunt lánguidos,
Lethále virus ópprimit :
Adſunt & his, qui própriæ
Vitæ miniſtrent pródigi.

Quos péſtifer tenet vapor,
Verſant, in ulnis cónfovent ;
Et mox humandi déferunt
Humanda collo córpora.

A caritátis múnere,
Non mors repellit ímminens :
Quot morbus ater præripit,
Ardens fides tot ſúſcitat.

Sit laus Patri, laus Fílio ;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Quo dante, mortis néſcia,
Afflat fidéles cáritas. Amen.

℣. Propter fratres meos & próximos meos,
℞. Loquébar pacem de te, Jerúſalem.

A Magníficat.



*Ant.* 8. G. In hoc cognovimus cari-



tatem De-i, quoni-am il-le animam ſuam



pro nobis po-ſuit, & nos debemus pro



fratribus a-nimas ponere.

ORAISON.

DA, quæſumus, omnípotens Deus, intercedéntibus ſanctis Martyribus tuis, qui frátribus dirâ lue afflictis cum vitæ diſpéndio miniſtráre non timuérunt, nos eódem ſpíritu ferventes, neceſſitátibus Sanctórum communicáre ; Per Dóminum.

### *AUX II. VEPRES.*

*Depuis le Capitule on fait de la Fête ſuivante, avec mémoire de la précédente, comme ſuit.*




℣. Ecce quàm bonum & quàm jucundum,
℟. Habitáre fratres in unum.

*Oraiſon*, Da, quæſumus, *ci-deſſus.*

## FETES DE MARS.

### 1 Mars. SAINT AUBIN, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

FAmulos tuos, quæſumus, Dómine, interveniente beáto Albíno Pontífice, tibi fácias toto corde ſubjectos; ut tuæ caritátis Spíritu repléti, à terrénis mundémur cupiditátibus, & cœleſti beatitúdine, te donante digni efficiámur: Per Dóminum.... in unitáte ejuſdem.

### 7 Mars. STE. PERPÉTUE & STE. FÉLICITÉ, Mart.

*Tout comme au Commun des ſaintes Femmes, excepté ce qui ſuit.*

### *AUX I. VEPRES.*

*Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Ant.* Dómine, *p.* lxvj.
℣. Deus noſter, refúgium & virtus;
℟. Adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.



ORAISON.

DEus, fortitúdo certántium, & palma Mártyrum, qui fámulas tuas Perpétuam & Felicitátem contrà tormentórum immanitátem mirâ virtúte roboraſti; quæſumus, ut ſicut eárum nos triumpho lætíficas, ita ſemper ſupplicatióne defendas : Per Dóminum.

*AUX II. VEPRES.*

℣. Confitébimur tibi, Deus;
℟. Confitébimur, & invocábimus nomen tuum.




*Oraiſon*, Deus, fortítudo. *ci-deſſus.*

9 Mars. LES SS. QUARANTE MARTYRS.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui glorióſos Mártyres fortes in ſua confeſſióne cognóvimus, pios apud te in noſtra interceſſióne ſentiámus : Per.

17 Mars. MÉMOIRE DE S. PATRICE, Evêque.

*Aux Vêp. de la veille. Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *p.* xxvj.

ORAISON.

DEus, qui beátum Patrícium, Hibérniæ Apóſtolum, ſignis multímodis decorátum ad cœleſtem glóriam tranſtuliſti; præſta, quæſumus, ut ejus précibus & méritis adjúti, æternæ beatitúdinis præmia conſequámur : Per.

18 Mars. MÉM. DE S. ALEXANDRE, Ev. & Mart.

*Aux Vêp. de la veille. Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *p.* x.

ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui beáto Mártyri & Pontífici Alexandro, non ſolùm crédere unigénito Fílio tuo, ſed étiam pro ipſo pati poſſe, tribuiſti; concéde propítius, ut miſericórdiam ſempiternam pro qua ipſe felíciter dimicávit, nos quoque fámuli tui percípere mereámur : Per Dóminum noſtrum.

*Si la Fête ſuivante tombe dans la Quinz. de Pâques, on la renvoie au lendemain de Quaſimodo, & on ajoute* Allel.

## Le xxv. Mars.

# L'ANNONCIATION DE N. SEIGNEUR.

### Solemnel-Majeur.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



Jacob, miſericordi-am Abraham, quæ juraſ-ti

patribus noſtris à di-e-bus antiquis. [*Au T. P.* an-

tiquis, alle-luia.] *Ant.* 1. g. Obſecro, Domi-

ne, mit-te quem miſſurus es. [*T. P.* alle-luia.]

C A P I T U L E. *Dan.* 9.

SEptuaginta hebdómades abbreviátæ ſunt ſuper pópulum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummétur prævaricátio, & finem accípiat peccátum, & deleátur iníquitas, & adducátur juſtítia ſempiterna, & impleátur víſio, & prophetía, & ungátur Sanctus ſanctórum.

℟. *du* 3.

AUdi- te, domus Da- vid: Ecce

virgo conci- pi-et & pari-et Fi-

li-um; & * Voca- bitur nomen e-

jus, Em- ma- nuel. [*Au T. P.* Al-lelu-

ia, al- le- lu- ia.] ℣. Habita- bit

cum hominibus: & ip-ſi populus e-

jus e- runt; & ip-ſe Deus cum e- is erit

e- o- rum De- us : * Voca- bitur.

Glo- ri-a Patri , & Fi-li-o , & Spi-

ri- tu-i Sanc- to.

*On répete le* ℟. Audíte. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du 2. en A.* HÆc il- la ſolemnis dies, Dies ſalutis nun-

tia, Quâ miſſa cœlo triſtibus Venêre terris gaudia.

Unius omnes crímine
Caſu gravi lapſi ſumus :
Ut ipſe lapſos érigat ,
Deſcendit in terras Deus.

Qui Patris æterno ſinu
Æterna proles náſcitur ,
Obnóxius fit tempori ,
Sinum nec horret vírginis.

Mortále corpus índuit ,
Orbi piando víctimam ;
Ut innocenti ſánguine
Scelus nocentûm díluat.

Qui cuncta complet Númine
Noſtros ſe in artus cólligit :
Ut nos redúcat ad Deum ,
Eſt ipſe nobiſcum Deus.

¶ Mundo redemptor qui venis ,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre , nec tibi minor
Laus , utriuſque Spíritus.
Amen.

℣. Excíta , Dómine , poténtiam tuam ;
℟. Et veni , ut ſalvos fácias nos.

*A* Magníficat.

*Ant. 6. qui ſe double.* Lau- da & læ- ta-

re , fili-a Si-on ; quia ecce e- go ve-

ni-o , & habi- ta- bo in medi-o tu- i ,

a- it Do- minus. [ *Au T. P.* Alle- lu- ia. ]

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*
*Si c'eſt dans le Carême, on fait mémoire de la Férie.*

## *A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 4. D. Ego ad Dominum aſ- pi- ci-am:



expectabo De-um Salvato-rem meum. [ *Au T. P.*



meum, alle- lu-ia. ]

*Hymne*, Virgo Dei génitrix. *page* 134.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 5. a. Vide- bit omnis ca-



ro Sa-luta- re Dei. [ *Au T. P.* Alleluia. ]

## *A NONE.*

*Doxologie*, ¶ Mundo redemptor. *page précéd.* *Pſſ. du Dim.*



*Ant.* 8. G. Verbum ca-ro factum eſt, & habi-



tavit in nobis; & vi- dimus glori- am



ejus. [ *Au T. P.* ejus, alleluia.

CAPITULE. 1. *Tim.* 3.

MAnifeſtè magnum eſt pietátis ſacramentum, quod manifeſtátum eſt in carne, juſtificátum eſt in ſpíritu, appáruit Angelis, prædicátum eſt géntibus, créditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in glória.

℟. *br.* Dómini * Eſt aſſúmptio noſtra. Dómini. ℣. Et Sancti Iſrael regis noſtri, * Eſt. Glória. Dómini.

℣. Dóminus virtútum nobiſcum,

℟. Suſceptor noſter Deus Jacob.

*AUX*

## *AUX II. VEPRES.*



*Pſ.* Lauda, Je-rúſalem. *p.* 274.

*P.* Alleluia.] *Ant.* 5. C. Partici-pa- vit car-ni & ſan- guini, ut libera-ret e- os qui timore mortis per totam vi- tam obnoxi-i e- rant ſervitu- ti. [*Au T. P.* Alleluia.]

CAPITULE. 1. *Jean* 4.

DEus cáritas eſt. In hoc appáruit cáritas Dei in nobis, quóniam Fílium ſuum unigénitum miſit Deus in mundum, ut vivámus per eum.

[ *Au Temps Paſcal, on dit :*

Du 5. ALle- lu- ia, al- le- lu- ia.

℣. Sic De-us di-le-xit mun- dum, ut Fi- li-um ſu-um uni-genitum da- ret; ut omnis qui credit in e- um non pe- re-at, ſed habe-at vitam æ- ter- nam, al- le- lu- ia.]

HYMNE, *du* 1. AVe, maris ſtel-la, De-i mater alma, atque ſemper virgo, felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſinguläri,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolútos,
Mites fac & caſtos.
Vitam præſta puram,
Iter para tutum;
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.
Sit laus tibi, Chriſte,
Cujus Virgo parens:
Laus par ſit & Patri,
Sit par tibi, Flamen. Amen.

℣. Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi:
℟. Juſtítia & pax oſculátæ ſunt.




ORAISON.

DEus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere voluiſti; præſta ſupplícibus tuis, ut qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur: Per.

*En Carême, mémoire de la Férie.*

*A COMPLIES. Pſſ. & Capit. du Dim. Le reſte comme hier.*

# FETES D'AVRIL.

*Depuis le Lundi de la I. Semaine après Pâques juſqu'à l'Aſcenſion, excepté aux Annuels, Solemnels & leurs Oct. on fait mémoire de la Croix, page 249.*

## 2 Avril. SAINT FRANÇOIS DE PAULE.

*Au Commun des Juſtes non Prêtres.*

ORAISON.

DEus humílium celſitúdo, qui beátum Franciſcum Sanctórum tuórum glóriâ ſublimaſti; tribue, quæ-

ſumus , ut ejus méritis & imitatióne , promiſſa humíli-bus præmia felíciter conſequámur : Per Dóminum.

4 Avril. SAINT AMBROISE, Ev. & Docteur.

*Si cette Fête & la ſuivante tombent dans le Carême, on les renvoie après Pâques.*

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

DEus, qui beátum Ambróſium Pontíficem cathólicæ fídei defenſórem , & apoſtólicæ fortitúdinis exemplum , in Eccléſia tua poſuiſti : quæſumus , ut , ipſo pro nobis intercedente , mereámur errórum vitáre diſcrímina , & de veritáte nunquàm erubéſcere : Per.

13 Avril. SAINT JUSTIN , Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DEus , cujus múnere ſanctus Juſtínus fidem Scriptis propugnávit , & ſánguine confirmávit ; da infirmitáti noſtræ ejus interceſſióne virtútem , ut fidem quam voce profitémur , ópere exequámur : Per Dóminum.

---

LE XX. AVRIL.

## S. JOSEPH, ÉPOUX DE LA STE. VIERGE.

Double majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






### CAPITULE. *Prov.* 2.

CUſtódiet Dóminus rectórum ſalútem, & próteget gradientes ſimplíciter, ſervans ſémitas juſtítiæ, & vias ſanctórum cuſtódiens.






Tu, Joſéphe, novi lux nova fœderis,
Tu cuſtos ſóciæ Vírginis integer,
Tu ſanctæ thálamo cónjugis ábſtinens,
Tu Chriſti tamen es pater.

Alto progéniem quàm benè créditam
Servas consílio, depóſitum Dei !
Tecum pervígiles Cœlítuum Pater
Curas júraque dívidit.

Artus inválidum tu Púerum foves,
Infantíque Deo pábula ſúfficis ;
Et formáta Dei te ſine, de tuis
Creſcunt membra labóribus.

Sint qui mille tubis úndiquè pérſonent
Adventaſſe Deum qui pópulos regat :

Tu commiſſa tibi non violábili
Velas ſacra ſiléntio.
Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio:
Sit par, alme, tibi glória, Spíritus,
Qui fœcunda facis víſcera Vírginis,
Illábens útero Deus. Amen.

℣. Jacta ſuper Dóminum curam tuam:
℟. Non dabit in æternum fluctuatiónem juſto.

A Magníficat.

*Ant.* 4. a. Pa- ri-et Mari- a fi- li-

um; & voca-bis nomen e- jus Jeſum: ip-ſe

enim ſalvum faci- et populum ſu- um à pecca-

tis e- orum, al- le- lu-ia.

*L'Oraiſon des II. Vêpres ci-après.*

## A COMPLIES, *comme aux II. Vêpres*

## A NONE. *Pſ. de la Férie.*


*Ant.* 6. Conſurgens Jo-ſeph accepit pu-e-

rum & matrem e-jus nocte, & ſeceſſit in

Æ-gyptum; & e- rat i- bi uſquè ad o-bi-

*tum* Herodis, alle- lu ia.

CAPITULE. *Sap.* 10.

PRófugum juſtum ſapiéntia dedúxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſciéntiam ſanctórum: honeſtávit illum in labóribus, & complévit labóres illíus.

℟. *br.* Conſumétur nequítia peccatórum, * Allelúia, allelúia. Conſumétur. ℣. Et díriges juſtum, Dómine, * Allelúia. Glória Patri. Conſumétur.

℣. Super ſalutáre tuum ℟. Exultábit vehementer.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Sap.* 1.

IN ſimplicitáte cordis quærite Dóminum, quóniam invenítur ab his qui non tentant illum , appáret autem eis qui fidem habent in illum.

[ *Là où cette Fête eſt du rit Solemnel , on dit :*

*Du* 6.




HYMNE, *du* 6.




Joſephus en Chriſti pater ,
Davídis auguſtum genus,
Vili獲 tabernâ cónditus ,
Labóre victum quæritat.

Quin ipſe , quin homo Deus ,
Par natus æterno Patri ,
Amat , fabrílis ártifex ,
Audíre fabri fílius.

Adæ nocentis ínnocens
Ultrò gravem pœnam ſubit,
Docetque ſontes víndicem
Placáre quâ poſſint Deum.

Tu rector & cuſtos domûs ,
Joſephe , egénus ómnium ,
Adeſſe nobis ómnia ,
Si Chriſtus adſit , áddoces.

Sit ſumma Patri glória ,
Natóque , pro nobis egens
Qui factus eſt de dívite :
Par ſit tibi laus , Spíritus.
Amen.

℣. Exquiſívit te fácies mea , Dómine :
℟. Fáciem tuam , Dómine , requíram.




ORAISON.

CUſtódi nos, Dómine, protectióne perpétuâ, qui beátum Joſeph Unigénito tuo nutrítium, & vírgini matri cuſtódem providiſti; Per eumdem Dóminum.

*A COMPLIES.*




*Hymne du Temps avec ſa Doxologie.*




23 Avril. SAINT GEORGE, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DEus, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis, & interceſſióne lætíficas; concéde propítius, ut qui tua per eum beneficia póſcimus, ea dono tuæ grátiæ conſequámur: Per Dóminum.

24 Avril. SAINT PHÉBADE, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

ECcléſiam tuam, Dómine, interveniente beáto Phœbádio Pontífice, perpétuâ miſeratióne proſéquere ; ut inter ſéculi túrbines conſtitúta, & præſenti jucunditáte reſpíret, & æternæ beatitúdinis gáudia percípiat : Per.

## LE XXV. AVRIL.

# SAINT MARC, ÉVANGÉLISTE.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



ut fa-ce-re- tis, & verba ſcripſit, al-le- lu-ia.

*Ant.* 8. G. Conſummabitur myſte- rium De- i, ſicut evangeliza-vit per ſer- vos ſu-os, alleluia.

CAPITULE. *Epheſ.* 4.

CHriſtus dedit quoſdam quidèm Apóſtolos, quoſdam autem Prophétas, álios verò Evangeliſtas, álios autem Paſtóres, & Doctóres, ad conſummatiónem ſanctórum in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti.

℟. *du* 5. E C- ce ſuper montes pe- des evan- gelizantis & annunti-an-tis pa- cem; * Celebra, Ju-da, feſtivita- tes tu- as, & red- de vo- ta tu- a, al- le- lu- ia, al- le- lu- ia. ℣. Impletum eſt tempus, & appropinquavit regnum De- i: pœnitemini, & credite E-vange- li-o. * Celebra. Glori-a Patri, & Fi-li- o, & Spiri- tu-i Sanc- to. * Celebra.

HYMNE, *du* 8.

CHriſti perennes nunti-i, Recta qui cœ-

leſtibus Scriptis De-i myſteri-a Totum per or-

bem ſpar-gitis :

Olim ſub umbris cóndita
Vates ſacri quæ víderant,
Umbris procul cedéntibus,
Vidiſtis hæc pleno die.

Humána quæ tulit Deus,
Divína quæ geſſit homo,
Seris legenda póſteris,
Dictante ſcripſiſtis Deo.

Loco remótos, témpore,
Vos rexit idem Spíritus;
Et quiſque, pro ductu Dei,
Scribendo Chriſtum réddidit.

Nos ut docéret, índuit
Vocis ſonos, Verbum Patris;
Veſtris adhuc in páginis
Nobis loqui non déſinit.

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Dóminus dabit Verbum evangelizántibus
℟. Virtúte multâ.

A Magníficat.

*Ant.* 5. C. Exal- ta in fortitu-

dine vocem tu-am, qui evange-li- zas Jeru-

ſalem ; exal- ta, noli time- re : Ecce

brachium Domini Domina- bitur, alle- lu- ia.

ORAISON.

DEus, qui beátum Marcum Evangeliſtam tuum evangélicæ prædicatiónis grátiâ ſublimaſti; tríbue, quæſumus, ejus nos ſemper & eruditióne profícere, & oratióne defendi : Per.

*Mémoire de S. Phébade. Ant.* Sacerdótes. ℣. Salvum. *au Commun, p.* XXX. *Oraiſon*, Eccléſiam. *ci-deſſus, p.* 395.

***A COMPLIES, comme aux II. Vêp. ci-après.***

## A NONE. *Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. *1. Theſſ. 2.*

SIcut probáti ſumus à Deo, ut crederétur nobis Evangélium; ita lóquimur, non quaſi homínibus placentes, ſed Deo qui probat corda noſtra.

℟. *br.* Elóquia Dómini elóquia caſta, * Allelúia, allelúia. Elóquia. ℣. Argentum igne examinátum, * Allelúia. Glória. Elóquia.

℣. Ignítum elóquium tuum vehementer,

℟. Et ſervus tuus dilexit illud.

## AUX II. VEPRES. *Pſſ. de la Férie.*








i, quod perve- nit ad vos, alle- lu-ia.



*Ant.* 2. Dignè Evangeli-o converſa-



mini in uno ſpiritu una- nimes, collaborantes



fide-i Evange- li- i; qui-a vobis donatum eſt



ut in Chriſtum creda-tis, alle-lu-ia.



*Ant.* 3. a. Glori-a, honor & pax omni



operanti bonum, in di- e cùm judicabit De-us



occulta hominum ſecundùm Evange-li-um me-



um, alle- luia.

CAPITULE. *Baruch.* 4.

HIc liber mandatórum Dei, & lex quæ eſt in æternum: omnes qui tenent eam, pervénient ad vitam; qui autem dereliquérunt eam, in mortem.

[ *Là où cette Fête eſt du rit Solemnel, on dit :*

*Du* 4.



A Lle- lu- ia, alle- lu- ia.



℣. Be-a- tus qui




*Hymne*, Chriſti perennes. *aux I. Vêpres.*
℣. Suſcitávit Dóminus teſtimónium in Jacob,
℟. Et legem póſuit in Iſrael.




*L'Oraiſon des I. Vêpres, ci-deſſus.*
*Mémoire de S. Clet, Ant.* Ecce. ℣. In Deo. *Oraiſon*, Omnípotens. *au Commun, p.* x & xj.

*A COMPLIES, Pſeaumes de la Férie.*




*Hymne du Temps, avec ſa Doxologie.*






26 Avril. SAINT CLET, Pape & Martyr.

*Au Commun d'un Martyr. Oraiſon*, Omnípotens. *p.* xj.

27 Avril. SAINT POLYCARPE, Ev. & Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui in ómnium Sanctórum tuórum es virtúte mirábilis : da nobis beáti *Polycarpi feſtivitátem cóngruis honóribus* & ſédulâ imitatióne celebráre, qui Fílii tui Martyr & Póntifex, quod miniſtério geſſit, teſtimónio comprobávit ; & quod prædicávit ore, confirmávit exemplo : Per.

28 Avril. LES SAINTS MARTYRS DE PAQUES.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

DA, quæſumus, omnípotens Deus, ut interceſſióne ſanctórum Mártyrum quos in ſolemnitáte Paſcháli tibi conſecraſti, ſimilitúdinis mortis Chriſti & reſurrectiónis mereámur eſſe partícipes : Per Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante, à prendre au Capitule.*

---

LE XXIX. AVRIL.

## SAINTE MARIE ÉGYPTIENNE, PÉNIT.

Sémidouble.

### *AUX I. VEPRES.*

CAPITULE. *Iſ.* 54.

NOli timére, quia non confundéris neque erubeſces : non enim te pudébit, quia confuſiónis adoleſcéntiæ tuæ oblivíſcéris.

HYMNE, *p.* 5.





tus angelici : femina ſacris Quondàm pulſa ady-



tis debita cœlo, Nunc ad ſidereas tranſvolat arces.

Sacris quæ répulit lóngiùs arcens
Templi limínibus crímine fœdam,
Hæc eſt illa manus quæ modò amíca
Ablútam lácrymis ádmovet aris.

Hæc olim ténebris óbſita denſis,
Jam cœlo nova lux áddita fulget,
Et monſtrat fáciles prævia portus
Paſſis naufrágium triſte pudóris.

Quæ non divus amor péctora mutat !
Ut cœli rádius fulſit ab alto,
Urbes, ſeque fugit : nulla ſat altos,
Quò ſe condat, habet ſylva receſſus.

Illi pro thálamo frígida rupes,
Lautis pro dápibus gráminis herba :
Nec ſoles cálidos veſte repellit,
Nec duras híemes péllibus arcet.

Patri máxima laus, máxima Nato :
Sit laus æqua tibi, Spíritus alme,
Qui, dùm ſacrílegum pellis amórem,
Puros insínuas córdibus ignes. Amen.

℣. Miſerátor & miſéricors Dóminus :
℟. Longánimis, & multùm miſéricors.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. G. Rever-tere averſatrix,



a- it Dominus, & non avertam faciem meam;



qui-a ſanctus e- go ſum, & non iraſ- car



in per-petuum, alleluia.

## ORAISON.

LArgíre nobis, miſéricors Deus, ut beáta María Ægyptia, quæ, te ſuper ómnia diligendo, ſuórum accépit véniam delictórum, pœniténtiæ ſalutáris donum nobis obtíneat : Per Dóminum.

*Mémoire des SS. Martyrs*, *Ant.* Datæ. ℣. In æternum. p. xxiij. *Oraiſon*, Da, quæſumus. *ci-deſſus.*

## *A COMPLIES.*



*Ant.* 2. Pœnitenti-bus dedit De-us vi- am



juſti-ti-æ, & confirmavit defici-entes ſuſtine-re,



& deſtina-vit il- lis ſortem veritatis, alle- luia.

*Hymne du Temps avec ſa Doxologie.*

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 6. Quàm magna miſe-



ricordi- a Domini, & propi- ti- a- ti-o il-



li- us convertentibus ad ſe, alle- luia.

## *A NONE.*



*Ant.* 2. Liberaſ-ti me de perditi-o-ne; prop-



te-re-à confite-bor, & benedi- cam nomini



Domini, al-le-lu- ia.

CAPITULE. *Tob.* 13.

COnvertímini, peccatóres, & fácite juſtítiam coram Deo, credentes quòd fáciat vobiſcum miſericórdiam ſuam; ego autem & ánima mea in eo lætábimur.

℟. *br.* Noli obliviſci, ánima mea, retributiónes Dómini, * Allelúia, allelúia. Noli. ℣. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis, * Allelúia. Glória. Noli.

℣. Exultábunt lábia mea, cùm cantávero tibi,

℟. Et ánima mea quam redemiſti.

## *AUX II. VEPRES.*




*Depuis le Capitule on fait de St. Eutrope, au Commun d'un Martyr. Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après.*

*Pour la mémoire de Sainte Marie Epyptienne.*




℣. Glorificábo nomen tuum in æternum;

℞. Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me.

*Oraiſon*, Largíre. *ci-deſſus.*

30 Avril. SAINT EUTROPE, Ev. & Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DEus, qui per beátum Eutrópium Martyrem tuum atque Pontíficem, infidéles pópulos de ténebris ad lucem veritátis veníre tribuiſti: da nobis ejus interceſſióne, in fide ſtábiles; & à ſpe Evangélii quod prædicávit immóbiles permánere; Per Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

---

## FETES DE MAI.

---

LE 1. MAI.

## S. PHILIPPE ET S. JACQUES, APOTRES.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES*, *Pſſ. de la Férie.*




Invenit Philip- pus Nathana-el, & di-cit
e- i : Quem ſcripſit Mo- yſes in lege, &
Prophetæ, inve-nimus Jeſum fi- lium Joſeph à
Nazareth, alle- luia. Ant. 8. G. Dixit e- i
Na- thanael : A Nazareth poteſt aliquid boni
eſ-ſe ? Dicit e- i Philippus : Veni & vi- de,
al-le luia. Ant. 7. d. Elegit Je- ſus, & A-
poſtolos nomina- vit Philippum & Jaco-bum
Alphæ- i, al-le-luia. Ant. 2. Docebat
e- os in ſynagogis, i-ta ut mi-rarentur,
& di-cerent : Nonnè hic eſt fabri fi- li-us ?
& fratres e- jus, Jacobus, & Joſeph, & Si-
mon, & Judas ? al-le-lu- ia.

CAPITULE. *Iſ. 61.*

SCient in géntibus ſemen eórum , & germen eórum in médio populórum : omnes qui víderint eos , cognoſcent illos , quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dóminus.

℟. *du* 7.



HYMNE, *du* 8.




Vobis datum præ céteris
Latus Magiſtri cíngere;
Vobis futuræ ſédulus
Arcána credit glóriæ.
At ille privátìm ſuæ
Dùm núntiat crucis probrum,
Cur horret humánus nimis,
Qui décipit ſenſus, amor!
Opórtuit Chriſtum pati,
Qui póſteà reſúrgeret:
Illinc homo verus patet;
Hinc ſe probat verè Deum.
Illos magiſter qui doces,
Tu, Chriſte, tu nos érudi:
Si quid latet, tu détege;
Amáre da quod jam patet.
Uni ſit & trino Deo
Supréma laus ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. In juſtítia tua exaltabuntur;
℟. Quóniam glória virtútis eórum tu es.

A Magníficat.




*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de S. Eutrope, Ant.* Juſtum. ℣. Poſuiſti. *au Commun, p.* xv. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-deſſus, p.* 405.

*A COMPLIES, les Ant. au Commun des Apôtres, page* iv*; l'Hymne du Temps avec ſa Doxologie; & de même aux II. Vêpres.*

A

## *A NONE, Pſeaumes de la Férie.*




### CAPITULE. *Act.* 10.

PRæcépit nobis prædicáre pópulo, & teſtificári quia ipſe eſt qui conſtitútus eſt à Deo judex vivórum & mortuórum.

℟. *br.* Confitébimur tibi, Deus, * Allelúia, allelúia. Confitébimur. ℣. Narrábimus mirabília tua, * Allelúia. Glória Patri. Confitébimur.

℣. Exultet terra à fácie Dómini,

℟. Quóniam venit judicáre terram.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






C A P I T U L E. *Epheſ.* 3.

ALiis generatiónibus non eſt ágnitum fíliis hóminum, sícuti nunc revelátum eſt ſanctis Apóſtolis ejus, & Prophétis in Spíritu : Gentes eſſe cohærédes , & concorpoŕales , & compartícipes promiſſiónis ejus in Chriſto Jeſu per Evangélium.

HYMNE, du 8.




Hauſto repléti Númine,
Terras in omnes líberi,
Chriſtum tubis cœléſtibus,
Chriſtum Deum vulgábitis.

Non jam tenébit ámpliùs
Formído mortis ábditos :
Aperta non eúntibus
Addent moras perícula.

Vos ante Reges fórtiter
Spernétis armátas neces :
Hæc nempè pro Chriſto mori
Supréma vobis glória.

Oráte, firma ſit Fides,
Et certa ſe Spes érigat ;
Illápſa noſtris córdibus
Pellat timórem Cáritas.

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Annuntiavérunt juſtítiam ejus,
℟. Et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

*A* Magníficat.




## ORAISON.

DEus, qui nos ánnuâ Apoſtolórum tuórum Philippi & Jacóbi ſolemnitáte lætíficas : da nobis ipſórum précibus, in Unigéniti tui paſſióne & reſurrectióne conſórtium ; ut parátam in domo tua manſiónem hæreditáte conſequámur : Per eumdem Dóminum noſtrum.

*Mémoire de S. Athanaſe*, *Ant* Beátus qui. ℣. Beátus homo. *au Commun*, *p.* xxxiv. *Oraiſon*, Præſta. *ci-après.*

*A COMPLIES*, *comme aux I. Vêpres*, *ci-deſſus.*

2 Mai. SAINT ATHANASE, Ev. & Docteur.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut excelléntiam Verbi tui, quam beátus Athanáſius aſſéruit, & convenienter intellígere valeámus, & veráciter profitéri : Per eumdem Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

---

LE III. MAI.

# INVENTION DE LA SAINTE CROIX.

SOLEMNEL-MINEUR.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Galat.* 3.

CHriſtus nos redémit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; quia ſcriptum eſt : Maledictus omnis qui pendit in ligno ; ut in Géntibus benedíctio Abrahæ fíeret in Chriſto Jeſu.






*On répete le* ℟. Ecce levábo. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du* 8.




*Dans l'Octave de l'Aſcenſion.*

*Du* 4.




Quid, dura foſſóris ma-
nus,
Scrutáris alta víſcera ?
Celáre lignum ſit pudor,
Quo noſtra ſurgit glória.
En illa gemma pérdita,
Inventa tot labóribus :
En qui latébat, érutus
Theſaurus agro pródiit.
Regina quæſitam crucem,
Monſtrante Chriſto, rép-
perit :

Oblíta faſtus régios,
Sceptro repertam prætulit.
Crux ſancta, Chriſti córporis
Virtus ſalúbrem te facit:
Contingit ut te mórtuus,
Vitæ prióri rédditur.
Qui per Crucem nos líberas,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre; nec tibi minor
Laus, utriuſque Spíritus.
Amen.

℣. Notam feciſti in pópulis virtútem tuam:
℟. Redemiſti in bráchio tuo pópulum tuum.

A Magníficat.


*Ant.* 3. a. *qui ſe double.* Sic Scriptum eſt, &



ſic oportebat Chriſtum pa-ti, & reſur- ge-



re à mortuis terti-â di- e, & prædica-



ri in nomine e- jus pœniten-tiam & remiſſi-onem



peccatorum in omnes gentes, al-le- luia.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de S. Athanaſe. Ant.* Qui docti. ℣. Beátus. *au Commun, p.* xxxviij. *Oraiſon*, Præſta. *ci-deſſus*, 412.

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*A NONE, Pſſ. de la Férie.*

*Doxologie.*

Qui per Crucem nos líberas,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre; nec tibi minor
Laus, utriuſque Spíritus.
Amen.



*Ant.* 8. G. Verbum Crucis pereuntibus quidèm



ſtulti- ti-a eſt: i-is autem qui ſalvi fi- unt,



id eſt, nobis, De-i virtus eſt, al-lelu-ia.

CAPITULE. *Philipp.* 2.

HUmiliávit ſemetipſum, factus obédiens uſquè ad mortem, mortem autem Crucis : propter quod & Deus exaltávit illum, & donávit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.

℟. *br.* Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis, * Allelúia, allelúia. Minuiſti. ℣. Glóriâ & honóre coronaſti eum, * Allelúia. Glória. Minuiſti.

℣. De torrente in via bibet; ℟. Proptereà exaltábit caput.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*





i ſumus, & convive- mus : ſi ſuſtine- bi-



mus, & conregna-bimus, al-lelu- ia.

CAPITULE. *1. Petr. 1.*

NOn corruptibílibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatióne paternæ traditiónis, ſed pretióſo ſánguine quaſi Agni immaculáti Chriſti, & incontamináti.

*Du 6.*



A Lle- lu- ia, alle- lu-



ia. ℣. Re-



dempti-o- nem mi- ſit Dominus po- pulo ſu-



o : mandavit in æternum teſtamentum



ſu- um. Alle- lu- ia.

HYMNE, *du 3.*



CRux alma, ſalve, Crux venerabilis, Torren-



te Chriſti ſanguinis ebri-a ; Teſtis dolorum, tu



ſuprema Verba De-i mori-entis audis.

Tu celſa ſedes, undè ſuos docet ;
Vitális, in quo nos péperit, thorus ;
Currus triumphantis, tribúnal
Júdicis, atque litantis ara.

Non rapta cæſis hóſtibus ímpia
Hic arma fulgent ; nec dó-

miti duces
Graves caténis hìc trahuntur :
Nobílior Crucis eſt triumphus.
Orbis redempti quália pignora !
Crux tincta Chriſti ſánguine adhuc madet :
Speráte, mortáles : ſalútem
Plena necis monumenta præſtant.
Crux certa cœli ſémita, quæ Patris
Thronum petenti pandis iter Deo :
Nunc álterâ nobis nefas eſt
Ire viâ malè delicátos.
Laus ſumma Patri qui creat ómnia,
Natóque mundum qui réparat Cruce :
Qui cuncta replet, ſumma ſancto
Spirítui : tribus una ſemper. Amen.

℣. Omnis terra adóret te, & pſallat tibi :
℟. Pſalmum dicat nómini tuo.

*A* Magníficat.

*Ant. 7. G. qui ſe double.* Dignus eſt Agnus

qui occi- ſus eſt, acci- pere virtu- tem, & di-

vini- tatem, & ſapi-en- tiam, & fortitu- di-

nem, & honorem, & glo- ri-am, & bene- dic-

ti- o-nem, al- le- lu- ia.

ORAISON.

DEus, qui in præclára ſalutíferæ Crucis Inventióne Paſſiónis tuæ mirácula ſuſcitaſti : concéde, ut vitális ligni prétio æternæ vitæ ſuffrágia conſequámur : Qui.

*Mémoire de Ste. Monique, Veuve, Ant.* Exultávit. ℣. Averte. *Oraiſon*, Deus mœréntium. *ci-après.*

## *A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*


*Ant. 6.* Agnum offeres ad veſ-peram

in odo-rem ſu-a- vita- tis, alle- luia.

*Hymne du Temps avec ſa Doxologie.*

*A* Nunc dimittis. 

*Ant.* 5. a. Ecce in medi-o



throni Agnum ſtantem tanquàm occi- ſum,



alle- luia.

## 4 Mai. SAINTE MONIQUE, Veuve.

*Au Commun des Saintes Femmes.*

ORAISON.

DEus mœréntium conſolátor, & in te ſperántium ſalus, qui beátæ Mónicæ pias lácrymas in converſióne fílii ſui Auguſtíni miſericórditer ſuſcepiſti; da nobis utriuſque interventu peccáta noſtra pœniténtiæ lácrymis elúere, & grátiæ tuæ indulgéntiam inveníre: Per.

## 5 Mai. SAINT THÉODARD, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

PRræſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut beáti Theodardi Pontíficis feſta venerantes, & fídei muniámur auxílio, & caritátis proficiámus exemplo: Per.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

---

## LE VI. MAI.

# MARTYRE DE SAINT JEAN, Devant la Porte Latine.

Sémidouble.

### *AUX I. VEPRES.*

*Pſſ. de la Férie, ſous la ſeule Ant. ſuivante.*



*Ant.* 1. f. Voca-vi te & dixi ti- bi,



ſervus me us es tu, confor- ta- vi te, & au-



xi-li-a-tus ſum tibi, al- le- luia.

CAPITULE. *Iſ.* 43.

HÆc dicit Dóminus: Noli timére, quia redémi te; meus es tu: cùm tranſíeris per aquas, tecum ero, & flúmina non opérient te: cùm ambuláveris in igne, non comburéris, & flamma non ardébit in te.

HYMNE, *du* 5.




In fervens ólei conjícitur
mare:
Nil æſtus nócuit, flamma
ſed hóſpiti
Parcit blanda ſuo: ceu pugil
úngitur,
Hinc & fórtior éxilit.

Edicto ſtériles pulſus in
ínſulas,
Exul tunc ſócio perfrúitur
Deo:
Hìc ventúra videt, quæ
cálamo notans
Subluſtri nébulâ tegit.

Sic nos Chriſtus amet,
ſic dóceat pati;
Diſcamuſque mori, ſimus
ut & necis
Sacræ partícipes: non áliis
patet
Cœlum conditiónibus.

Patri máxima laus, máxi-
ma Fílio,
Amborumque ſacro máxi-
ma Flámini:
Hæc eſt certa fides, fónti-
bus è tuis
Quam divínitus háuſimus.
Amen.

℣. Impinguaſti in óleo caput meum:
℟. Et calix meus inébrians quàm præclárus eſt!

*A* Magníficat.




ORAISON.

DEus, qui cónſpicis quia nos úndiquè mala noſtra perturbant; præſta, quæſumus, ut beáti Joannis Apóſtoli tui & Evangeliſtæ conféſſio glorióſa nos prótegat; Per Dóminum.

*Mémoire de S. Théodard, Ant.* Sacerdótes. ℣. Salvum. *au Commun, p.* xxx. *Oraiſon*, Præſta. *ci-deſſus.*

*COMPL. au Commun des Apôtres. p.* iv. *Hymne du Temps.*

*A NONE.*




CAPITULE. *Sap.* 7.

QUæcumque ſunt abſconſa & improvíſa, dídici : ómnium enim ártifex dócuit me ſapiéntia ; eſt enim in illa ſpíritus intelligéntiæ ſanctus.

℟. *br.* Introíbo in poténtias Dómini, * Allelúia, allelúia. Introíbo. ℣. Uſquè in altiſſima quæ feciſti magnália, * Allelúia. Glória. Introíbo.

℣. Ecce veritátem dilexiſti, Dómine ;

℟. Incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

---

LE VII. MAI.

## TRANSLAT. DE S. ÉTIENNE, I. MART.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*




mo- ni-i ſeptem , plenos Spiritu ſancto , &
ſapi-en- ti-â quos conſtitu-amus ſuper hoc
opus , alle- luia. Ant. 3. a. E-lege- runt
Stephanum virum plenum fi- de & Spi- ritu
ſancto : & ſta-tu-e-runt e-um an-te conſpectum
A-poſtolo- rum , & o- rantes impoſu-e-runt
e- i manus , alle- lu- ia. Ant. 6.
Stephanus plenus gra-ti-a & fortitu- dine , fa-
ci-ebat prodi-gi-a & ſigna magna in po-
pulo , alle- lu- ia. Ant. 7. a. Surrexe-
runt quidam diſputan tes cum Stephano , &
non po-terant re-ſiſtere ſapi-enti-æ , & Spiri-
tu-i qui loqueba- tur , alle-luia.

CAPITULE. *Jérém.* 18.

DIxérunt : Veníte, & percutiámus eum linguâ, & non attendámus ad univerſos ſermónes ejus : attende, Dómine, ad me, & audi vocem adverſariórum meórum.



*Dans l'Octave de l'Aſcenſion.*

du 4.


O Qui tu-o, dux Martyrum, Præfers co-


ronam nomine, Non de caducis floribus Ti-


bi coro- nam nec-timus.

Tuo cruenta ſánguine
Quàm ſaxa fulgent púlchriùs!
Aptáta ſacro vértici
Non ſic micárent ſídera.

Quot facta fronti vúlnera,
Tot tela lucis émicant;
Et Angelo monſtrat parem,
Quod prodit è vultu, jubar.

Tu prima Chriſto víctimæ
Vitam rependis víctima,
Primuſque teſtis æmulo
Deum fatéris fúnere.

Tu primus oſtenſam tibi
Maris rubri ſulcas viam:
Quot te ſequuntur Mártyrum,
Quibus præis, exércitus!

Jeſu, coróna Mártyris,
Quem ſtans ab alto réſpicis,
Fac nos potenti grátiâ
Illùc ſequi quò dux præit.
Amen.

℣. Confirmátum eſt cor ejus:
℟. Non commovébitur, donec deſpíciat inimícos ſuos.

A Magníficat.


*Ant.* J. Intu-en- tes Ste-


phanum om- nes, qui ſede-bant in conci-


lia, vi- derunt faciem e- jus tanquàm fa- ciem


An- ge-li, al- le- lu- ia.

*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*Pour la mémoire de Saint Jean.*

*Ant.* du 5.


In hoc cognovimus caritatem De- i,


quoniam il- le animam ſu- am pro no- bis

po- ſuit : & nos debe- mus pro fratribus

animas ponere , alle- lu-ia.

℣. Nomen Dómini invocávi :

℟. Erípuit ánimam meam de morte.

*Oraiſon*, Deus , qui cónſpicis. *ci-deſſus.*

*A COMPLIES, comme aux II. Vêp. ci-après.*

### *A NONE. Pſſ. de la Férie.*

*Ant.* 5. F. Tunc a-perientur o- cu-li cæco-

rum , & aures ſurdorum pate- bunt ; tunc

ſa- liet ſicut cervus clau- dus , & aperta

erit lingua mutorum , al- le- lu- ia.

CAPITULE. *Eccl.* 48.

IN diébus ſuis non pertímuit príncipem , & poténtiâ nemo vicit illum , nec ſuperávit illum verbum áliquod ; & mórtuum prophetávit corpus ejus.

℟. *br.* Mementóte mirabílium ejus , quæ fecit , * Allelúia, allelúia. Mementóte. ℣. Prodígia ejus , & judícia oris ejus , * Allelúia. Glória. Mementóte.

℣. Ecce ſic benedicétur homo , ℟. Qui timet Dóminum.

### *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*

*Ant.* 1. a. DI- lec- tus De-o & homi-

nibus , cu-jus memori-a in bene- dicti-o- ne

eſt , al- le- lu- ia. *Ant.* 2. Si-milem




CAPITULE. 1. *Paral.* 27.

DOmine, propter fámulum tuum, juxtà cor tuum feciſti omnem magnificéntiam hanc, & nota eſſe voluiſti univerſa magnália : Dómine, non eſt ſímilis tuî.

HYMNE, *du* 8.





Nunc te beantem conſpicis.

*Dans l'Octave de l'Aſcenſion.*

*du* 4.



C Onſcende cœ-lum : jam datur Chriſti pu-



gil quieſcere ; Quem roborantem ſenſeras,



Nunc te be-an-tem conſpicis.

Dum mens ſolúta vínculis
Æterna libat gáudia,
Sacri feruntur córporis
Terras in omnes pígnora.

Tuo ſuperba nómine
Erecta templa quot vides!
Jam totus orbis, quà patet,
Tuis reſultat láudibus.

At quale ſurgit óſſibus
Decus! micant altáribus;
Proni fidéles óſculis
Votíſque ſúpplices colunt.

Audis precantes: jam redit
Claudo gradus, cæco dies;
Muto loquéla rédditur,
Et ſurdus éxcipit ſonos.

Quin ipſa ſaxa quæ tuo
Sunt purpuráta ſánguine,
Ægris medentur, & malos
Torquent fugantque ſpíritus.

Jeſu, coróna Mártyris,
Quem ſtans ab alto réſpicis,
Fac nos potenti grátiâ
Illùc ſequi quò dux præit.
Amen.

℣. Magna eſt glória ejus ℟. In ſalutári tuo, Dómine.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. G. Nos & ter- ra noſtra



tu-i e- rimus : ſa-lus noſ- tra in ma-nu



tu-a eſt; reſpi- ci-at nos Dominus noſter,



al-leluia.

ORAISON.

DEus, qui beátum Protomártyrem Stéphanum torrente voluptátis tuæ inébrias in cœlis, & innúmeris

in terris decóras miráculis; da nobis in Tranſlatióne ſacri ejus pígnoris exultántibus, ut te glorificantes & portantes in córpore noſtro, partem cum ipſo in beáta reſurrectióne habére mereámur; Per Dóminum.

*Mémoire de S. Orens, Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *au Commun, p.* xxvj. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après.*

### *A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 3. *a.* Qui timet Dominum, ni-hil trepida-



bit, neque pave-bit; quoniam ip-ſe eſt ſpes



ejus, alle-luia.

*Hymne du Temps, avec ſa Doxologie.*

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 5. a. Timentis Do- mi-



num, be- a- ta eſt a-nima e- jus, al- le- luia.

## 8 Mai. SAINT ORENS, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui beátum Oriéntium famíliæ tuæ dignum contuliſti Paſtórem; da nobis in ejus ſolemnitáte exultántibus patrocíniis ipsíus adjuvári: ut ab omni vitiórum labe mundáti, mereámur in cœléſtibus cum eo perénniter gloriári: Per Dóminum.

## 9 Mai. S. GRÉGOIRE DE NAZIANZE, Ev. & Doct.

*Au Commun des Docteurs. Oraiſon*, Omnípotens.

## 11 Mai. SAINT MAMERT, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

CLamantes ad te, quæſumus, Dómine, dignanter exáudi; ut ſicut ad preces beáti Pontíficis tui Mamerti pópulo in afflictióne pósito peperciſti, ita & nobis ejus interceſſióne in omni tribulatióne ſuccurras: Per.

## 12 Mai. SAINT PACHOME, Abbé.

*Au Commun des Abbés. Oraiſon*, Da nobis.

16 Mai. SAINT GERMIER, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui beátum Germérium Antíſtitem pópulo tuo præeſſe; & quibus præerat, verbo & exemplo prodeſſe voluiſti: eódem intercedente, paſtóres Eccléſiæ tuæ cum grégibus ſibi commiſſis dírige in viam ſalútis æternæ; ut omnes, te donante, tibi plácita cúpiant, & totâ virtúte perfíciant: Per.

19 Mai. SAINT PIERRE CÉLESTIN, Pape.

*Au Commun des Pontifes. Oraiſon*, Deus, qui pópulis.

20 Mai. SAINT HILAIRE, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui beátum Hilárium Pontíficem nobis æternæ ſalútis dediſti miniſtrum; quæſumus, ut, ejus ſuffragántibus méritis, pietátis tuæ grátiam conſequámur: Per Dóminum.

24 Mai. SAINT FRANÇOIS REGIS, Prêtre.

*Au Commun des Juſtes, Prêtres. Oraiſon*, Dómine Deus.

28 Mai. S. GUILLAUME, Duc, Comte & Moine.

*Au Commun des Moines.*

ORAISON.

DA nobis, quæſumus, Dómine, beátum Confeſſórem tuum Guillelmum imitári; ut ſeculáribus expedíti negótiis, donis cœléſtibus, te lárgiente, ditémur: Per.

*Mém. de S. Germain, Evêque. Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *au Commun*, xxvj. ORAISON.

DEus, Sanctórum tuórum ſplendor mirábilis, qui hunc diem beáti Germáni Pontíficis depoſitióne conſecraſti; da Eccléſiæ tuæ in ejus natalítio exultanti, ut apud miſericórdiam tuam, exemplis ejus protegátur & méritis: Per Dóminum.

31 Mai. SAINT SYLVE, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui nos beáti Pontíficis Sylvii ánnuâ ſolemnitáte lætíficas; concéde, propítius ut ejus qui tibi plácuit, exemplis informémur, & interceſſiónibus adjuvémur: Per.

## FETES DE JUIN.

2 *Juin.* S. POTHIN, Ev. STE. BLANDINE, Vierge, & leurs Compagnons, Martyrs.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

MArtyrum tuórum Pothíni Pontíficis, Blandínæ vírginis, & Sociórum ſolémnia recenſentes; ſúpplices

te , Dómine , deprecámur , ut in tua caritáte radicáti & fundáti , paſſiónes hujus témporis , amóre illíus glóriæ quæ revelanda eſt in nobis , invicto ánimo ſuſtinére valeámus : Per Dóminum.

*Mémoire des Saints Marcellin & Pierre , Martyrs.*

*Ant. du* 1.



Be-a- ti qui perſecuti- o-nem pa-tiun-



tur propter juſti- tiam ; quoniam ip-ſo- rum



eſt regnum cœlo- rum. [ *Au T. P.* Alle-luia. ]

℣. Multæ tribulatiónes Juſtórum ;
℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

ORAISON.

DA nobis , omnípotens Deus , inter hujus vitæ diſcrímina , contínuum grátiæ tuæ præſídium ; qui ſanctis Martyribus Marcellíno & Petro fídei tuæ conſtántiam , ut hoſtem antíquum víncerent , contuliſti : Per.

*VEPRES de la Fête ſuivante , à prendre au Capitule.*

---

LE III. JUIN.

## SAINTE CLOTILDE , REINE , VEUVE.

Sémidouble.

*Au Commun des Saintes Femmes , excepté ce qui ſuit.*

*AUX I. VEPRES.*

℣. Tu , Dómine , adjuviſti me , ℟. Et conſolátus es me.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. a. Sancti- fica- tus eſt vir



in- fide- lis per muli- erem fi- delem. [ *Au T. P.*



lem , alleluia. ]

*Oraiſon* , Réſpice. *ci-après.*

*Mémoire de S. Pothin , &c. Ant.* Datæ ſunt. ℣. In ætérnum. *au Comm. p.* xxiij. *Oraiſon* , Mártyrum. *ci-deſſus.*

*AUX II. VEPRES.*

℣. Tríbuat tibi Dóminus ſecundùm cor tuum ;
℟. Et omne conſílium tuum confirmet.

A Magníficat.



*Ant.* 8. G. Tu honori- ficen- ti- a



popu-li noſtri ; qui-a fe-ciſ- ti vi-ri- liter, &



confortatum eſt cor tuum. [*Au T. P.* um, alleluia. ]

ORAISON.

RESpice, quæſumus, Dómine, ad Francórum benignus impérium ; & quibus per devótam ſanctæ Clotildis inſtántiam donum fídei contuliſti, iiſdem per ejus interceſſiónem tríbue ſincérum chriſtiánæ pietátis affectum : Per Dóminum noſtrum.

6 Juin. SAINT NORBERT, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DA Eccléſiæ tuæ, miſéricors Deus, ut mérita ſancti Epíſcopi Norberti pietátem tuam pro ipſa ſemper exórent, & fructum in nobis labórum ejus cuſtódiant : Per.

---

LE XI. JUIN.

## ST. BARNABÉ, APOTRE DES GENTILS.

Double-Majeur.

*Avant la Pentecôte, on en fait ſeulement mémoire aux I. Vêp. par l'Ant.* Joſeph qui. ℣. Beátus. *ci-après.*

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 2. M Ultitu- dinis credenti-um



erat cor unum, & a- nima u-na : nec quiſquam



e-o- rum quæ poſſide- bat, aliquid ſu-um eſ- ſe



di- cebat. *Ant.* 6. Erant il- lis omni-a

communi- a ; & virtute magnâ reddebant A-
poſto- li teſtimonium reſurrecti- o- nis Je- ſu
Chriſti Domini noſtri. *Ant.* 1. a. Grati-
a magna e- rat in omnibus il- lis, neque
quiſquam e- rat e- gens inter illos. *Ant.* 5. a.
Quotquot poſſeſſores agrorum aut domorum e-
rant, vendentes affere- bant pretia e- o- rum
quæ vendebant. *Ant.* 8. G. Ponebant ante
pedes Apoſtolo- rum : divideba- tur autem ſingu-
lis, prout cu- ique o- pus erat.

CAPITULE. *Deut.* 33.

QUi dixit patri ſuo & matri ſuæ : Néſcio vos ; & frátribus ſuis : Ignóro vos, & neſciérunt filios ſuos ; hi cuſtodiérunt elóquium tuum, & pactum tuum ſervavérunt.

℟. *du* 2. O M- nis qui re- liquerit domum,
vel fratres, aut ſoro- res, aut patrem, aut ma-




*Q*uem propter, agro vén-dito ,
Opes cadúcas déſeris ,
Magno rependens fœnore
En fundus ipſe fit tuus.

Tu ſacra per jejúnia ,
Tu públicas inter preces ,
Jubente ſancto Spíritu ,
Chriſti creáris núntius.

Quas non adis mundi plagas ,
Pauli labórum párticeps !
Vos unus ambo Spíritus ,
Vos una junxit cáritas.

Quam veſtra gens Chriſti fidem

Luci rebellis réppulit,
Nil hæſitantes bárbaris
Portaſtis illam géntibus.
Fac, Chriſte, noſtris ſe tuum
Cùm lumen offert méntibus,
Amóre ne noctis ſuæ
Cœleſte donum réſpuant.
¶ Uni ſit & trino Deo,
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Beátus qui intélligit ſuper egénum & páuperem:
℟. In die mala liberábit eum Dóminus.

*A* Magníficat.




*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*
*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres.*
*A NONE. Doxolog.* ¶ Uni ſit. *Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. 2. *Cor.* 4.

Abdicámus occulta décoris, non ambulantes in aſtútia, neque adulterantes verbum Dei; ſed in manifeſ-

tatióne veritátis commendantes noſmetipſos ad omnem conſciéntiam hóminum coram Deo.

℟. *br.* In Deo * Laudábimur totâ die. In Deo. ℣. Et in nómine tuo confitébimur in ſéculum, * Laudábimur. Glória Patri. In Deo.

℣. Narrantes laudes Dómini, & virtútes ejus,
℟. Et mirabília ejus quæ fecit.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*





Domini. [ *Au T. P.* Alle-luia. ] *Ant.* 6. Di-



xit ad Barnabam Paulus : Revertentes viſite-



mus fratres, quibus prædi-cavimus verbum Do-



mini.[ *AuT.P.* Alle-luia. ] *Ant.* 2. Barnabas



aſſumpto Marco, naviga- vit in Cyprum; Pau-



lus ve-rò, electo Si-lâ perambula-bat Syri-



am. [ *Au T. P.* Alle- luia. ]

CAPITULE. 2. *Cor.* 2.

DEo grátias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, & odórem notítiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.

*Hymne*, Cœlo datur. *aux I. Vêpres.*

℣. Dediſti nos tanquàm oves eſcárum,

℟. Et in géntibus diſperſiſti nos.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. D. Barnabas & Pau-lus



tradide-runt animas ſu-as pro nomine Domini



noſtri Je- ſu Chriſti. [ *Au T. P.* Alle- luia. ]

ORAISON.

DEus, qui beátum Bárnabam, plenum fide & Spíritu ſancto, ad opus converſiónis Géntium aſſúmere dignátus es; concéde propítius, ut mémores labóris & caritátis ejus, dignè Evangélio Chriſti, quod prædicávit, converſári mereámur : Per eumdem..... in unitáte.

*A COMPLIES, Pſeaumes de la Férie.*

*Ant.* 8. G. Ergò & Gentibus pœniten- ti- am

de- dit De- us ad vitam. [*T. P.* tam, alleluia.

*Avant la Pentecôte, Hymne du Temps avec ſa Doxolog.*
*Après la Pent. Hymne*, Grates. *avec la Doxol.* Uni ſit.

*A* Nunc dimittis.

*Ant.* 5. a. Gen-tibus miſſum eſt hæc

ſalu-tare De- i, & ip-ſi audient. [*T. P.* ent, alleluia.]

---

## LE XIV. JUIN.

## ST. EXUPERE, EVEQUE DE TOULOUSE.

Double-majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*

*Ant.* 1. f. QUæſi- vit Domi- nus ſi-bi

virum juxtà cor ſu- um, & præcepit e- i

ut eſ- ſet dux ſuper populum ſuum.

*Ant.* 2. Certè videtis quem e- legit Do-

minus, quoniam non ſit ſi-milis il- li in omni

po-pulo. *Ant.* 3. a. Vir bo-nus &

benignus, verecundus vi-ſu, modeſtus mo-ribus,




C A P I T U L E. *Ezéch.* 34.

HÆc dicit Dóminus Deus : Viſitábo oves meas, & ſuſcitábo ſuper eas paſtórem unum, qui paſcat eas, ſervum meum ; ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtórem.






HYMNE, *du* 2. *en* A.










Te plebs , Exúperi , te Deus éligit :
Adſis : impóſitum quid trépidas onus ?
Quondàm Tectóſagum córdibus ínſita ,
Per te ſémina púllulent.

Quid , dùm , Chriſte , faves , non ſúperat labor ?
Denſis quæ fúerat végribus óbſita
Tellus , culta manu Præſulis úberes
Nunc promit ſégetes ſinu.

Quæ ſervábat adhuc lúdicra númina
Plebs cæcáta nimis , fuſa ſolo ruunt :
Et Chriſto pénitùs ſúbdita cívitas
Sanctis fit nova móribus.

Ergò , ſancta fides quo duce gérminat ,
Hunc gens grata novum dicat Apóſtolum :
Chriſto quos íterùm párturit , óptimum
Hunc cives célebrent patrem.

Sit qui cuncta creat , máxima laus Patri :
Qui mundum réparat , máxima Fílio ;
Per quem firma viget pectóribus fides ,
Sit laus par tibi , Spíritus.
Amen.

℣. Docébo iníquos vias tuas , Dómine ;
℟. Et ímpii ad te convertentur.

*A* Magníficat.









*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*A NONE. Pſſ. de la Férie.*

*Doxolog.* Supréme, Chriſte, Póntifex. *au Commun*, xxvij.



*Ant.* 6. Ele-emoſynas il-li-us enarra-



bit omnis Eccle-*ſi-a* ſancto- rum.

CAPITULE. 2. *Cor.* 9.

Qui ſéminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet. Unuſquiſque prout deſtinávit in corde ſuo, non ex triſtítia, aut ex neceſſitáte : hílarem enim datórem díligit Deus.

℟. *br.* Diſperſit, * Dedit paupéribus. Diſperſit. ℣. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi : * Dedit. Glória Patri.. Diſperſit.

℣. Jucundus homo qui miſerétur & cómmodat ;

℟. In æternum non commovébitur.

*AUX II. VESRES. Pſſ. de la Fér.*



*Ant.* 3. a. V Ir De-i es tu, & ver-



bum Do-mini in o-re tu-o verum eſt.



*Ant.* 4. E. Ca- dat ora-ti-o noſtra in conſ-



pectu tu-o, & ora pro nobis ad Dominum



De-um tu-um. *Ant.* 5. C. Ne ceſ-ſes pro



nobis clama- re ad Dominum De-um noſtrum,



ut ſal-vet nos. *Ant.* 6. Tu es dux noſ-




CAPITULE. *4. Reg. 19.*

HÆc dicit Dóminus : Protégam urbem hanc , & ſalvabo eam propter me & propter ſervum meum.

[ *Là où cette Fête eſt du rit Solemnel , on dit :*






Omnis hùc ſexus, volat omnis ætas;
Sacra Paſtóris venerátur oſſa.
Turba languentûm, properáte: præſtat
Ille ſalútem.

Hæc tuas dicent ſine fine laudes,
Quæ tuos, Præſul, cíneres recondunt
Templa; quos ſervat cinis hìc ſepultos
Súſcitet ignes.

Hìc genufléxos quot habes clientes!
Quot tibi dulces recinuntur Hymni:
Hìc tuum nomen ſonat, omniumque
Vivit in ore.

Quæ fuit vivo tibi cura, Præſul,
Hanc, licèt, vectus ſuper aſtra, ſerves;
Et tuam, noſtræ bone tutor urbis,
Réſpice gentem.

Lúminis ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui Sacerdótes per Amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Protector noſter, áſpice, Deus;
℟. Et réſpice in fáciem Chriſti tui.




*ORAISON.*

DOmine Jeſu Chriſte, qui cùm dives eſſes, propter nos egénus factus es, ut tuâ inópiâ dívites eſſémus; concéde propítius, ut exímii imitatóris tui Exupérii Pontíficis veſtígiis inhærentes, contemptis fallácibus mundi divítiis, conſequámur æternas: Qui vivis, &c.

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 2. Cùm effu-de-ris eſu-ri-en-ti a-



nimam tuam, & a-nimam af-flictam re-



pleveris, ori-e-tur in te-nebris lux tu-a.

*Doxologie*, Supréme, Chriſte. *au Commun*, *p.* xxvij.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 5. a. Frange e-ſu-ri-en-ti



panem tu-um, & ege-nos, vagoſque induc in



domum tu-am : & re-quiem tibi da-bit Dominus.

16 Juin. St. CYR ET Ste. JULITTE, Martyrs.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

PIetátem tuam, Dómine, ſúpplices deprecámur; ut dùm ſanctórum Cyríci & Julittæ matris ejus paſſiónem cólimus, peccatórum véniam conſequámur: Per.

19 Juin. SS. GERVAIS ET PROTAIS, Mart.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

MArtyrum tuórum, Dómine, Gerváſii & Protáſii palmas ánnuâ celebratióne venerantes, ſúpplices te rogámus, ut quos cœleſti glóriâ ſublimaſti, nobis pérpeti ſuffrágio concédas ſubveníre: Per Dóminum.

20 Juin. SAINT ROMUALD, Abbé.

*Au Commun des Abbés. Oraiſon*, Da nobis, &c.

21 Juin. SAINT RAYMOND, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut beáti Raymundi Pontíficis feſta venerantes, & fídei muniámur auxílio, & caritátis proficiámus exemplo: Per, &c.

22 Juin. SAINT PAULIN, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui ómnia pro te relinquentibus, in hoc ſéculo céntuplum, & in futúro vitam æternam promiſiſti; concéde propítius, ut ſancti Pontíficis Paulíni veſtígiis inhærentes, peritúra contemnámus, & ad ſola manſúra ſuſpirémus : Per.

---

## LE XXIV. JUIN.

# SAINT JEAN-BAPTISTE.

Solemnel-Majeur.

*AUX I. VEPRES, Pſſ. de la Férie.*



multi in nativita- te e- jus gau- debunt.

*Ant.* 5. a. Vinum & ſiceram non bibet; & Spiritu ſancto reple- bitur adhuc ex u- te- ro matris ſu-æ. *Ant.* 4. *D.* Mul- tos fi- li orum Iſra el convertet ad Dominum De-um ip-ſo-rum, & præce-det para- re Domino ple- bem perfectam.

C A P I T U L E. *Malach.* 4.

ECce ego mittam vobis Elíam Prophétam, ántequàm véniat dies Dómini magnus & horríbilis; & convertet cor patrum ad fílios, & cor filiórum ad patres eórum: ne fortè véniam, & percútiam terram anathémate.

℟. *du* 8. E. Rit mag- nus coram Do- mi- no: * Et ip- ſe Præce- det ante Do-mi- num in ſpi- ritu & virtu- te E- li- æ, ut convertat corda patrum in fi- li-os, & incre- dulos ad pruden- ti-am juſ-




*On répete le* ℟. Erit. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du 2.*




Hunc paratúrum Dómino ſequenti
Sémitam priſci cecinêre vates:
Vátibus cunctis fuit ipſe major,
Júdice Chriſto.

Hic & inclúſus genitrícis alvo
Sentit exultans Dóminum latentem;
Jamque cœleſti trépidat veníre
Obvius Agno.

Quid fide pendes dúbiâ, Sacerdos?
Muta torpébit tibi vox: at infans
Protinùs naſcens patriæ reſolvet
Víncula linguæ.

Quin repromiſſam, ſúbitus Prophéta,
Cernis humáno géneri ſalútem;
Núntias pacem, reſeraſque fatis
Grándibus ora.

Gaudet admírans pópulus ſtupetque:
Quis puer, clamant, erit iſte, cujus

Se ſtatìm prodit manifeſta tantis
Glória ſignis?
Laus ſit æternæ ſua Trinitáti,
Quæ novam mundo paritúra lucem,
Prævium Soli vóluit Joannem
Súrgere ſidus. Amen.

℣. Suſcepiſti me, Dómine, de útero matris meæ:
℟. Confitébor tibi, quia mirabília ópera tua.

A Magníficat. 

*Ant. 6. qui ſe double.* Dixit Zacha-ri- as



ad An-gelum: Undè hoc ſci- am? Et reſpon-



dens Angelus, di- xit: Ecce non poteris lo-



qui uſque in diem quo hæc fi- ant, pro



e- o quòd non credidiſ- ti verbis meis.

*L'Oraiſon des II. Vêpres ci-après.*

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 7. d. Vox claman- tis in deſer- to:



Parate vi-am Domini: rec- tas fa- cite



in ſolitu-dine ſemitas De-i noſtri.

*Doxologie aux Heures, qu'on chante comme celle de Saint Pierre, page 461.*

Quem vos Joannis núntiat,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, & almo Spíritu
Nunc & per omne ſéculum.
Amen.

*Dans l'Octave du T. S. Sacrement, au lieu de cette Doxologie, on dit celle de l'Octave.*

A Nunc dimittis. 

*Ant. 6.* Revela- bitur glori-

a Do- mini ; & vide-bit omnis caro

pariter , quòd os Domini lo- cutum eſt.

*A N O N E. Pſſ. du Dimanche.*

*Doxologie comme à Complies , ci-deſſus.*

*Ant.* 2. Lex & Prophetæ , uſquè ad Joan-nem ;

ex e- o regnum De-i evangeliza-tur , alle- luia.

CAPITULE. *Act.* 13.

CUm impléret Joannes curſum ſuum , dicébat : Quem me arbitrámini eſſe , non ſum ego ; ſed ecce venit poſt me , cujus non ſum dignus calceamenta pedum ſólvere.

℟. *br.* Parávi lucernam Chriſto meo , * Allelúia, allelúia. Parávi. ℣. Super *ipſum efflorébit ſanctificátio* mea , * Allelúia. Glória Patri. Parávi.

℣. Prótegam eum , quóniam cognóvit nomen meum : ℟. Et oſtendam illi ſalutáre meum.

*AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Dixit *page* 3.

*Ant.* 6. CŒpit Je-ſus ducere

ad turbas de Jo-an- ne : Quid exiſtis vi- de-

re ? Prophe- tam ? eti-am dico vo- bis , & pluſ-

quàm Prophetam. *Pſ.* Beátus vir. *p.* 5. *Ant.* 5. C. Hic

eſt de quo ſcriptum eſt : Ecce ego mitto

Angelum me-um ante fa-ciem tu- am , qui

præpara- bit vi-am tu-am ante te.

*Pſ.* Laudáte, púeri, *p.* 5.

*Ant.* 7. a. Amen di-co vo-bis;

non ſurrexit inter natos mu- li- erum ma- jor

Jo-anne Baptiſtâ. *Pſ.* Dómine non eſt. 27.

*Ant.* 4. E. A

ventre matris conſecratus eſt Prophéta, e-

vertere, & eru- ere, & perdere, & i-te-

rùm renova- re. *Pſ.* Memento. *avec ſa diviſ. p.* 40.

*Ant.* 1. D. Si

vultis re- ci-pere, ip-ſe eſt E- li- as qui

ven-turus eſt.

CAPITULE. *Eccl.* 46.

IN fide ſua probátus eſt Prophéta, & cógnitus eſt in verbis ſuis fidélis; quia vidit Deum lucis.

*Du* 5.

AL- le- lu- ia, al- le- lu- ia.

℣. Ma- jor

in- ter na-tos muli- erum Prophe- ta

Jo- anne Baptiſ- tâ, ne- mo



eſt, al- le- lu ia.

HYMNE, *du* 2.



Q Uid moras nectis ? Domino jubenti



Cede : qui ſacro lavat igne corda, Hic tuis



ardet manibus, Joannes, Amne la-vari.

Quis fuit ſenſus tibi, cùm vidéres
Súpplicis ritu dare colla pronum,
Cui pedum ſummo réputes honóri
Sólvere lora ?

Cernis ut, nimbo rutilante, Chriſto
Spíritus, Patris comitante voce,
Incubat ; ſeſe Triadiſque tota
Pandit imágo.

Díligens inſtas óperi miniſter :
Víctimam mundi ſcelus auferentem
Prædicas Agnum, digitóque fidus
Indice monſtras.

Immemor laudis própriæ, magiſtro
Débitos Chriſto próperas alumnos
Réddere ; ardébas mínui : decébat
Créſcere Chriſtum.

Nec fidem vitâ ſat erit probaſſe ;
Víndicem læſi rígidum pudóris
Te manet carcer : Dómino cruentâ
Morte præíbis.

Summa laus Patri, genitóque Verbo :
Æquus ambórum, ſit honos Amóri,
Qui ſacrum Chriſti púgilem potenter
Ungit & armat. Amen.

℣. Loquébar de teſtimóniis tuis, Dómine,
℟. Et non confundébar.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. G. *qui ſe double.* Jo-annes teſtimo-



nium perhibu-it ve- rita- ti ; il-le e-rat



lucer- na ardens & lu- cens.

ORAISON.

DEus, qui præſentem diem honorábilem nobis in beáti Joannis nativitáte feciſti ; da pópulis tuis ſpirituálium grátiam gaudiórum, & ómnium fidélium mentes dírige in viam ſalútis æternæ : Per.

*Mémoire de la Tranſl. de S. Saturnin. Ant.* Nequáquam. ℣. Captábunt. *ci-après*, 453. *Oraiſon*, Deus, qui nos. 456.
*A COMPLIES. Pſſ. & Capit. du Dim. Le reſte comme hier.*

---

LE XXV. JUIN.

## TRANSLATION DE SAINT SATURNIN.

Double-Majeur.

*Si cette Fête eſt renvoyée, & qu'elle ait des I. Vêpres, on les dit de la maniere ſuivante.*

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. 2. *Cor.* 4.

IN mortem trádimur propter Jeſum : ut & vita Jeſu manifeſtétur in carne noſtra mortáli ; ſcientesquóniam ſuſcitávit Jeſum, & nos cum Jeſu ſuſcitábit.

℟. *du* 2.





& morta-le hoc indu-ere immorta- lita-



tem. * Et. Glo- ri-a Patri, & Fi- li-o,



& Spiri- tu-i Sanc- to. † Repoſita eſt.

HYMNE, *du* 5.



HEu! te, ſancte Senex, quis furor impetit?



Cur plebs immeritam te rapit ad necem? Nil morum



gravitas, nil venerabilis Frontis caniti-es movet?

Tauro turba fremens álligat éffero
Artus; moxque gradus per Capitólii
Præceps dejíceris, non tímidus mori,
Qui Chriſto móreris duce.

Urbem per médiam, víctima nóbilis,
Raptáris lácero córpore púlchrior.
Dùm fers tanta, ſiles; córporis ímmemor
Cœlum mente præoccupas.

Quò te cumquè furor bárbarus ábripit,
Fuſus vulnéribus ſignat iter cruor,
Quo, ſparſo véluti ſémine, lætior
Surgit Chriſtíadum ſeges.

Cœlo quos génuit Pontíficis cruor,
Nos, ô Tectóſages, fúndere ſánguinem,
Quandò pace datâ non licet, hunc juvet
Saltèm móribus áſſequi.

Saturníne, tibi tóllimus en manus;
Si te noſtra movent, áſpice ſúpplices:
Nos, ô ſancte Pater, te cúpidos ſequi
Duc, regnas ubì, fílios.

Da te, ſumme Pater, tóllere láudibus;
Da te, Chriſte, ſequi, láurea Mártyrum;
Per te, Numen Amor, frígida péctora
Sacris ígnibus árdeant. Amen.

℣. Captábunt in ánimam juſti;
℟. Et ſánguinem innocentem condemnábunt.

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. G. Nequaquam ut mori ſo-



lent ignavi, mortu-us es; ſed ſicut ſolent cade-



re coram fi-li-is iniquita-tis, ſic corru-iſ- ti.

*Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres.*

*A NONE.* *Doxologie.* *Pſſ. de la Férie.*

Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.



*Ant.* 4. E. Concurre- bat multitu- do, affe-



rentes · ægros qui curabantur omnes.

CAPITULE. *Jérémie* 31.

IN fletu vénient, & in miſericórdia redúcam eos; & convertam luctum eórum in gáudium, & conſolábor eos, & lætificábo à dolóre ſuo.

℟. *br.* Mementóte mirabílium ejus, * Quæ fecit. Mementóte. ℣. Prodígia ejus, & judícia oris ejus, * Quæ fecit. Glória. Mementóte.

℣. Ecce ſic benedicétur homo, ℟. Qui timet Dóminum.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. D. REx mundi defunctos pro ſu-



is legibus, in æternæ vi- tæ reſurrecti- o-



ne ſuſcita- bit. *Ant.* 2. Po-ti-ùs eſt



ab homi- nibus morti datos ſpem expectare



à De-o, i- terùm ab ipſo reſuſci- tandos.




CAPITULE. 2. *Petr.* 3.

NOvos cœlos & novam terram ſecundùm promiſſa Dómini expectámus, in quibus juſtítia hábitat: propter quod, cariſſimi, hæc expectantes, ſatágite immaculáti & inviolàti ei inveníri in pace.

HYMNE, *du* 6.



Jam pro ſupplíciis, longa per ótia
Puro lætítiæ flúmine mérgeris ;
Et pro ſánguine fuſo,
Splendens lúmine glóriæ.
Quondam lethífero vúlnere ſáucium
Palmæ purpúreæ nunc caput ámbiunt ;
Divínis toleráta
Mors penſátur honóribus.
Pœnas quanta breves glória víndicat !
Dùm ſacros cíneres, ſánctaque pígnora,
Hìc noſtras ſuper aras
Chriſto júngimus hóſtiæ.
Fuſus pro Dómino fumat adhuc cruor,
Sacris pignóribus ſpirat adhuc fides :
Si vox muta ſileſcit,
Sanguis díſſerit éloquens.
Spes, ô noſtra, Pater, tempus in últimum ;
Hæc eſt terra tuis culta labóribus :
Devótam tibi gentem
Blandis ſubsídiis fove.
Jugis ſumma Trias, ſit tibi glória,
Quæ te das méritis pródiga præmium ;
Et penſas generóſa
Summis péctora gáudiis.
Amen.

℣. In memória ætérna erit juſtus ;
℟. Ab auditióne mala non timébit.

A Magníficat.



*Ant.* 7. G. Bene-dic-tus tu in



civita-te, & benedictus in agro : & benedictæ



re- liqui-æ tu- æ : benedictus e- ris, tu in-



gredi-ens, & egre- diens.

ORAISON.

DEus, qui nos beáti Saturníni Mártyris tui atque Pontíficis prædicatióne ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuiſti ; éxcita in Tranſlatióne córporis ejus, quam adhuc ſpirant ſacri cíneres pietátem, ejuſque précibus ab omni nos adverſitáte cuſtódi : Per Dóminum.

*Mémoire des SS. Jean & Paul, Martyrs. Ant.* Cùm vos. ℣. Viríliter. *au Commun*, xix. *Oraiſ.* Quæſumus. *ci après.*

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 4. D. De-foſſus, ſe-cu-rus dormi-es ; re-quieſces,



qui-eſces, & non e- rit qui te exterre-at.

*Doxologie*, Uni ſit. *comme à None.*

*A*
Nunc dimittis.



*Ant.* 5. a. Erumpet qua-ſi ma-



nè lumen tu-um, & ſa- nitas tu- a citi-ùs



o- ri- e- tur.

26 Juin. SS. JEAN ET PAUL, Martyrs.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

QUæſumus, omnípotens Deus, ut nos gemináta lætítia hodiernæ feſtivitátis excípiat, quæ de beatórum Joannis & Pauli glorificatióne procédit, quos éadem fides & páſſio verè fecit eſſe germános : Per Dóminum.

27 Juin. SAINT CRESCENT, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui ad géntium illuminatiónem beátum Creſcentem Pontíficem prædicatiónis Evangélicæ glóriâ decoraſti; præſta, ut quos per ipsíus documenta eſſe donaſti fidéles, meritórum imitatóres eſſe concédas : Per.

28 Juin. S. IRÉNÉE, Ev. & Doct. & ſes Compagn. Mart.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui in ſanctórum tuórum córdibus flammam tuæ dilectiónis accendis : da méntibus noſtris eamdem fídei caritatíſque virtútem ; ut Mártyris tui Irenæi & Sociórum, quorum gaudémus victóriis proficiámus exemplis : Per Dóminum.

---

LE XXIX. JUIN.

## ST. PIERRE ET ST. PAUL, APOTRES.

SOLEMNEL-MAJEUR.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*





*Ant.* 1. D. R Eſpici- ens Joannes Jeſum,

V




CAPITULE. 1. *Cor.* 1.

Ignobília mundi, & contemptibília elégit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrúeret ; ut non gloriétur omnis caro in conſpectu ejus.


℟. du 3.
E C- ce ego mit- tam piſcato-
res mul- tos, dicit Do-minus; &
piſcabun- tur fi- li-os Iſ-rael: * Et
oſten-dam e- is manum me- am; &
Sci- ent qui-a no- men mi- hi Do-
minus. ℣. Vidit Jeſus Sim nem & An-
dream fratrem e- jus, & dixit e- is: Fa-
ciam vos fi- eri piſca- to- res ho- mi-
num; * Et. Glori- a Patri, & Fi-
li-o, & Spiri- tu-i Sanc- to.
*On répete le* ℟. Ecce. *juſqu'au* ℣.
HYMNE, du 6.
Q Uos junxit unus vita dùm manſit, labor,
Quos una clarat morte palma Martyres, Ambo
ſacrati principes exercitûs, Cœlo receptos una



vos colit di-es.

Vos, anguláris cui ſubeſt Chriſtus lapis,
Fundátis Ædem : myſtico vos córpori,
Cui præſidére gaudet auguſtum Caput,
Fulgére clara juſſit ambo lúmina.

In te poteſtas clávium, Petre, éminet;
Te, Paule, flumen írrigat ſciéntiæ :
Uterque paſtor, & magiſter, & parens,
Olìmque mundo deſtináti júdices.

Infirmitátem carnis experti tamen,
Noſtis cadúcam fictilis teſtam luti;
Et conſecúti grátiam, cliéntibus
Præſtátis ultrò quam piè poſcunt opem.

Vos ergò votis ſúpplicum ſolémnibus
Adeſte : lapſis impetráte grátiam;
Ut Chriſtiánis aſſequámur móribus,
Quæ ſancta mundo tradidiſtis dógmata.

Sit ſempiterno ſempiterna laus Patri :
Petro ſupernus quem reveláviț Pater,
Æterne Fili, laus tibi ſit máxima :
Sit par ſuprémo laus decuſque Flámini. Amen.

℣. Súſcitans Dóminus à terra ínopem,
℟. Ut cóllocet eum cum princípibus.

A Magníficat.



*Ant.* 8. *G. qui ſe double.* A- it Je-ſus Simo-



ni qui vocatur Petrus, & Andre-æ fratri e-



jus : Ve-ni-te poſt me. Illi, continu-ò



re-lictis re-tibus, ſecu-ti ſunt e-um.

*L'Oraiſon des II. Vêpres ci-après.*

*Mémoire de S. Irenée*, *&c. Ant.* Datæ ſunt. ℣. In ætermum. *p.* xxiij. *Oraiſon*, Omnípotens. *ci-deſſus.*

*A COMPLIES*, *Pſſ. & Capit. de la Férie.*



*Ant.* 5. a. Cor me-um diligit príncipes Iſ-




*Hymne*, Grates. *avec le chant & la Doxologie ſuivante.*

Du 5.










*On chante ainſi l'Hymne & la Doxolog. de Complies de S. Jean-Bapt. à moins que ce ne ſoit dans l'Oct. du S. Sacr.*

*A* Nunc dimittis.













*A NONE. Pſſ. du Dimanche.*










CAPITULE. *Act.* 15.

NIhil diſcrévit Deus inter nos & illos, fide puríficans corda eórum. Nunc ergò quid tentátis Deum, impónere jugum ſuper cervíces diſcipulórum, quod neque

patres noſtri, neque nos portáre potúimus? Sed per grátiam Dómini Jeſu Chriſti crédimus ſalvári quemámodùm & illi.

℟. *br.* Omnes gentes vénient; & adorábunt coram te, Dómine, * Allelúia, allelúia. Omnes. ℣. Et glorificábunt nomen tuum, * Allelúia. Glória. Omnes.

℣. Magnus es tu, & fáciens mirabília; ℟. Tu es Deus ſolus.

## *AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Dixit. *page* 3.



*Ant.* 2. J Uſtum ar- bitror,



quandi-u ſum in hoc taberna- culo, ſuſcita- re



vos in commoni- ti- o-ne.

*Pſ.* Laudáte, púeri. *page* 5.



*Ant.* 3. E. Velox eſt depoſi- ti-o



tabernaculi me- i, ſecundùm quod & Dominus



noſter Jeſus Chriſtus ſigni-fica- vit mihi.

*Pſ.* Crédidi. *page* 30.



*Ant.* 7. G. Dabo o-peram & fre-



quenter habe-re vos poſt o-bitum me-um, ut



*Pſ.* In convertendo. *page* 17.

horum memori-am fa-ci-atis.



*Ant.* 4. E. Properan- tes in adventum di-



c- i Domini, ſata- gite immacula- ti &

invi-ola- ti e-i inveni-ri in pace.

*Pſ.* Dómine probaſti. *avec ſa diviſon, p. 35.*

*Ant.* 1. D. Domini noſtri longanimi- tatem, ſalu-tem ar-bitremi- ni; ſicut & ca-riſ-ſimus fra-ter noſter Paulus ſecun-dùm datam ſi-bi ſapi-en- ti-am ſcrip- ſit vobis.

CAPITULE. 2. *Petr.* 3.

VEſtram éxcito in commonitióne ſincéram mentem, ut mémores ſitis eórum quæ prædíxi verbórum à ſanctis Prophétis, & Apoſtolórum veſtrórum, præceptórum Dómini & Salvatóris.

*Du* 1. ALle- lu- ia, alle- lu- ia.

℣. Iſ- ti ſunt du- o fi- li- i o- le-i, qui aſſiſtunt Domina- to- ri univer- ſæ ter- ræ. Alle- lu- ia.

HYMNE, *du* 6. TAndèm laborum, glori-o-ſi Principes,



Fructum teneris : fana paſsìm corruunt : Quin ipſa



latè Roma victrix gentium, Se Chriſtiano



jam ſtupet ſubdi jugo.

Sævit Tyrannus, ad triumphant víctimæ :
Alter per enſem victor, alter per crucem,
Cœlo corónam laureáti póſſident,
Fuſuſque ſanguis Chriſtiános ſéminat.

Superba ſordent Cæſares cadávera,
Queîs urbs litábat ímpii cultûs ferax :
Apoſtolórum gloriátur óſſibus,
Fixamque adórat cóllibus ſuis crucem.

Nunc, ô cruóre purpuráta nóbili,
Noviſque felix Roma conditóribus,
Horum trophæis aucta, quantò vériùs
Regína fulges orbe toto cívitas!

Sit ſempiterno ſempiterna laus Patri :
Petro ſupernus quem revelávit Pater,
Æterne Fili, laus tibi ſit máxima :
Sit par ſupremo laus decuſque Flámini. Amen.

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini
℟. Mors Sanctórum ejus.

*A* Magníficat.



*Ant.* 5. C. *qui ſe double.* Principes & inclyti



Iſ-ra-el amabiles & deco-ri in vita ſu-a,



in morte quoque non ſunt divi- ſi.

## ORAISON.

DEus, qui hodiernam diem Apoſtolórum tuórum Petri & Pauli martyrio conſecraſti ; da Eccléſiæ tuæ eórum in ómnibus ſequi præceptum, per quos Religiónis ſumpſit exórdium : Per Dóminum.

*A COMPLIES, Pſ. du Dimanche. Le reſte comme hier.*

## DIMANCHE DANS L'OCTAVE.

*Tout l'Office ſe fait comme au Pſeautier, avec mémoire de l'Octave aux I. & II. Vêpres.*

## LE XXX. JUIN.

# COMMÉMORAISON DE S. PAUL, APOT.

Double-Majeur.

*Si cette Fête eſt renvoyée, on dit ainſi les I. Vêpres.*

## *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*

*Les quatre premieres Ant. ſe prennent aux II. Vêp. de la Converſion de S. Paul, le 25 Janv.* *page 365.*




CAPITULE. *1. Tim. 1.*

IDeò miſericórdiam conſecútus ſum, ut in me primo oſténderet Chriſtus Jeſus omnem patiéntiam, ad informatiónem eórum qui creditúri ſunt illi, in vitam æternam.

℞. *du* 5.





vivam, & narrabo opera Do- mini.



* Quod. Glori-a Patri, & Fi-li-o,



& Spiri- tu-i Sanc- to. † In.

HYMNE, *du* 5.



D Ivinum memori pectore Principem,



Paulum pro meritis tollite laudibus: Orbis con-



celebret jam docilis Deo Orbi præpoſitum ducem.

Quam lucem ſúperis fóntibus hauſerat,
Oblitus véterum, raptus in æthera,
Commiſſis pópulis, débitor ómnibus,
Pleno dívidit álveo.

Illi paupéries ſpléndida cópia;
Ingens mœror erat lætítiæ ſeges;
Carcer, naufrágium, crébraque vérbera
Altæ ſémina glóriæ.

Mors deſidérium, mors fuit & lucrum:
Terris hunc rétinet ſola neceſſitas,
Fratrum ſolus amor, pro quibus óbviam
Se totum vovet hóſtiam.

Tandèm Roma virum vidit, inánium
Cultrix Roma deûm: Cæſaris in domum
Infert ille fidem; ſæva nec álligant
Verbum víncula líberum.

Mundo conſpícuum ſeu jubar émicat,
Spargens perpétuum quà gráditur diem:
Humánis óculis qui ſemèl óccidit,
Æterno rútilat die.

Laus ſit ſumma Patri, ſúmmaque Fílio,
Par ſit, ſancte, tibi laus quoque, Spíritus:
Da Paulum, per iter quod docet árduum,
Nobis, quà líceat, ſequi.
Amen.

℣. Quis Deus magnus ſicut Deus noſter?
℟. Tu es Deus qui facis mirabília.

*A* Magníficat.



*Ant.* 2. Ego ſum minimus A-

poſtolo- rum, qui non ſum dignus voca- ri Apoſ-

tolus, quoniam perſecu-tus ſum Eccle-ſiam De-i;

gratiâ autem De-i ſum id quod ſum, &

gratia e- jus in me va- cu-a non fuit.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de S. Pierre, Ant.* Simon Joannis. ℣. Elégit. *Oraiſon,* Deus, qui beáto Petro. *ci-après.*

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres.*

*A NONE. Doxol.* Uni ſit. 461. *Pſſ. de la Férie.*

*Ant.* 2. Abundanti-ùs omnibus labora- vi;

non ego au-tem, ſed gratia De-i mecum.

CAPITULE. 2. *Cor.* 11.

EXíſtimo nîhil me minus feciſſe à magnis Apóſtolis. Nam etſi imperítus ſermóne, ſed non ſciéntiâ; in ómnibus autem manifeſtáti ſumus vobis.

℟. *br.* Benedixit Dóminus, * Et multiplicáti ſunt nimis. Benedixit. ℣. Et póſuit ſicut oves famílias, * Et. Glória Patri. Benedixit.

℣. Confitébor nómini tuo ſuper miſericórdia tua; ℟. Quóniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*

*Ant.* 1. D. IN defenſi-o- nem Evangeli- i

po- ſitus ſum: pro quo legati-one fungor in

ca- tena, i- ta ut in ipſo aude-am, prout


opor- tet me lo-qui. Ant. 3. a. Quæ
circà me ſunt, magis ad profectum venerunt
Evange- li-i ; ita ut vincula me-a manifeſ-
ta fi- erent in omni præto-ri-o ; & plures
in Domino confiden-tes vinculis me- is abun-
danti-ùs auderent ſine timo-re verbum De-i
loqui. Ant. 4. D. Om-ni-a ſuſti-ne-o
propter electos, ut ipſi ſalu-tem conſequantur,
quæ eſt in Chriſto Je- ſu cum glori-a cœleſti.
Ant. 5. C. Magni-ficabitur Chriſtus in corpo-
re me-o, ſive per vi-tam, ſive per mortem :
mihi enim vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.
Ant. 6. Reſponſum mortis in nobiſmetip-




C A P I T U L E. *2. Tim. 4.*

EGo jam delíbor, & tempus reſolutiónis meæ inſtat. Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi. In réliquo repóſita eſt mihi coróna juſtítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die juſtus judex.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel.*






Quantis Magiſtrum, qui caput ímmolat,
Judex corónis nunc décorat bonus,
Poſt tot labóres, tot perîcla,
Poſt váriæ genus omne mortis!

Immerſus alto flúmine glóriæ,
Circumfluentes delícias bibit;
Merceſque ſuſceptos labóres
Exúperat potióre lucro.

Nos de ſupernis áſpice ſédibus
Caros alumnos, quos géneras, Pater,
Verbo feráci; fervidiſque
Nos réfove, tua regna, votis.

Sit ſumma Patri, ſúmmaque Fílio:
Sit, ſancte, compar laus tibi, Spíritus;
Fac quos revelaſti ſalúbres
Tot mónitus patris æmulémur. Amen.

℣. Veníte, fílii, audíte me;
℟. Timórem Dómini docébo vos.

*A* Magníficat.




ORAISON.

DEus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóſtoli prædicatióne docuiſti; da, quæſumus, ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia ſentiámus: Per.

*Pour la mémoire de S. Pierre.*

*Ant. du* 4.




℣. Elégit Dóminus ſervum ſuum,
℟. Páſcere hæreditátem ſuam.

ORAISON.

DEus, qui beáto Petro Apóſtolo tuo, collátis clávibus regni cœleſtis, ánimas ligandi atque ſolvendi

Pontifícium tradidiſti ; concéde, ut interceſſiónis ejus auxílio à peccatórum noſtrórum néxibus liberémur : Qui vivis.

*Enſuite de St. Martial, Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *au Commun, p.* xxvj *Oraiſon*, Deus, cujus. *ci-après.*

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*




*Doxologie*, Uni ſit. *ci-deſſus, p.* 461.

*A* Nunc dimittis.




## FETES DE JUILLET.

1 Juillet. SAINT MARTIAL, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, cujus ineffábili miſericórdiâ beátus Póntifex Martiális in Géntibus evangelizávit inveſtigábiles divítias Chriſti : da nos ejus interceſſióne créſcere in ſciéntia tua, & in omni ópere bono fructificantes, ſecundùm Evangélii veritátem coram te ambuláre : Per.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

LE II. JUILLET.

## VISITATION DE LA SAINTE VIERGE.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie à tout l'Office.*






CAPITULE. *Eccl.* 4.

QUi tenúerint ſapiéntiam, vitam hæreditábunt; & quò introíbit, benedícet Deus. Qui ſérviunt ei, obſequentes erunt Sancto; & eos qui díligunt illam, díligit Deus.

℟. *du* 6.






Urget ſacer te Spíritus
Toto replétam Númine :
Matris Dei jam dígnitas
Nil caritáti détrahit.

Tibi propinquam ſánguine
Matrem puella **víſitas**,
Conceſſa cui divínitùs
Gratáris alvi múnera.

O quanta matrum gáudia !
Stupente natúrâ, gravem
Anum ſtupes, quæ Vírginem
Fœtam Deo te prædicat.

Abſcónditum ſub íntimo
Ceu nube portábas ſinu
Solem, ſuo qui prótinùs
Luſtrábit orbem lúmine.

¶ Mundo redemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima

Cum Patre : nec tibi mi- nor Laus, utriuſque Spíritus Amen.

℣. Víſita nos in ſalutári tuo, Dómine,

℟. Ad videndum in bonitáte electórum tuórum.




*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de l'Oct. des ſaints Apôtres. Ant.* Príncipes. ℣. Pretióſa. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-deſſus, p.* 464.

*Mémoire de S. Martial. Ant.* Sacerdótes. ℣. Salvum. *au Commun, p.* xxx. *Oraiſon*, Deus, cujus. *ci-deſſus*, 471.

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres, ci-après.*

## *A NONE.*

*Doxologie*, ¶ Mundo redemptor. *ci deſſus*




CAPITULE. *Tob.* 12.

BEnedícite Deum cœli, & coram ómnibus vivéntibus confitémini ei, quia fecit vobiſcum miſericórdiam ſuam.

℟. *br.* In Dómino laudábitur ánima mea, * Allelúia, allelúia. In Dómino. ℣. Audiant manſuéti & lætentur, * Allelúia. Glória Patri. In Dómino.

℣. Magnificáte Dóminum mecum ;

℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum.

## *AUX II. VEPRES.*




CAPITULE. 1. *Petr.* 5.

DEus ſuperbis reſiſtit , humílibus autem dat grátiam. Humiliámini ígitur ſub potenti manu Dei , ut vos exaltet in témpore viſitatiónis.

HYMNE, *du* 2.




Hunc ſibi nondùm génitum ſacrávit
Patris æterni Génitus Prophétam:
Spíritu gaudens canit hinc futúra
Utraque mater.

Ecce quàm fructu génitrix utróque
Digna! quàm fructus genitríce dignus!
Hæc Deum Virgo, ſtérilis recondit
Illa Prophétam.

Fac tuos puris hódiè clientes,
Virgo, colluſtret rádiis Redemptor
Ille, quem prodit nova naſcitúro
Grátia vati.

Det ſequi certo pede quà præiſti,
Dùm Patris ſummi paritúra Prolem,
Vilis ancillæ títulum modeſto
Péctore præfers.

Qui paras talem, Deus alme, terris
Ut tuo Chriſto præeat, lucernam,
Nos, bonus, turmis, précibus Maríæ,
Junge ſupernis. Amen.

℣. Exultábit cor meum in ſalutári tuo:
℟. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi.

*A* Magníficat. *Ant.* 7. G.




ORAISON.

ADeſto Eccléſiæ tuæ, miséricors Deus; & filios adoptiónis júgiter in ejus ſinu puríſica, qui Mariæ clauſus útero, Joannem in ſinu Eliſabeth ſanctificaſti: Qui.

*Mémoire de S. Raymond, Prêtre. Ant.* Notum. ℣. Oculi. *au Commun, p.* lj. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après. Enſuite de l'Octave des ſaints Apôtres.*

## *A COMPLIES.*







*Hymne*, Virgineis titulis. *ci-deſſus, page* 215.

A Nunc dimittis.







## 3 Juillet. SAINT RAYMOND, Prêtre.

*Au Commun des Juſtes.*

### ORAISON.

DEus, qui beátum Raymundum Presbyterum, miſericórdiæ viſcéribus implevisti; quæſumus, ut quem páuperum patrem tuâ grátiâ effeciſti, benignum pro nobis interceſſórem júgiter eſſe largiáris: Per Dóminum.

*A VEPRES, depuis le Capitule, on fait de l'Oct. des ſaints Apôtres, avec mémoire de S. Raymond, Ant.* Operátus eſt. ℣. Sacerdótes. *p.* lv. *Oraiſ.* Deus, qui. *ci-deſſus.*

## AUX JOURS DANS L'OCT. DE S. PIERRE & S. PAUL.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit. Pſeaumes de la Férie à tout l'Office.*

*AUX HEURES, on ne dit point* Allelúia. *au* ℟. *br.*

*A VEPRES, la ſeule Ant.* Dómini noſtri. *p.* 463. *Après le Capitule on omet* Allelúia. *avec ſon* ℣. *L'Ant. à* Magnif. *ne ſe double point.*

---

## 6 Juillet. OCTAVE DE S. PIERRE ET S. PAUL.

Double-Mineur.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit. Pſſ. de la Férie à tout l'Office, omettant le rit ſolemnel comme aux jours dans l'Octave.*

### *AUX I. VEPRES.*

℣. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt;
℟. Quóniam glória virtútis eórum tu es.

A Magníficat.






ORAISON.

DEus, cujus déxtera beátum Petrum ambulantem in flúctibus, ne mergerétur, eréxit; & Coapóſtolum ejus Paulum tértiò naufragantem de profundo pélagi liberávit : exaudi nos propítius, & concéde, ut ambórum méritis æternitátis glóriam conſequámur; Qui vivis.

## *AUX II. VEPRES.*

*On omet* Allel. *avec ſon* ℣. *On ne double point l'Ant à* Magn. *Mémoire de S. Proſper. Ant.* Beátus qui. ℣. Beátus homo. *au Commun, p.* xxxiv. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après.*

## 7 Juillet. SAINT PROSPER, Docteur.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

DEus, qui beátum Próſperum, exímium grátiæ Chriſti defenſórem effeciſti; ádjuva nos ejus interceſſióne, ut in vácuum à nobis éadem grátia tua nunquàm recipiátur : Per eumdem Dóminum, &c.

## 10 Juil. SS. SEPT FRERES & STE. FÉLICITÉ, Mart.

ORAISON.

DA nobis, miſéricors Deus, unánimes in fide & dilectióne tua perſeveráre, qui ſanctos Mártyres tuos eſſe tribuiſti ſincérâ caritáte in vita concordes, & glorióſâ confeſſióne in morte conjunctos : Per Dóminum.

## 11 Juillet. SAINT BENOIT, Abbé.

*Au Commun des Abbés.*

ORAISON.

DEus, qui beátum Benedictum Abbátem, de ejus quæ in mundo eſt concupiſcéntiæ corruptióne ereptum, Chriſto fidéliter adhærére feciſti; quæſumus, ut contrà ſéculi hujus illécebras tuâ virtúte roboráti, brávium ſupernæ vocatiónis conſtanter pérſequi, & felíciter áſſequi valeámus : Per eumdem Dóminum.

---

## 12 Juillet. SAINT HONEST, Prêtre.

Sémidouble.

*Tout au Commun des Juſtes Prêtres, excepté ce qui ſuit.*

## *AUX I. VEPRES.*

℣. Hic accípiet benedictiónem à Dómino,
℟. Et miſericórdiam à Deo ſalutári ſuo.




*Oraiſon*, Deus, qui, &c. *ci-après.*

*Mémoire de S. Benoît*, *Ant.* Attendite. ℣. Juſtus. *au Commun des Abbés*, *p.* xlvj. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-deſſus.*

## *AUX II. VEPRES.*

℣. Annuntiávi & locútus ſum ;
℟. Multiplicáti ſunt ſuper númerum.




### ORAISON.

DEus, qui apoſtólicis ſancti Saturníni labóribus beátum Honeſtum Sacerdótem tuum aſſociáre dignátus es ; tríbue, quæſumus, ut ipsíus mérita miſericórdiam tuam pro nobis exórent, & fructum in nobis labórum ejus cuſtódiant : Per Dóminum.

## 14 Juillet. SAINT BONAVENTURE, Ev. & Doct.

*Au Commun des Docteurs. Oraiſon*, Omnípotens. *p.* xxxiv.

## 17 Juillet. S. SPERAT & SES COMPAGNONS, Mart.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs. Oraiſon*, Omnípotens..... Mártyris tui Speráti & ſociórum, &c. *p.* xix.

*Vêpres de la Fête ſuivante, avec mémoire de la précédente.*

## 18 Juillet. S. THOMAS D'AQUIN, Docteur.

*Au Commun des Docteurs.*

### ORAISON.

DEus, qui Eccléſiam tuam beáti Thomæ Doctóris mirá eruditióne claríficas, & ſanctâ operatióne fœcundas ; da nobis, quæſumus, & quæ dócuit intellectu conſpícere, & quæ egit imitatióne complére : Per.

*A Vêp. mémoire de S. Vincent de Paul. Ant.* Notum. ℣. Oculi. *au Commun*, *p.* lj. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après.*

19 Juillet. SAINT VINCENT DE PAUL, Prêtre.

*Au Commun des Juſtes, Prêtres.*

ORAISON.

DEus, qui ad evangelizandum paupéribus, derelictórum infirmorumque miſérias ſublevandas, & Eccleſiáſtici Ordinis decórem promovendum, Fílii tui Spíritum in apoſtólica beáti Vincéntii caritáte & humilitáte ſuſcitaſti; ejus nobis interceſſióne concéde, ut à peccatórum miſériis ſublevári, eâdem tibi ſemper caritáte & humilitáte placeámus: Per eumdem.... in unitáte ejuſdem.

20 Juillet. STE. MARGUERITTE, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres. Or.* Omnípotens, &c.

21 Juillet. SAINT VICTOR, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

COntere, Dómine, ſátanam ſub pédibus noſtris, qui beáto Victóri Mártyri tuo in confeſſióne tui nóminis, cultum dæmoniórum calcáre tribuiſti: Per Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

---

LE XXII. JUILLET.

## SAINTE MARIE MADELEINE.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*




infirmitatibus,

infirmi- tatibus ; & miniſtra-bant e- i de fa-

cultatibus ſu-is. *Ant.* 1. D. De Mari-

a Magdale- ne Jeſus eje- cerat ſeptem dæ-

moni-a. *Ant.* 8. G. Ejici- e- bat ſpiritus

verbo, ut adimpleretur quod dictum eſt : Ip-

ſe infirmitates noſtras acce- pit, & ægrotati-

o-nes noſtras portavit.

CAPITULE. *Tob.* 11.

BEnedíco, te, Dómine, Deus Iſraël, quia tu caſtigaſti me, & tu ſalvaſti me.

℟. *du* 1. E- Greſ-ſus es in ſa- lutem

po- pu-li tu- i, * Egreſ- ſus es

in ſalu- tem cum Chriſto tu-o, Do- mi-

ne : † Maledixiſ- ti veni- entibus ut tur-

bo, ad diſpergen- dum me. ℣. In



hoc apparu-it Fi-li-us *De-* i, ut diſſol-



vat o- pera di-a- bo-li. * Egreſ-



ſus. Glori-a Patri, & Fi-li-o, & Spi-



ri- tu-i Sanc- to. † Maledixiſ- ti.

HYMNE, *du* 5.



PRocul, maligni, cedite, ſpiritus, Nunc



imperanti cedite Numini, Feſſamque duris



Magdalenam Parcite nunc agitare pœnis.

Chriſti jubentis númine térriti
Fugêre ſeptem : mox ſibi réddita
Te, Chriſte, conſectátur unum,
Et mémori tibi mente ſervit.

Quin & cruentâ de trabe péndulo
Chriſto litábat mille doló-ribus :
Quàm vellet inſontis Magiſtri
Sola graves toleráre pœnas!

Miſcére fletus ſánguinis æmulos
Non ceſſat, aſtans víctima víctimæ :
Chriſtus ſilendo, nil rependit :
Quàm méliùs probat hinc amantem!

Laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio :
Sit ſumma puro laus quoque Flámini,
Afflante quo ſemper caleſcunt
Æthéreis pia corda flammis. Amen.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino,
℟. Qui ſanat omnes infirmitátes tuas.

*A* Magníficat.



*Ant.* 6. Quod eſt hoc verbum,



qui-a in poteſta-te & virtu-te imperat im-



mundis ſpiri- tibus, & e- xeunt?

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de S. Victor, Ant.* Juſtum. ℣. Poſuiſti. *au Commun, p.* xv. *Oraiſon*, Cóntere. *ci-deſſus, p.* 480.

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres, ci-après.*

## *A NONE, Pſſ. de la Férie.*

*Doxologie comme à Complies.*



*Ant.* 7. ç. Vade ad fratres me-os, & dic



e-is: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem



veſtrum; De-um me-um, & De-um veſtrum.

CAPITULE. *2. Tob.* 12.

SAcramentum regis abſcóndere bonum eſt; ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum eſt.

℟. *br.* Confitébor tibi, Dómine, * In toto corde meo. Confitébor. ℣. Narrábo ómnia mirabília tua, * In toto. Glória Patri. Confitébor.

℣. Ecce lábia mea non prohibébo: ℟. Dómine, tu ſciſti.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. f. REgreſ- ſæ mu-li- eres à mo-



numen-to, nunti-a- verunt undecim omni-a



quæ viderant: erat autem Mari-a Magdale-



ne, & Jo-anna; & ceteræ quæ cum e-is erant,




Capitule. *Act.* 10.

Quem occidérunt ſuſpendentes in ligno, hunc Deus ſuſcitávit tértiâ die, & dedit eum manifeſtum fieri.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel, on dit :*






HYMNE du 5.




Quem quæris ipſo fúneris in ſinu,
Victo triumphat fúnere clárior.
Vivit: retecto jam ſepulcro,
Ecce jacent revolúta ſaxa.

Myrrham quid affers, vánaque bálſama?
Hæc luce functis débita múnera:
Mox ille donandos olympo
Non eget his redivívus artus.

Ingens amantem te dolor índicat;
Amans viciſsim ſe Deus óbtulit:
Agnoſce vocem tu Magiſtri
Nómine te próprio vocantis.

Tu prima teſtis, prímaque núntia,
Velox in urbem prótinùs ádvola;
Chriſtíque nutantes Miniſtros
Plena Deo propióre firma.

Laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio:
Sit ſumma puro laus quoque Flámini,
Afflante quo ſemper caleſcunt
Æthéreis pia Corda flammis. Amen.

℣. Narrábo nomen tuum frátribus meis:
℟. In médio eccléſiæ laudábo te.

*A* Magníficat. 

*Ant.* 8. *G.* E- rant A- poſto-li



perſeverantes unani- miter in ora- ti- o- ne cum



mu- li- e- ribus : & reple- ti ſunt omnes Spi-



ritu ſancto.

ORAISON.

DEus, cujus Unigénitus poſt reſurrectiónem ſuam primò Maríæ Magdalénæ appáruit : præſta, quæſumus, ut ejus interceſſióne eumdem in déxtera tua ſedentem vidére mereámur Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum ; Qui tecum vivit.

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. a. Bonus eſt Dominus ſperantibus



in e- um, a- nimæ quærenti il- lum.

*Doxologie aux Heures.*

*Du 6.* 

Qui Magdalenæ viſus es, Jeſu, tibi ſit glo-



ri-a Cum Patre, cumque Spiritu, Nunc, & per



omne ſeculum. A- men.

*A* Nunc dimittis. 

*Ant.* 5. a. Inve- ni quem di- li-



git a- nima me- a ; te- nu-i e- um, nec




## LE XXV. JUILLET.
## SAINT JACQUES, APOTRE.

Double-Majeur.

*Tout au Commun des Apôtres, excepté ce qui ſuit.*

### *AUX I. VEPRES.*

℣. Mihi adhærére Deo bonum eſt,
℟. Pónere in Dómino Deo ſpem meam.




*Oraiſon*, Omnípotens. *ci-après.*

*Mémoire de S. Chriſtophe*, *Ant.* Ecce. ℣. In Deo. *Oraiſon*, Adeſto. *au Commun*, *p.* x.

### *AUX II. VEPRES.*

℣. Propter te, Dómine, mortificámur totâ die;
℟. Æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis.





occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladi-o.

### O R A I S O N.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui Apoſtolórum tuórum primítias beáti Jacóbi ſánguine dedicaſti : da, quæſumus, Eccléſiæ tuæ, ejus ſemper & confeſſióne firmári, & patrocíniis confovéri : Per Dóminum.

*Mémoire de S. Joachim & Ste. Anne. Ant.* Egrediétur. ℣. Jurávi. *Oraiſon*, Deus, qui beátis. *ci-après.*

---

## LE XXVI. JUILLET.

## SAINT JOACHIM ET SAINTE ANNE,

### Pere & Mere de la Sainte Vierge.

Double-Majeur.

*Si cette Fête a de I. Vêpres, on les dit ainſi.*

### *AUX I. VEPRES, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 6. E- Go Dominus qui appa- ru-



i Abraham, I- ſa-ac & Jacob, in De o



omnipo- tente : recorda- tus ſum pacti me-i.



*Ant.* 8. *G.* Ego e- ro vobis in De-um ;



ut ſuſcitem juramentum quod juravi pa- tribus



veſtris. *Ant.* 3. a. Abraham patrem veſ-



trum unum voca- vi, & benedixi e- i, & mul-



tiplica- vi e-um. *Ant.* 7. c. Reſpi-ci-am



vos & creſ- cere fa- ci-am : & firmabo



pactum me-um vobiſcum. *Ant.* 1. f. Germina-



re fa-ci-am Da- vid germen juſti- ti-æ :



multiplicabo ſe- men David ſer- vi me-i.

CAPITULE. *Iſ.* 55.

INclináte aurem veſtram, veníte ad me : audíte, & vivet ánima veſtra, & fériam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericórdias David fidéles.

℟. *du* 8.



ECce dies ve- niunt di-cit



Do- minus : & * Suſcita- bo Da- vid



germen juſ- tum : & regna- bit rex, &



† Faci-et judi- ci-um & juſti- ti-am in



ter- ra. ℣. Dabo vo- bis ſanc-



ta Da- vid fi- de- li-a :



* Suſcita- bo. Glori- a Patri, & Fi-



li-o, & Spi- ri- tu-i ſanc- to.




HYMNE, *du* 1.




Qui ſacra nectit víncula,
Vos jungit ínnocens amor;
Pioſque ſenſus ápprobans
Divínus aſpírat favor.

Virtúte ſolâ dívites
Non vos opum fallax decus,
Sed corde fervens cáritas,
Et caſta commendat fides.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Jurávi in ſancto meo, ſi David méntiar:
℟. Semen ejus in æternum manébit.

*A* Magníficat.




*L'Oraiſon des II. Vêpres ci-après.*

*Mémoire de S. Jacques, Ant.* Miſt. ℣. Propter, &c. *Oraiſon*, Omnípotens. *ci-deſſus, p.* 487 *&* 488.

*A COMPLIES, comme aux II. Vêp. ci-après.*

*A NONE. Doxolog.* Qui natus es. *Pſſ. de la Férie.*






C A P I T U L E. *Prov.* 17.

Coróna ſenum fílii filiórum ; & glória filiórum patres eórum.

℟. *br.* Hæc eſt generátio * Quæréntium Dóminum. Hæc eſt. ℣. Quæréntium fáciem Dei Jacob , * Quæréntium. Glória. Hæc eſt.

℣. Plantáti in domo Dómini ,

℟. In átriis domûs Dei noſtri florébunt.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Rom.* 9.

SUnt Iſraelítæ, quorum adóptio eſt filiórum, & glória, & teſtamentum, & legiſlátio, & obſéquium, & promiſſa ; quorum patres, & ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper ómnia Deus Benedictus in ſécula. Amen.

[ *Là où cette Fête eſt du rit Solemnel, on dit :*



HYMNE, du 1.



P Romiſſa mundo gaudi- a Jam ſperat



humanum genus ; Adſunt be-a- ti conjuges,



Orbique Chriſtum præparant.

Hunc Anna votis ádvocans,
Summi parentem Núminis,
Thori fidélis præmium,
Favente cœlo, cóncipit.

Fœcunda radix púllulans
Florem tenellum próferet,
Qui lætus optáto dabit
Fructum ſalútis gérmine.

Qui natus es de Virgine, &c.

℣. Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ,
℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſrael.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. a. Suſce- pit De- us Iſra-



el pu-erum ſu- um, recordatus miſericordi-æ



ſu-æ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros A-



braham & ſemini e- jus in ſecula.

O R A I S O N.

DEus, qui beátis Jóachim & Annæ tantam grátiam conferre dignátus es, ut ex eis unigéniti Fílii tui mater naſcerétur ; concéde propítius, ut quorum feſtivitátem celebrámus, eórum précibus promiſſam in Chriſto ſalútem conſequámur : Per eumdem Dóminum.

*Mémoire de S. Pantaléon, Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *au Commun, p.* x. *Oraiſon*, Da Eccléſiæ tuæ. *ci-après.*

*A C O M P L I E S. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 6. Bo- num eſt præſtola- ri cum ſi-



len-ti-o ſaluta- re De-i.

*Doxologie*, Qui natus es, &c.

*A* Nunc dimittis.




27 Juillet. SAINT PANTALÉON, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DA Eccléſiæ tuæ, quæſumus, Dómine, ſancto Pantaleóne Mártyre tuo intercedente, ſuperbè non ſápere, ſed tibi plácitâ humilitáte profícere; ut prava deſpíciens, quæcumque recta ſunt líberâ exérceat caritáte: Per Dóminum.

29 Juillet. SAINT LOUP, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DIrige oves tuas, Dómine, in viam ſalútis æternæ, quàm beáti Pontíficis Lupi vita cum doctrína monſtrávit; & fac nos, eódem intercedente, ſic ejus ſúbſequi veſtígia, ut cum ipſo coronári mereámur: Per.

30 Juillet. SAINT GERMAIN, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DA nobis, Dómine, in hac ſancti Pontíficis Germáni feſtivitáte, cœleſtis grátiæ, quam ille verbis, opéribus & miráculis aſſéruit, præſens adeſſe præſídium; ut dùm tanti Præſulis exempla mirámur & cólimus, ejus étiam fidem & actiónes imitémur; Per.

31 Juillet. S. IGNACE DE LOYOLA, Prêtre.

*Au Commun des Juſtes. Oraiſon*, Dómine Deus, &c.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

# FETES D'AOUT.

## LE PREMIER AOUT.
## SAINT PIERRE AUX LIENS.

Duble-majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



CAPITULE. *Jérém.* 1.

EGo dedi te hódiè in civitátem munítam, & in columnam férream, & in murum æreum ſuper omnem terram, régibus Juda, princípibus ejus, & ſacerdóribus, & pópulo terræ; & bellábunt adversùm te, & non prævalébunt, quia ego tecum ſum, ait Dóminus, ut líberem te.

℟. *du* 5.




HYMNE, *du* 1.





hena fruſtrà vincla captivos tenent; Fruſtrà ſa-



telles ſervat inſomnis fores : Inter ca- tenas



mente ſtant li- berrima.

Ornant revinctos inviden-
dæ cómpedes ;
Nec ponderóſæ, quas amor
leves facit :
Non denſa tetri cárceris nox
óbſidet,
Æterna ſummo quos manet
cœlo dies.
Dulces caténæ! quæ reum
non árguunt,
Sed Chriſti amantem quæ
probant Apóſtolum;
Regum corónis, áureis
monílibus,
Vos ſacra pluris æſtimámus
víncula.
Sit ſempterno ſempiter-
na laus Patri :
Petro ſupernus quem reve-
lávit Pater,
Æterne Fili, laus tibi ſit
máxima :
Sit par ſupremo laus decuſ-
que Flámini. Amen.

℣. Dómine Deus meus in te ſperávi ;
℟. Salvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me.

*A* Magníficat.



*Ant.* 3. a. Dominus De- us au-



xili-a- tor me- us, & ſci- o qui- a non



confundar.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci après.*

*Mémoire de S. Ignace, Ant.* Operátus eſt. ℣. Sacerdótes. *au Commun, p.* lv. *Oraiſon*, Dómine Deus. *p.* lj.

*Pour la mémoire des SS. Machabées.*

*Ant.* 1. A.



Para-ti ſumus mo-ri magìs quàm pa-



trias De-i le-ges prævari- cari.

℣. Iníquè non égimus in teſtamento tuo, Dómine; ℟. Et non receſſit retrò cor noſtrum.

ORAISON.

FRaterna nos, Dómine, Mártyrum tuórum Machabæórum coróna lætíficet; quæ & fídei noſtræ præbeat incrementa virtútum, & multíplici nos ſuffrágio conſolétur : Per Dóminum.

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres.*

*A NONE. Doxol. comme à Compl. Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. *Géneſ.* 49.

DIſſolúta ſunt víncula brachiórum & mánuum illíus per manus Potentis Jacob.

℟. *br.* Miſit de cœlo Dóminus, * Et liberávit me. Miſit. ℣. Dedit in oppróbrium conculcantes me, * Et. Glória Patri. Miſit.

℣. Salvum me fecit Dóminus, ℟. Quóniam vóluit me.

*AUX II. VESRES. Pſſ. de la Fér.*



raſ- ti me à re- ge iniquo. *Ant.* 1. g.

Liberaſ- ti me ſecundùm multitu- dinem

miſericordi-æ nominis tu-i, de manibus quæ-

ren- ti-um a-nimam meam. *Ant.* 3. a. Can-

ta-te Domino lauda-te Do- minum ; qui-a

libera- vit a-nimam pauperis de manu malorum.

CAPITULE. 2. *Reg.* 22.

PRevénit me in die afflictiónis meæ, & factus eſt Dóminus firmamentum meum, & eduxit me in latitúdinem ; liberávit me, quia complácui ei.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel, on dit :*

*Du* 6. ALle- lu- ia, alle- lu-ia.

℣. Vi- vit Do- minus quo-

ni-am revoca- vit me vobis gaudentem in

victo- ri-a ſu- a, in eva- ſi-o- ne

me- a. Alle- lu- ia.]

HYMNE, du 1.

PEtrum, tyranne, quid catenis obruis,
Jubeſque condi carceris nigro ſpecu? Quid trux
ſatelles ante limen excubat? Carcer, ſa- telles,
vincla non Petrum tenent.

Fulgens ab alto venit Ales æthere;
Recédit horror, & fugat noctem dies:
Jubente Chriſto, rupta vincla cóncidunt;
Panduntur ultrò clauſa ferro límina.

Cœleſtis ille ductor oſtendit viam:
It Petrus; atque ſómnium quot ſit, putat:
Verùm, receptâ mente, victrícem Dei
Suæ ſalútis certus agnoſcit manum.

Lux noſtra, Chriſte, noſtra libertas, vides
Quibus caténis vínciant nos crímina.
Et quanta noſtris íncubet nox méntibus:
Cæcis diem fer, rumpe vinctis víncula.

Sit ſempiterno ſempiterna laus Patri:
Petro ſupernus quem revelávit Pater;
Æterne Fili, laus tibi ſit máxima:
Sit par ſupremo laus decuſque Flámini. Amen.

℣. Deus, edúcis me ab inimícis meis;
℟. Proptereà confitébor tibi in géntibus.

A Magníficat. *Ant.* 4. D. Narra- vit Petrus quo-
modò Dominus eduxiſ-ſet e- um de carcere,
dixitque: Nuntiate Jacobo & fratribus hæc;
& egreſ- ſus a- bi-it in a- li- um locum.

ORAISON.

DEus, qui beátum Petrum Apóſtolum, à vínculis abſolútum, illæſum abíre feciſti : noſtrórum, quæſumus, abſolve víncula peccatórum ; ut ab eórum néxibus expedíti, viam mandatórum tuórum líberâ mente currámus : Per Dóminum.

*Mémoire de S. Etienne, Pape, Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *au Commun, p.* x. *Oraiſon*, Deus, cujus. *ci-après.*

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*







*Doxologie aux Heures.*

*Du* 6.










*A* Nunc dimittis










2 Août. SAINT ETIENNE, Pape & Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DEus, cujus grátia beátum Stéphanum Pontíficem tuum in ſacerdótium elégit, doctrína ad prædicandum erúdiit, poténtia ad perſeverandum confirmávit ; da nobis ex ejus imitatióne pópulum chriſtiánum & inſtrúere vivendi exemplo, & confirmáre patiendo : Per.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

## LE III. AOUT.
## RÉVÉLATION OU INVENTION DU CORPS DE S. ÉTIENNE, I. MARTYR.

*A Toulouſe*, Annuel. [*Dans le Dioceſe*, Double-majeur.]

***AUX I. VEPRES.*** *Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Iſ.* 66.

HÆc dicit Dóminus : Conſolábor vos, & in Jerúſalem conſolabímini. Vidébitis, & gaudébit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinábunt, & cognoſcétur manus Dómini ſervis ejus.





ri- tu-i ſanc- to. † Et ap-pa-



re- bit.

*A Toulouſe on répete le* ℟. Ignótus. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du* 6.



Q Uis Luci- ano, dùm placidus ſopor Reſ-



taurat artus, ſe vene- rabi-li Splendens ſenec-



ta, nunc videndum Sydere-a dat ab arce Princeps.

Tu miſſus aſtas, ſancte Gamáliel;
Tu clara primi pígnora Mártyris
Tellúre monſtras ſub profundâ,
Quo láteant inhonóra ſaxo.

Præſul Joannes, non ſemèl éditis,
Per noctis umbras, admónitus ſonis
Accédat; & pandat ſepulcrum,
Et Stéphani ſacra tollat oſſa.

Hùc &, ſacráti, cúrrite, Præſules;
Hùc urbe læti de Sólyma greges:
Hìc, veſte candentes Miniſtri,
Æthéreos celebráte plauſus.

O pompa felix! ô nova gáudia!
Quantis retectum ſpirat odóribus
Juſti ferétrum! quàm ſalúbres
Exúvias pia turba novit!

Laus tanta, Martyr, te decet; en diù
Raptos honóres réddere tunc juvat,
Et ſancta neglectis tot annos
Templa Sion decoráre gemmis.

Laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio:
Sit, ſancte, compar laus tibi, Spíritus,
Quo, morte jam victâ, triumphat
Magníficis Stéphanus trophæis. Amen.

℣. Dabis, Deus, gáudium & lætítiam,
℟. Et exultábunt oſſa humiliáta.

*A* Magníficat.



*Ant.* J. [ *à Toul. double.* ] Re-ve- lat

Deus



De- us de te- nebris, & produ- cit



in lu- cem um- bram mor- tis:

*Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

[*Dans le Dioceſe, mém. de S. Étienne, Pape & Mart.* *Ant.* Juſtum. ℣. Poſúiſti. *au Commun, p.* xv. *Oraiſon,* Deus cujus. *ci-deſſus, page* 501.

*A COMPLIES, Pſſ. de la Fér. Le reſte aux II. Vêpres.*

*A NONE, Doxologie comme à Complies ci-après.*

[*A Toulouſe, Pſſ. du Dim. & dans le Dioc. Pſſ. de la Fér.*]



*Ant.* 1. D. Cùm te- tigiſ- ſet cada-ver oſſa



e- jus, revi- xit ho-mo, & ſte- tit ſu-per



pedes ſu- os.

C A P I T U L E. *Ecclés.* 48.

QUis poteſt ſimíliter ſic gloriári tibi? qui ſuſtuliſti mórtuum ab ínferis de ſorte mortís in verbo Dómini Dei.

℟. *br.* Dóminus mortíficat & vivíficat, * Allelúia, allelúia. Dóminus. ℣. Dedúcit ad ínferos, & redúcit, * Allelúia. Glória. Dóminus.

℣. Deus virtútum, vivificábis nos;

℟. Et nomen tuum invocábimus.

## *A U X I I. V E P R E S.*

*Dans le Dioceſe, Pſſ. de la Férie; à Toulouſe, comme ſuit.*

*Pſ.* Beátus vir. *p.* 5.



*Ant.* 1. D. MOrtu- i eſtis,



& vi- ta veſ- tra eſt abſcondi-ta cum



Chriſto in De- o.

*Pſ.* Crédidi. *page* 39.



*Ant.* 2. Ha,


ben-tes ſpi- ritum fi- de-i, cre- di-
mus; ſci- en-tes quo- ni-am qui ſuſci-ta- vit
Je- ſum à mor-tu-is, & nos cum Je- ſu
ſuſci- ta- bit. Pſ. Ad Dómi- num. p. 21. Ant. 3. E. Qui
ſuſ-ci-ta- vit Je- ſum Chriſ-tum à mor- tu-
is, vivi-fica-bit & morta-li- a corpora veſ-
tra, propter inhabi-tantem ſpi- ritum e- jus in
vo- bis. Pſ. Lætátus ſum. page 21. Ant. 4. E. Sci- mus
quò- ni-am ſi terreſtris domus noſtra hu- jus ha-
bi-ta-ti- o-nis diſ-ſolva-tur, quòd æ- di- fi-cati-o-
nem ex De- o ha-be-mus, do- mum non manufac-
tam, æ-ter-nam in cœ-lis. Pſ. In convertendo. page 17.
Ant. 5. C. Pri-mi-ti-as Spiri-tus ha-ben-

tes, in-trà nos ge- mimus, adopti-o-nem fi- li-o-

rum De- i ex-pectan-tes, redempti-o-nem cor-

po-ris noſ-tri.

CAPITULE. *Philip. 3.*

NOſtra converſátio in cœlis eſt, undè étiam Salvatórem expectámus Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformábit corpus humilitátis noſtræ configurátum córpori claritátis ſuæ.

[ *A Toulouſe l'on dit,*

*Du 6.* ALle- lu- ia, al- le- lu- ia. ℣. Mag- na eſt glo- ri-a e- jus in ſa- lu- tari tu- o, Domine: da- bis e- um in be- nedicti- o- nem in ſe-cu-lum ſe- culi. Al- le- lu- ia. ]

HYMNE, *du 1.* OBſcu-ros te- nebris, Chriſte, vetas premi, Cla-râ qui, pugi-les, te ne- ce præ-di-cant; Quæ

ſub noc-te jacent temporibus ſu-is Hæc ple-no re-tegis di-e.

Quæ celáta diù pulvéreo ſitu,
Monſtras oſſa tui ſpléndida Mártyris,
Ad cujus cíneres cúrritur, & ſuus
Siccis eſt honor óſſibus.

Flores è túmulo vim médicam trahunt;
Et cæco ſúbitum reſtítuunt diem,
Qui dux ipſe ſuî jam répetit domum
Cœli múnere lætior.

Ultor nempè Deus, non méritæ necis
Sacris oppróbrium penſat honóribus:
Claros prodígiis, ac venerábiles
Ipſos vel túmulos facit.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
Amborumque, tibi máxima, Spíritus,
Qui dùm, ne péreant, pígnora cólligis,
Nobis præsídium paras.
Amen.

℣. Cor meum & caro mea,
℟. Exultavérunt in Deum vivum.

A Magníficat.

*Ant.* I. [*à Toul. double.*] No- vos cœ- los & no-vam terram, ſecundùm promiſſa Domini, expectamus, in qui- bus juſti- ti-a ha- bi-tat; prop- ter quod hæc expectan-tes, ſa- ta- gi-te immacula- ti & invi-o- la- ti ei inveni- ri in pa- ce.

ORAISON.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui ſacrum beatíſſimi Proto-Mártyris Stéphani corpus fidélibus tuis reveláre dignátus es; concède, ejus interceſſiónis auxílio, nos ab inſtántibus tribulatiónibus liberári, & æternis conſolatiónibus adimpléri; Per Dóminum.

[ *Dans le Dioceſe ſeulement on fait mémoire de S. Dominique, Prêtre. Ant.* Notum. ℣. Oculi. *p.* lj. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci après.*

## *A COMPLIES.*

*A Toulouſe, Pſſ. & Capit. du Dimanche; dans le Dioceſe, Pſſ. & Capitule de la Férie.*




*Doxologie aux Heures.*




A Nunc dimittis.









¶ *La Fête de l'Invention de S. Étienne ne ſe célebre avec Octave qu'à Toulouſe & dans ſes Fauxbourgs.* ]

## JOURS DANS L'OCTAVE DE SAINT ÉTIENNE.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit.*

*Pſeaumes de la Férie à tout l'Office.*

*A VEPRES. Pſſ. du Dimanche, avec la ſeule Ant.* Mórtui eſtis. *p.* 505. *On omet* Alleluia. *avec ſon* ℣. *& on ne double point l'Ant. à* Magníficat.

## DIMANCHE DANS L'OCTAVE.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté les Pſſ. qu'on dit du Dimanche, en ſupprimant le rit Solemnel.*

*Dans le Dioceſe,*

## 4. Août. SAINT DOMINIQUE, Prêtre.

*Au Commun des Juſtes, Prêtres.*

[ *A Toulouſe, mémoire de S. Dominique.* ]

ORAISON.

DEus, qui Eccléſiam tuam beáti Domínici illumináre dignátus es méritis & doctrínis; concéde, ut ejus interceſſióne temporálibus non deſtituátur auxíliis, & ſpirituálibus ſemper profíciat incrementis. Per Dóm.

*Dans le Dioceſe,*

## 5. Août. SAINT FELIX, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

[ *A Toulouſe, mémoire de S. Felix.* ]

ORAISON.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui in corde Mártyris tui Felícis eum caritátis ignem accendiſti, ut mundi nec blandítiis nec terróribus vincerétur; ejus interceſſióne concéde, ut eádem caritáte ferventes, mundum ſive blandientem, ſive ſævientem pro tui nóminis amóre ſuperáre valeámus; Per Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

---

LE VI. AOUT.

## TRANSFIGURATION DE N. S. J. C.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Iſ.* 4.

IN die illa erit germen Dómini in magnificéntia & glória, & fructus terræ ſublímis, & exultátio his qui *ſalváti fúerint de Iſraël.*


℟. *du* 1.
DIcebat Je- ſus diſci- pu-lis
ſu- is: Amen dico vo- bis; ſunt de
hic ſtan- tibus, qui * Non guſta- bunt
mor- tem, donec vi- de-ant regnum De-
i ve- ni-ens in virtu- te. ℣. Poſu-
it oculum ſu- um ſuper corda il- lo-
rum, oſ-tende-re il-lis magnali-a o- perum
ſu- o- rum: * Non. Glori-a Pa-tri,
& Fi- li-o, & Spi-ri- tu-i ſanc-
to. * Non.
HYMNE, *du* 4. HOc juſ- ſa quondàm rum-pimus Feſto
di- e ſi-lenti- a: Ce- la-ta dudùm jam decet Vul-
ga-re nos myſte- ri-a.

Montis ſub alto vértice,
Tribus vocátis téſtibus,
O Chriſte, viſus háctenùs
Terris homo, pates Deus.

Tuæ latens lucis jubar
Sacros in artus éffluit:
Veſtis tuo te númine,
Tibíque totus rédderis.

Cœlo tonante, prótinùs
Audita ſummi vox Patris:
Te, nube ruptâ, Filium,
Quo gloriátur, áſſerit.

Hic eſt Magiſter ómnium,
Quem pronus orbis áudiat:
Siléte, mortáles; Deus
Qui nos docet, fatur Deus.

Qui, nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri;
Tibíque Nato; nec minor
Laus utriuſque Flámini.
Amen.

℣. Apud te, Dómine, eſt fons vitæ;
℟. Et in lúmine tuo vidébimus lumen.

*A* Magníficat.




*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*
[*A Toulouſe, mém. de l'Octave, & de S. Félix.*]
*Dans le Dioceſe, on fait ſeulement mémoire de S. Félix.*
*Ant.* Juſtum. ℣. Poſuiſti. *p.* xv. *Oraiſ.* Omnípotens. *p.* 510.
*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres, ci-après.*
*A NONE, Pſeaumes de la Férie.*
*Doxologie comme à Complies, ci-après.*



CAPITULE. *Hébr.* 2.

PRoptéreà abundántiùs oportet obſerváre nos ea quæ audívimus, ne fortè pereſſuámus. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis prævaricátio & inobediéntia accépit juſtam mercédis retributiónem; quómodò nos effugiémus, ſi tantam neglexérimus ſalútem?

℟. *br.* Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * Allelúia, allelúia. Audiam. ℣. Quóniam loquétur pacem in plebem ſuam, * Allelúia. Glória. Audiam.

℣. Notas mihi feciſti vias vitæ:

℟. Adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo, Dómine.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






C A P I T U L E. 1. *Cor.* 15.

PRimus homo de terra , terrénus ; ſecundus homo de cœlo , cœleſtis : qualis terrénus , tales & terréni ; & qualis cœleſtis , tales & cœleſtes. Igitur ſicut portávimus imáginem terréni , portémus & imáginem cœleſtis.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel , on dit :*

*Du* 5.





ficit a-nima me- a in a- tri- a Do-



mini. Be-a- ti qui ha- bitant in do-mo



tu- a Do-mine. Alle-lu- ia.

HYMNE, *du* 4.



Quàm nos poten- ter al- licis! Te, Chriſte,



quandò detegis, Te quandò celas, providus Nobis



peræ- què con- ſu- lis.

Hic nos adoptat filios,
Qui te vocávit Fílium;
Sponſor futúræ glóriæ
Dat certa nobis pígnora.
E nube quid, Pater, probas?
De monte, Fili, quid doces?
Umbris procul credéntibus,
Reſtábat una véritas.
Ut juſſa Patris ímpleas
Maſtanda mundo víctima,
Formam reſúmens príſtinam,
Mortalitáti rédderis.
Fac, Chriſte, qui nobis lates,
Obſcúra dùm regit fides,
Fracto ſolútos córpore,
Nos te vidére, te frui.
Qui, nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri;
Tibíque Nato; nec minor
Laus utriuſque Flámini.
Amen.

℣. Satiábor, Dómine, ℟. Cùm apparúerit glória tüa.

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. G. Noſtra converſa- ti-o



in cœ- lis eſt, Undè Salvato- rem expecta-mus



Do-minum noſtrum Je- ſum Chriſtum, qui refor-




ORAISON.

DEus, qui fídei ſacramenta in Unigéniti tui glorióſâ Transfiguratióne, patrum teſtimónio roboraſti; & adoptiónem filiórum perfectam, voce delapsâ, in nube lúcida mirabíliter præſignaſti : concéde propítius, ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes effícias, & ejuſdem glóriæ tríbuas eſſe conſortes : Per Dóminum.

[ *A Toulouſe, mém. de l'Oct., & enſuite de S. Xiſte.* ]

*Dans le Dioceſe, on fait ſeulement mémoire de S. Xiſte.*

*Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *p.* x. *Or.* Quæſumus. *ci-après.*

*A COMPLIES, Pſeaumes de la Férie.*




*Doxologie aux Heures.*

*Du* 5.




A Nunc dimittis.







mus fi-li-i De-i; cohæredes autem Chriſti, ſi



ta-men compa- timur, ut & conglori- fice- mur.

7 Août. *Dans le Dioceſe*, SAINT XISTE, Pape.

*Au Commun d'un Martyr.*

[*A Toulouſe, de l'Octave, avec mém. de S. Xiſte.*]

ORAISON.

QUæſumus, omnípotens Deus, ut nos virtúte ſancti Spíritûs & ad credendum dóciles, & ad confitendum fortes effícias; qui beáto Xiſto Pontífici, propter verbum tuum & teſtimónium Jeſu, ánimam ſuam pónere tribuiſti: Per eumdem.... in unitáte ejuſdem.

8 Août. *Dans le Dioceſe*, SS. JUST ET PASTEUR, Mart.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

[*A Toulouſe, de l'Oct. avec mém. des SS. Juſt, &c.*]

ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui beátos Juſtum & Paſtórem fraternâ caritáte conjunctos, mártyrii glóriâ ſociaſti; da, quæſumus, nos fámulos tuos, ipſórum intercedéntibus méritis, unánimes, uno ore gloriſicáre Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui tecum.

9 Août. *Dans le Dioceſe*, S. ROMAIN, Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

[*A Toulouſe, de l'Oct. avec mém. de S. Romain.*]

ORAISON.

DEus, cujus múnere ſanctus Románus fidem mirábili victóriâ propugnávit; da infirmitáti noſtræ ejus interceſſióne virtútem, ut fidem quam voce profitémur, ópere exequámur; Per Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

---

## LE X. AOUT.

*A Toulouſe*, OCTAVE DE S. ETIENNE. Double-maj.

*Tout comme au jour de la Fête, ôtant le rit ſolemnel; on dit les Pſſ. de la Férie, & aux II. Vêpres, on fait de St. Laurent, à prendre au Capitule.*

*Dans le Dioceſe*, S. LAURENT, MARTYR. Double-Majeur.

*Tout du Commun d'un Martyr, excepté ce qui ſuit.*

*AUX I. VEPRES.*

CAPITULE. *1. Cor. 4.*

SIc nos exíſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatóres Myſteriórum Dei: hìc jam quæritur inter diſpenſatóres, ut fidélis quis inveniátur.




Levíta qui juſſu tuo
Chriſti propínat ſánguinem,
Litáre promptus & ſuum,
Ibit comes Lauréntius.
Audítis: è cœlo Deus
Majóra ſpondet prælia;
Brevi ducem nec dégener
Patrem ſequéris fílius.
Obláta Chriſto múnera,
Opes ſibi tot créditas,

Quas rex avárus éxigit ,
Cuſtos fidélis dénegat.
Addit preces , addit minas ;
Minæ , preceſque nil movent ,
Non hos, profánas in manus
Veníre theſauros ſinet.
Monſtrans egeatûm ſquálidos
Quos ipſe paſcébat greges;
Hæc turba, dixit, quas ſitis
Opes olympo tránſtulit.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Teſti fidéli , quo duce
Tormenta vincunt Mártyres;
Sit & tibi laus , Spíritus.
Amen.

℣. Diſperſit , dedit paupéribus ;
℟. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.




*L'Oraiſon des II. Vêpres ci-après.*

## *AUX II. VÊPRES.*

CAPITULE. 1. *Joan.* 4.

Quiſquis confeſſus fúerit quóniam Jeſus eſt Fílius Dei, Deus in eo manet , & ipſe in Deo.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel.*



HYMNE, *du 1.*




Impoſta membra cráti-
bus
Ardente prunâ férvidis
Deſpectat exultans, ſuo
Et ipſe plaudit fúneri.
Altis medullis intimus
Toſtos per artus it dolor;
Menti Deus ſed íntimæ
Præſens dolórem témperat.
Dùm corpus in flammas
abit
Mens intùs ardet fórtior;
Sacris profános cómprimens
Ignes retundit ígnibus.
Corpus perustum Mártyris
Horret vel ipſe cárnifex;
Sed thuris inſtar, dùm perit,
Deo litátur grátiùs.
Flammis in ipſis, ceu roſis
Viſus ſibi quiéſcere;
Verſa, Tyranne, páſcere,
Aſſáta, dixit, víſcera.
Quid inter ardentes rogos
Senſum dolóris ábſtulit!
Te nempè potus ébrium
Sanguis Dei jam fécerat.
O pura, quæ Deo places,
Igni probáta víctima!
Fac nos ſacris urat Deus,
Quibus flagrábas, ígnibus.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Teſti fidéli, quo duce
Tormenta vincunt Márty-
res;
Sit & tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Igne me examinaſti, Dómine;
℟. Et non eſt inventa in me iníquitas.

*A* Magníficat.



ORAISON.

DA nobis, quæſumus, omnípotens Deus, vitiórum noſtrórum flammas extínguere, qui beáto Lauréntio tribuiſti tormentórum ſuórum incéndia ſuperáre : Per.

Le 11 Août. *A Toulouſe, on fait S. Laurent, comme ci-deſſus, avec mémoire aux II. Vêp. de Ste. Claire, par l'Ant.* Complácuit. ℣. Audi. *au Commun, p.* lxj & lxij. *Oraiſon,* Tríbue. *ci-après.*

12 Août. SAINTE CLAIRE, Vierge.

*Au Commun des Vierges non Martyres.*

ORAISON.

TRíbue, quæſumus, virtútum cœléſtium Deus, ut hæc ſanctæ Claræ Vírginis tuæ ſacra ſolémnia, terréna contémnere nos éxcitent, & bona ambíre ſempitérna : Per Dóminum.

*Depuis le Capitule on fait de la Fête ſuivante, avec mémoire de la précédente.*

13 Août. SAINTE RADEGONDE, Reine, Veuve.

*Au Commun des Saintes Femmes.*

ORAISON.

DEus, cujus amóre, beáta Radegúndis ex aulæ tumultu, ſpretis mundi illécebris, in ſolitúdinem evolávit ; tríbue nobis, ex ejus imitatióne, terréna deſpícere, & amáre cœléſtia : Per Dóminum.

---

14 Août. LA VEILLE DE L'ASSOMPTION.

*A NONE. Doxolog.* Qui natus. *Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. *Tob.* 3.

NUnc, Dómine, ſecundùm voluntátem tuam fac mecum, & præcipe in pace recípi ſpíritum meum : éxpedit enim mihi magis mori quàm vívere.

℟. *br.* Educ de cuſtódia ánimam meam * Ad confiténdum nómini tuo. Educ. ℣. Me expectant juſti, donec retríbuas mihi, * Ad. Glória Patri. Educ.

℣. Mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas:

℟. Lábia mea laudábunt te.

## Le xv. Aout.

# ASSOMPTION DE LA SAINTE VIERGE.

## Annuel.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



di-adema reg- ni in manu De-i tu-i;

qui-a complacu-it Do-mino in te.

CAPITULE. *Cant.* 6.

PUlchra es, amíca mea, ſuávis, & decóra ſicut Jerúſalem, terríbilis ut caſtrórum ácies ordináta.

℟. *du* 6. COncupiſ- cet Rex deco- rem tu-

um; quo- ni-am * Ip-ſe eſt Do- minus

De-us tu- us, & adora- bunt e-um.

Vul- tum tu- um depreca- bun-

tur omnes di- vites ple- bis.

℣. Bene- dic-ta tu in mu-li-e- ribus;

inveniſti e-nim gra-tiam apud De- um.

* Ipſe eſt. Glo- ri-a Pa- tri, & Fi-

li-o, & Spiri- tu-i ſanc- to. * Ipſe.

*On répete le* ℟. Concupiſcet. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du* 5. O Vos æthere-i, plaudite, cives: Hæc eſt



illa di-es clara triumpho, Quâ matrem placi-



dâ morte ſolutam Natus ſide-re-â ſuſcipit aulâ.

Quæ non, Virgo, tibi dona rependit !
Cœli divítias éxplicat omnes :
Verbum veſtíeras carne ; viciſsìm
Te Verbum próprio lúmine veſtit.
Qui velo látuit carnis, aperti
Pleno te ſátiat Núminis hauſtu ;
Et quem virgíneo lacte cibaſti,
In jugem tibi dat ſe Deus eſcam.
O conceſſa tibi quanta poteſtas !
Per te quanta venit grátia terris !
Cunctis Cœlítibus célſior una,
Solo facta minor, Virgo, Tonante.
Quæ Regína ſedes próxima Chriſto,
Alto de ſólio vota tuórum
Audi ; namque potes fléctere Natum,
Virgo mater : amas nos quoque Natos.
Divínæ ſóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri :
Cujus Virgo parens, glória Nato :
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

℣. Magna eſt glória ejus ℟. In ſalutári tuo, Dómine.

*A* Magníficat.



*Ant. 6. qui ſe double.* In plenitu- dine



ſancta admira- bitur, & in multitu- dine



e- lecto- rum habebit lau- dem, & inter



bene- dic- tos be- nedi- cetur.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A COMPLIES, Pſ. de la Fér. Le reſte aux II. Vêp.*

*A NONE. Doxol.* Qui natus es. *Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 3. a. Benedic- tus Do- minus, qui



exalta-vit e- am : A- men, Alle-lu- ia.

CAPITULE. *Eccl.* 24.

IN civitáte ſanctificáta requiévi, & in Jerúſalem poteſtas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, & in plenitúdine ſanctórum deténtio mea.

℟. *br.* Hæc réquies mea in ſéculum ſéculi, * Allelúia, allelúia. Hæc réquies mea. ℣. Hic habitábo, quóniam elégi eam, * Allelúia. Glória Patri. Hæc réquies.

℣. Surge, Dómine, in réquiem tuam,

℟. Tu & arca ſanctificatiónis tuæ.

## *AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Dixit. *page* 3.



*Ant.* 1. D. R



Egi- na ingreſ-ſa



Je-ru- ſalem multo cum comita-tu & divi-



*Pſ.* Laudáte, púeri, *p.* 5.

ti-is, ve-nit ad re- gem.



*Ant.* 2. Surre-xit Rex in occur- ſum e-



jus; po-ſituſque eſt thronus matri Re- gis,



*Pſ.* Lætátus ſum. *page* 21.

quæ ſe- dit ad dexteram ejus.



*Ant.* 3. E. Ha- bu-it gra-tiam & miſeri-cor-



diam coram Rege ſuper om- nes muli- eres,



*Pſ.* Niſi Dóminus ædificáverit. *p.* 26.

fecitque e-am reg- nare.



*Ant.* 4. E. Rex de- dit Regi- næ om- ni-a



quæ vo- lu-it, & peti- vit ab e-o.

*Pſ.* Lauda, Jeruſalem. *p.* 274.



*Ant.* 5. C. Benedixe- runt e- am



omnes unâ voce, di-centes: Tu glori-a Je-



ruſalem, tu honorificen-ti-a popu-li noſtri.

## CAPITULE. *Judith* 13.

BEnedictus Dóminus, quia hódiè nomen tuum ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in æternum.

*Du* 6.



ALle- lu- ia, alle- lu-ia.



℣. Sit Do-minus De- us



tu-us benedic- tus, cu-i compla- cu-iſ-



ti, & po- ſu-it te ſu- per thronum.



Alle- lu-ia.

*Hymne*, O vos æthérei. *comme aux I. Vêpres.*
℣. Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam,
℟. De lapide pretióſo.

*A* Magníficat.



*Ant.* 7. G. *qui ſe double.* Reſpexit De-us hu-



milita-tem ancil-læ ſu- æ : ec- ce ex hoc



be a-tam me dicent omnes genera- ti- o-nes:



quia fecit mihi mag- na qui po- tens eſt.

ORAISON.

VEneranda nobis, Dómine, hujus diéi feſtívitas opem cónferat ſalutárem, in qua ſancta Dei génitrix mortem ſúbiit temporálem, nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ Fílium tuum Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum de ſe génuit incarnátum : Qui tecum vivit.

*Mémoire de S. Roch*, *Ant.* Stans. ℣. Stetit. *Oraiſon*, Pópulum. *ci-après.*

## *A COMPLIES. Pſſ. & Capit. du Dimanche.*



*Ant.* 4. D. E- go dilec- to me- o, &



ad me converſi o e- jus.

*Hymne*, Virgineis titulis. *ci-deſſus, page 215.*

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 3. a. Sub umbra il-



li- us quem deſidera- veram, ſe- di ; & fructus



e- jus dulcis gutturi me-o.

JOURS

## JOURS DANS L'OCTAVE DE L'ASSOMPTION.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit.*
*Pſſ. de la Férie à tout l'Office.*

*A* V E P R E S, *ſous la ſeule Ant. ſuivante.*







*Capitule, omettant* Allelúia *avec ſon* ℣. *Ant. à* Magníficat. *qu'on ne double point.*

LE SAMEDI, *à* VEPRES, *mém. du Dimanche.*

## DIMANCHE DANS L'OCTAVE.

*A* VEPRES, *Pſſ. du Dimanche, Ant. & le reſte, omettant le rit Solemnel, comme au jour de la Fête.*

---

## LE XVI. AOUT.

## SAINT ROCH, LAIQUE.

Double-Mineur.

*Tout comme au Commun des Juſtes, excepté ce qui ſuit.*

*La veille, à* V E P R E S, *mémoire.*

*Ant. du* 2.







℣. Stetit & placávit, ℟. Et ceſſávit quaſſátio.

*Oraiſon*, Pópulum. *ci-après.*

### AUX II. VEPRES.

℣. Memor ſit Dóminus omnis ſacrifícii tui,
℟. Impleat omnes petitiónes tuas.

*A* Magníficat.









ORAISON.

POpulum tuum, quæſumus, Dómine, ad te confugientem paternâ récipe pietáte; ut qui tuæ iracúndiæ flagella formídant, intercedente beáto Rocho, tuâ mereantur miſericórdiâ liberári: Per Dóminum.

*Mémoire de l'Oct. Ant.* Reſpéxit. ℣. Poſuiſti. *Oraiſon*, Veneranda. *ci deſſus, page* 528.

19 Août. SAINT LOUIS, Évêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui ad immortáles triumphos beátum Ludovícum Pontíficem extuliſti: da nobis dignam pro ejus veneranda ſolemnitáte lætítiam; & præſta, ut qui in ejus patrocínio gloriámur, ſanctis móribus ad ejus mereámur perveníre conſórtium: Per Dóminum.

*A VEPRES, depuis le Capit. on fait de la Fête ſuivante avec mémoire de la précédente & de l'Octave.*

20 Août. S. BERNARD, Abbé, & Docteur de l'Egliſe.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

DEus, qui beátum Bernardum Abbátem, caritátis tuæ igne ſuccenſum in Eccléſia tua lucére ſimul & ardére feciſti; ejus interceſſióne concéde, eódem nos caritátis Spíritu ferventes, coram te ſemper ut filios lucis ambuláre: Per Dóminum.

*Mémoire de l'Octave, & de S. Symphorien, Mart. Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *au Commun, p.* x.

ORAISON.

SAncti Mártyris Symphoriáni mérita nos, Dómine, pretióſa tueantur; in quibus ópera tua prædicantes, & exemplis ejus accendi, & præmiis ſociári mereámur: Per Dóminum.

22 Août. OCT. DE L'ASSUMPT. DE LA S. V. Doub. maj.

*Pſeaumes de la Ferie. Le reſte comme jour de la Fête, omettant le rit Solemnel.*

---

LE XXIV. AOUT.

## SAINT BARTHÉLEMI, APOTRE.

Double-Majeur.

*Tout du Commun des Apôtres, excepté ce qui ſuit.*

ORAISON.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui *hujus diéi venerandam* ſanctamque lætítiam in beáti *Apóſtoli tui* Bartholomæi feſtivitáte tribuiſti: da Eccléſiæ tuæ, *quæſumus*, & amáre quod crédidit, & prædicáre quod dócuit; Per Dóminum.

*A VEPRES, on fait mém. de S. Louis, Roi de France.*

*Ant. du 6.*



Quæ-ſivit Do-minus ſibi vi-rum juxtà



cor ſu- um, & præce-pit e- i ut eſ- ſet



dux ſuper po-pulum ſu-um.

℣. Inveni ſervum meum : ℟. Oleo ſanſto meo unxi eum.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

¶ *Le dernier Dimanche d'Août, on célebre l'*ANNIVERSAIRE DE LA DÉDICACE *de l'Egliſe de Toulouſe, & de toutes les autres Egliſes du Dioceſe,* Solemnel-majeur, *avec Oct., pendant laquelle on fait ſeulement mémoire des Sémidoubles.*

*Tout ſe prend de l'Office de la Dédicace, qui eſt après le Commun des Saints, page* lxxiij.

---

LE XXV. AOUT.

## SAINT LOUIS, ROI DE FRANCE.

Double-majeur.

*A NONE. Doxol. comme à Compl. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 2. De omni corde ſu- o lauda- vit



Do-minum, & di- le-xit De- um qui fecit illum,



& de- dit il- li contrà i-nimi-cos po- tentiam.

CAPITULE. *Eccléſ.* 47.

STare fecit cantóres contrà altáre, & in ſono eórum dulces fecit modos : & dedit in celebratiónibus decus, & ornávit témpora uſquè ad conſummatiónem vitæ, ut laudárent nomen ſanctum Dómini, & amplificárent manè Dei ſanctitátem.

℟. *br.* Confiteantur tibi, Dómine, * Omnes reges terræ. Confiteantur. ℣. Et cantent in viis Dómini, quóniam magna eſt glória Dómini, * Omnes. Glória. Confiteantur.

℣. Deus, cánticum novum cantábo tibi, ℟. Qui das ſalútem régibus.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Fér.*





ta de cœ- lo. *Ant.* 4. E. Spi- ritu mag-



no vidit ul- tima, & conſo-la- tus eſt lu-



gen- tes in Si- on.

CAPITULE. *Iſ.* 60.

JErúſalem, aperientur portæ tuæ júgiter : die ac nocte non claudentur, ut afferátur ad te fortitúdo géntium, & reges eárum adducantur, gens enim & regnum quod non ſervíerit tibi, períbit.

[ *Là où cette Fête eſt du rit Solemnel, on dit :*

*Du* 2.



A Lle- lu- ia, alle-



lu- ia. ℣. De-



us non dere-lin-quet mi- ſe- ricordi- am ſu-



am, neque perdet à ſtir- pe ne-po- tes



e- lec- ti ſu- i. Alle-



lu- ia. ]

HYMNE *du* I.



TEr ſancte rursùs, Ludovice, præli-a



Di- vina poſcunt : tu crucis clavum tenens, Spe-i-




Vincis cadendo: mors tibi victóriam
Aufert & addit : corpus hìc palmæ tegunt
Nondùm ſepultum ; ſed triumpho nóbili
Cœlum parátur, & corónis ſídera.

Tuus paternæ rédditus terræ cinis
Regnum tuétur, dùm throno præſens Dei,
Æterna regnans paſcis inter lília,
Favenſque blando noſtra cernis lúmine.

Sit Trinitáti ſempiterna glória,
Honor, poteſtas, atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubernans ómnia,
Per cuncta regnat ſeculórum ſécula. Amen.

℣. Introíbo in domum tuam, Dómine:
℟. Adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

A Magníficat.




## ORAISON.

Deus, qui beátum regem Ludovícum, de terréno regno ad cœleſtis regni glóriam tranſtuliſti : ejus, quæſumus, méritis & interceſſióne, Regis regum Jeſu Chriſti Fílii tui fácias nos eſſe conſortes; Qui tecum vivit.

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*





tus, & reg-num De- i noſtri, & po- teſtas



Chriſ- ti e- jus.

*Doxol. aux Heures. Dans l'Oct. de la Dédic. au lieu de la Doxologie ſuivante, on dit celle de la Fête.*

*Du 6.*



Rex ſumme regum, ſit ti-bi Laus, Chriſte,



Patris u- nice; Sit laus Patri, laus Flamini; Per



cuncta ſemper ſecula. A- men.

A Nunc dimittis



*Ant. 6.* Det Do-minus vir-



tu-tem nobis, & il-lu-minet oculos noſtros,



ut viva-mus ſub umbra Re-gis, & ſub um-



bra fi-li-i e- jus.

¶ *Si la Fête ſuivante tombe en un Dimanche, on l'anticipe au Samedi précédent.* ]

27 Août. S. CÉSAIRE, Évêque & Docteur.

*Au Commun des Docteurs. L'Oraiſ.* Deus, qui. *ci-après.*

---

LE XXVIII. AOUT.

## S. AUGUSTIN, ÉVEQUE ET DOCTEUR.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. f. E- Rat vir aſtu- tus, multorum


eru-ditor, & a-nimæ ſu-æ i- nu-ti-lis.
*Ant.* 2. Dere- li-quit De- um facto-
rem ſu- um, & re-ceſſit à De- o ſa- luta-ri
ſu- o. *Ant.* 3. a. Fle- bat ma- ter
e- jus irremedi-abi-libus la- crymis, at-que di-
cebat : Heu, heu me, fi- li mi !
*Ant.* 5. C. Cùm eſ- ſet amaro a- nimo, o-
ra- vit ad Do- minum, flens lar-gi-ter, &
a-it e- i Sacer-dos : Va-de in pa- ce; &
De- us det ti-bi peti- ti-o-nem tu-am, quam
ro-gaſ- ti e- um. *Ant.* 4. E. Fi- li- us
honorabi-lis mi-hi : idcir- cò conturba-ta ſunt
viſcera me- a ſu-per e- um : mi- ſerans miſe-

re-bor e- jus, a- it Do-minus.

CAPITULE. *Jérém.* 31.

CAſtigaſti me, & erudítus ſum, quaſi juvénculus indómitus: converte me, & convertar: quia tu Dóminus Deus meus. Poſtquàm enim convertiſti me, egi pœniténtiam.

℟. *du* 5. AUdi- vi vo- cem di- cen tem: Acci- pe li- brum & de- vora il- lum; * Et † Ac- ce- pi li-brum, & devora- vi il- lum, & e- rat in ore me-o tanquàm mel dulce. ℣. Fac- tum eſt verbum à Do- mino, di- cens: Tolle & lege. * Et. Glori-a Pa- tri, & Fi- li- o, & Spi- ri- tu-i ſancto. † Acce- pi li-brum.

HYMNE, *du* 2. *en* A. QUid non, Chriſte, potes? neſci- a cede- re Ut gaudes ſine vir rumpere pecto-ra! Ut victrice manu quos ſubigis, tu-æ Formas mili-tiæ duces!

Inſánâ túmidus dùm ſapiéntiâ
Auguſtínus ovat, nec pátiens regi,
Spreto, ferre priùs quod décuit, jugo,
Vanis ſervit amóribus.

Errórum ténebris ut prémitur miſer,
Lucem quærit amans, quam trépidus fugit:
Pectus ſollícitant hinc bona gáudia,
Hinc rursùs mala díſtrahunt.

At cùm plena ſuo lúmine Véritas
Affulſit Júveni, térrita nox fugit;
Et divínus Amor ſacrílegos piis
Ignes ígnibus éxcutit.

Quas victus lácrymas, quos gémitus dedit!
Altè, corda domans ſpíritus íncubat:
Rumpit vincla, ſacro flúmine tíngitur,
Chriſti libérior jugo.

Tùm quæsíta diù pax ánimo redit,
Vaneſcunt dúbiæ lucis imágines;
Sublími plácidæ mentis in ótio,
Vero lúmine páſcitur.

Qui lucis pater eſt, glória ſit Patri;
Qui lux ipſa Patris, glória Fílio;
Amborumque tibi, nexus amábilis,
Compar glória, Spíritus. Amen.

℣. Dirupiſti, Dómine, víncula mea:
℟. Tibi ſacrificábo hóſtiam laudis.

*A* Magníficat.




ORAISON.

OMnípotens & miſéricors Deus, qui beátum Auguſtínum Evangélii grátiæ tuæ teſtem & propugnatórem in Eccléſia ſuſcitaſti: ejuſdem grátiæ, quæſumus, in nobis oſtende virtútem; ut & voluntátem tuam, te docente, cognóſcere, & eam corde magno valeámus, te operante, perfícere: Per Dóminum.

*Mémoire de S. Céſaire, Ant.* Qui docti. ℣. Beátus. *au Commun, p.* xxxviij.

ORAISON.

DEus, qui pópulo tuo æternæ ſalútis beátum Cæſárium miniſtrum tribuiſti: præſta, ut, quem doctórem vitæ habúimus in terris, interceſſórem habére mereámur in cœlis: Per Dóminum.

*Enſuite de S. Chriſtophe, Ant.* Ecce. ℣. In Deo. *au Commun, p. x.*

ORAISON.

DEus, qui in corde beáti Juliáni ignem ſancti tui amóris accendiſti, ut perſecutórum ſupplícia, te vincente, deſpíceret; da nobis, ut cujus natalítia cólimus, interceſſióne ejus in tui nóminis amóre roborémur: Per Dóminum.

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 7. d. Abjici-a-mus o- pera tenebra-rum,



ſicut in di-e honeſtè ambu-le- mus.

*Doxologie aux Heures.*

*De* 6.



Sit laus Patri, laus Fi-li-o, Sit par tibi laus,



Spi-ri-tus; Qui grati-æ das vindi-cem, Fac, corde



regnet grati- a. A- men.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 1. D. Indu-i- mini Do-



minum Je- ſum Chriſ tum; & car- nis cu- ram ne



fe- ceri-tis in de-ſide- ri is.

[ *Dans l'Oct. de la Dédic., au lieu de la Doxol. ci-deſſus, on dit celle de l'Octave, & on ajoute* Alleluia, allelúia. *au Répons bref de None.* ]

*A NONE, Pſſ. de la Férie. Doxologie à Complies.*



*Ant.* 4. *E.* Contri-vit i-nimi- cos undiquè,




CAPITULE. *Eccléſ.* 46.

INvocávit Altíſſimum potentem in oppugnando inimícos úndiquè ; & audívit illum magnus & ſanctus Deus.

℟. *br.* Pérſequar inimícos meos, * Et comprehendam illos. Pérſequar. ℣. Et non convertar donec defíciant; Et comprehendam illos. Glória. Pérſequar.

℣. Vivit Dóminus, & benedictus Deus meus;

℟. Liberátor meus de inimícis meis.

[ *Si la Fête de S. Auguſtin eſt renvoyée, & qu'elle ait de II. Vêpres, on les dit de la maniere ſuivante.*

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*





*Ant.* 6. Conſi- li-um quod da- bat in di-



ebus il- lis, quaſi ſi quis conſu- leret De-um:



ſic erat omne con-ſi- li-um e- jus.



*Ant.* 4. *E.* Contrivit i- nimi- cos undiquè,



& extirpavit contrari- os, & ſubje- cit e- i



Dominus omnes hoſ- tes.

CAPITULE. *Philip.* 4.

QUæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc ágite, & Deus pacis erit vobiſcum.

HYMNE, *du* 2. *en* A.



ASſertor fide-i ſummus, & arbi-ter,



Inconcuſ-ſa ſtetit quo duce veri-tas, Dicet Relli-



gio, te pari-ter ſu-um Dicet grati a vindicem.

Tanti vix cápiens flúmina lúminis,
Scribis plena Deo mille volúmina,
Omnes undè bibant lárgiùs, & Deum
Puris fóntibus háuriant.

Dictat nempè tibi, qui Deus áſſidet;
Scriptis ipſe præeſt; ipſe regit manum;
Cœleſtes áperit non penetrábilis
Theſauros ſapiéntiæ.

Fidens ingénio ne caput éfferas,
Mentis prima vagæ vúlnera détegis:
Excelſo ráperis quò própior Deo,
Hoc ſis tu tibi vílior.

Doctor jam dócilis, mag-

nánimus ſequi
Quò te cumquè vocat prævia Véritas,
Quâ ſolâ régeris, rebus in árduis
Hâc ſolâ regis ómnia.

Nil damnas témerè, nil léviter probas,
Anceps certa Dei lúmina cónſulis,
Cedis ſponte; tibi víncere nam pudor,
In quo cédere glória.

Tu, quem paſcit amor, núdaque Véritas,
Si te noſtra movent, nos bonus áſpice,
Flammis ure tuis frígida péctora,
Et mentes dúbias rege.

Qui lucis pater eſt, glória ſit Patri;
Qui lux ipſa Patris, glória Fílio;
Amborumque tibi, nexus amábilis,
Compar glória, Spíritus. Amen.

℣. Dómine, Dómine, virtus ſalútis meæ,
℟. Obumbraſti ſuper caput meum in die belli.

A Magníficat.



*Ant.* 8. *G.* Ma-ximus in ſa-lu-tem



e-lecto-rum De-i expugna- rè inſurgentes hoſ-



tes: Quis ante il-lum reſ- ti-tit? nam hoſtes



ipſe Do- minus perduxit.

*Oraiſon*, Omnípotens. *ci-deſſus, comme aux I. Vêp.*

A COMPLIES, *comme aux I. Vêpres, ci-deſſus.*

---

LE XXIX. AOUT.

## DÉCOLLATION DE S. JEAN-BAPTISTE.

Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 3. a. ECce ego mit- to Ange-



lum me- um, & præpara-bit vi- am ante fa- ci-




CAPITULE. *Act.* 12.

DEus ex ſémine David ſecundùm promiſſiónem edúxit Iſraël Salvatórem Jeſum, prædicante Joanne ante fáciem adventûs ejus baptiſmum pœniténtiæ omni pópulo Iſraël.

*℟. du* 5.



cens. ℣. Surre-xit Eli-as Prophe-ta qua-
ſi ig- nis, & verbum il-li- us quaſi fa- cula
ar- de- bat. * Ille. Glori-a Pa- tri,
& Fi-lio, & Spiri- tu-i ſanc- to. * Ille.

HYMNE, *du* 5. QUis ille, ſylvis è penetra-libus Egreſſus,
ad ſe tot populos trahit? Ab o-re pendentes lo-
quentis Quâ ſubi-tò tenet arte turbas?

An ille faſtu regífico tumens,
Molli ſolútus díffluit ótio?
Levis-*ne* arundo ventilátur
Arbítrio populáris auræ?

Atqui ter annos jam décies trahit
Vit*am* in profundis ſáltibus áſperam,
Virtútis Elíæ futúrus
Atque ánimi generóſus hæres.

Ergò ſevéram Núminis ómnibus
Oſtentat iram, non tímidus mori:
Aſſertor acer veritátis,
In próceres tonat, inque plebem.

Aulâ receptum non rétinet timor,
Non blanda flectit grátia Príncipis,
Contamináti quin reprendat
Flagít*ium* opprobriumque lecti.

Sit ſumma Patri, ſúmmaque Fílio,
Sanctóque compar glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuò pia corda cultu. Amen.

℣. Dixi iníquis: Nolíte iníquè ágere;
℟. Et delinquéntibus: Nolíte exaltáre cornu.

*A* Magníficat. *Ant.* J. Dico vo-bis qui-a




*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres , ci-après.*
*Mémoire de S. Auguſtin. Ant.* Máximus. ℣. Dómine. *Oraiſon* Omnípotens. *page 541.*

*A COMPLIES , comme aux II. Vêpres.*

*A NONE. Doxolog.* Sit laus. *ci-après. Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. *Eccl.* 49.

MAlè tractavérunt illum , qui à ventre matris conſecrátus eſt Prophéta , evértere , & erúere , & pérdere , & íterùm ædificáre, & renováre.

℟. *br.* Príncipes * Perſecúti ſunt me gratis. Príncipes. ℣. Et à verbis tuis formidávit cor meum : * Perſecúti ſunt. Glória. Príncipes.

℣. Éripe me, Dómine , de operántibus iniquitátem : ℟. Et de viris ſánguinum ſalva me.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*









CAPITULE. *Iſ.* 57.

JUſtus perit, & non eſt qui recógitet in corde ſuo. Et viri miſericórdiæ colliguntur, quia non eſt qui intelligat : à fácie enim malítiæ collectus eſt juſtus.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel, on dit :*






Ut caput vidit dápibus parátis
Triſte fumanti natitáre tabo,
Hæſit, impaſtis fremuitque menſis
Fúneris auctor.

Non tamen frontis grávitas ferénæ
Ceſſit immíti violáta ferro:
Dura miteſcit plácido ſub ore
Mortis imágo.

Sic ſuo rursùm Deus hunc præíre
Núntium Chriſto jubet, inferiſque
Ferre præcónem nova liberandi
Gáudia mundi.

Qui Deo plenus rígidis futúrum
Móribus Chriſtum rudis exprimébat,
Débuit durâ quoque morte totum
Réddere Chriſtum.

Summa laus Patri, genitóque verbo;
Et tibi compar, utriuſque nexus
Spíritus ſemper, duce quo, Joannes
Fúnera vincit. Amen.

℣. Cuſtódit Dóminus ánimas Sanctórum ſuórum:
℟. De manu peccatórum liberábit eos.

*A* Magníficat.




ORAISON.

DEus, qui beátum Joannem Baptiſtam, & naſcentis & morientis Fílii tui Præcursórem eſſe voluiſti : concéde, ut ſicut ille veritátis & Juſtítiæ Martyr occúbuit ; ita nos pro veritáte & juſtítia ad mortem uſquè certemus ; Per eumdem.

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*




*Doxologie aux Heures.*

*Du 6.*




*Dans l'Octave de la Dédicace, au lieu de cette Doxologie, on dit celle de la Dédicace.*

A Nunc dimittis. 

*Ant. 6.* Mundus gaude-bit,



vos autem contriſtabi-mini; ſed triſti- ti-a



veſtra verte-tur in gaudium.

# FETES DE SEPTEMBRE.

1 Septembre. SAINT GILLES, Abbé.

*Au Commun des Abbés.*

ORAISON.

SAncti Abbátis Ægídii ſupplicatiónibus tríbue nos, Deus, adjuvári; ut quæ piè crédidit, appetámus; & quod juſtè ſperávit, conſequámur; Per Dóminum.

2 Septembre. SAINT ANTONIN, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

MArtyris tui Antoníni, quæſumus, Dómine, contínuá interceſſióne, ſuper nos miſericórdiam tuam multíplica; ut cujus patrocíniis confídimus, ipſíus ſuffrágiis, perpétuæ ſalútis auxílium nobis adeſſe ſentiámus: Per Dóminum.

3 Septembre. S. GRÉGOIRE, Pape & Doct.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

DEus, coróna Pontíficum & lucerna Doctórum, qui beátum Gregórium Eccléſiæ tuæ providiſti Pontíficem & Doctórem: quæſumus, ut ejus nos ſemper & documentis erúdias, & exemplis informes; Qui vivis.

*VEPRES de la Fête ſuivante, à prendre au Capitule.*

## LE IV. SEPTEMBRE.

## S. LAZARE, STES. MARTHE ET MARIE.

Double-mineur.

*Si cette Fête a les I. Vêp. entieres, on les dit comme il ſuit.*

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant. 6.* INtravit Je- ſus in quoddam


caſtel-lum ; & muli- er quædam , Martha no-
mine excepit il- lum in domum ſu-am.
Ant. 8. G. Huic e-rat ſo- ror , nomine Ma-
ri-a , quæ eti-am ſedens ſecùs pedes Domini ,
audi-e-bat verbum il- li- us ; Martha autem
ſatagebat circà frequens miniſteri-um.
Ant. 3. a. Stetit Martha , & a- it : Do-
mine , non eſt tibi curæ quòd ſoror me-a
reliquid me ſolam miniſtrare ? Dic ergò il-
li ut me adjuvet. Ant. 5. a. Dixit il-
li Dominus : Martha , Martha , ſolli- cita
es , & turba- ris ergà plurima : porrò unum
eſt neceſ- ſarium. Ant. 1. D. Mari- a op-

timam partem e- legit, quæ non auferetur ab e-a.

C A P I T U L E. *Hébr.* 13.

CAritas fraternitátis máneat in vobis : & hoſpitalitátem nolítem oblíviſci ; per hanc enim latuérunt quidam, Angelis hoſpítio receptis.

[ *Là où cette Fête eſt du rit Double-maj. & au deſſus.*

℞. *du* 2. SI quis di- ligit me, ſermonem me-um ſerva- bit ; & * Pa- ter me- us di-liget è- um, & ad e- um ve- ni-e- mus, & † Manſio-nem apud e- um fa- ci-e- mus. ℣. Sapi-en- ti-a ſuſcipit in- qui- rentes ſe ; & qui il- lam di- ligit, di- ligit vi- tam. * Pa- ter. Glo- ri-a Patri, & Fi- li-o, & Spiri- tu-i Sancto. † Manſi- o-nem.

HYMNE, *du* 1. FLagrans amo-re, per-ditos Dùm nos Re- demptor quæreret, Defeſſus ad Martham De-



us Seſe rece-pit hoſpitam.

*Dans l'Oct. de la Dédic. du* 8.



F Lagrans amore, perditos Dùm



nos Redemptor quæreret, De-feſſus ad Martham



De-us *Seſe re-ce-pit hoſpitam.*

Beáta, quæ tantum ſuis
Amíca tectis hóſpitem
Fovére gaudet, & Deo
Inferre convívæ dapes!

Dùm Martha paſcit, páſcitur
María felix, ac ſedens,
Magnóque tuta júdice;
Partem potítur óptimam.

Nunc, Martha, nunc ſedens Deo,
Et ipſa verbo páſceris;
Et juge ſe tuus tibi
Convíva dat convívium.

Da, Christe, ſanctórum quies,
Sic nos ad unum téndere
Per multa, poſthàc óptimâ
Ut parte poſſímus frui.
Amen.

℣. Oculi mei ad fidéles terræ ut ſédeant mecum;
℟. Ambulans in via immaculáta, hic mihi miniſtrabat.

*A* Magníficat.



*Ant.* 5. C. Dilige- bat Je- ſus Mar-



tham, & ſororem e-jus Mari- am, & Lazarum.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de S. Grégoire. Ant.* Qui docti. ℣. Beátus. *au Commun, p.* xxxviij. *Oraiſon*, Deus coróna. *ci-deſſus*, 549.

*A COMPLIES, comme aux II. Vêp. ci-après.*

*A NONE. Doxolog.* O verè. *ci-après. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. a. Prodi-it Lazarus ligatus pedes &



manus inſtitis, & faci-es il-li-us ſuda-ri-o

erat



e-rat li-gata. Dixit Jeſus : Solvite e-um.

## CAPITULE. *Oſée*, 13.

DE manu mortis liberábo eos, de morte rédimam eos: ero mors tua, ô mors; morſus tuus ero, inferne.

℟. *br.* Humiliátus ſum, * Et liberávit me Dóminus. Humiliátus ſum. ℣. Erípuit ánimam meam de morte, * Et liberávit. Glória Patri. Humiliátus ſum.

℣. Conſcidiſti ſaccum meum,

℟. Ut cantet tibi glória mea.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 4. D. JE-ſus ve- nit Betha-ni-am, u-



bi La-zarus fu- e-rat mortu-us, quem ſuſ-cita-



vit Je-ſus. *Ant.* 8. G. Cogno-vit turba



mul-ta ex Judæ-is qui-a il- lic eſt; & vene-



runt, non propter Je-ſum tantùm, ſed ut Lazarum



vide-rent, quem ſuſci-ta-vit à mortu-is.



*Ant.* 7. *d.* Fece-runt e- i cœnam i-bi, &



Martha mi- niſtrabat; Lazarus ve-rò unus



e-rat ex diſcumbentibus cum e-o. *Ant.* 6.

Ma- ri- a accepit libram unguenti nardi

piſtici preti- o- ſi, & unxit pe-des Je- ſu,

& exter-ſit ca-pil-lis ſu- is; & do-mus im-

ple-ta eſt ex odo-re unguenti. *Ant.* 1. D. U-

bi-cum-que prædi-catum fu- e-rit Evange-li-

um iſ-tud in uni-verſo mun-do, & quod

fe-cit hæc, narra-bitur in memo- ri-am e- jus.

CAPITULE. *Apoc.* 3.

Ecce ſto ad óſtium, & pulſo : ſi quis audíerit vocem meam, & aperúerit mihi jánuam, intrábo ad illum, & cœnábo cum illo, & ipſe mecum.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel.*

*Du* 1. A- Le- lu- ia, al-le-

lu- ia. ℣. Be- a-

ti qui ad cœ- nam nup-ti-a-rum Ag-

ni vo- ca- ti ſunt. Al-

le- lu- ia. ]

HYMNE, *du* 5.

INtrante Chriſto Bethanicam domum, Curramus omnes : hoſpi-te ſplendi-dam Simone cœnam præparante, Tàm celebrem penetre-mus aulam.

Hìc dùm miniſtrat, Martha celer gradu,
Fraterque lætas áſſidet ad dapes;
María, Chriſto tu fragranti
Vaſa reples pretióſa nardo.

Pedes inungens, térgere crínibus
Gaudes; liquórem fundis & in caput;
Et vaſe fracto, mox inundans,
Tecta novo récreas ódore.

Sed cur iníquo dente lacéſſeris,
Dùm glorióſis obſéquiis vacas?
Unguenta fundens, antevertis
Exéquias morientis Agni.

Quantùm per orbem Chriſtíadum fides
Diffúſa vaſtas ſubjíciet plagas,
Tantùm Maríæ grande factum
Per pópulos reſonábit omnes.

Laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio:
Sanctóque compar glória Flámini,
Quo dante jam nunc ſponſa Chriſti
Perpétuâ frúitur quiete.
Amen.

*Dans l'Octave de la Dédicace on chante l'Hymne précédent, ſous le ton de l'Hymne des I. Vêpres de l'Invention S. Etienne, page* 504.

℣. Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis,
℟. Ex quibus delectavérunt te filiæ regum.

*A Magníficat.* *Ant.* 6. Veni- te, benedic- ti Patris me-i, poſſi-de- te paratum vo-bis reg-num : e-ſu- rivi enim, & dediſtis mi-hi mandu-



ca- re : ſi-ti- vi, & dediſtis mi- hi bi- bere :



hoſpes e- ram & col- le- giſtis me.

ORAISON.

DEus, qui in terris converſátus, in domo Lázari, Marthæ & Maríæ hoſpitári dignátus es ; præſta, quæſumus, ut cum Lázaro in novitáte vitæ ambulantes, te in tuis cum Martha páſcere, & à te cum María verbi tui meditatióne paſci mereámur : Qui vivis.

*A COMPLIES, Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 2. De- us in terris vi- ſus eſt,



& cum homi- nibus converſa- *tus eſt.*

*Doxologie aux Heures.*



O verè nobiſcum De-us, Jeſu, tibi ſit glo-ri- a



Cum Patre, cumque Spiri-tu, In ſempi-terna ſe-



cula. A- men.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 5. a. Verbum ca- ro



fac- tum eſt : & habi- ta- vit in no- bis.

7 Sept. SAINT CLOUD, Prêtre.

*Au Commun des Juſtes, Prêtres.*

ORAISON.

DEus, qui beátum Clodoaldum propter te humiliátum in ſéculo, & Sacerdótii múnere, & virtútum ſplendóre ſublimaſti ; tríbue nos ejus exemplo tibi dignè miniſtráre, & per ejus interceſſiónem grátiâ ſemper & méritò profícere : Per Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

## LE VIII. SEPTEMBRE.

# NATIVITÉ DE LA SAINTE VIERGE.

Solemnel - Majeur.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



CAPITULE. *Jérém.* 23.

Ecce dies véniunt, dicit Dóminus, & ſuſcitábo David germen juſtum : & regnábit rex, & ſápiens erit ; & fáciet judícium & juſtítiam in terra.




*On répete le* ℟. Hæc dicit. *juſqu'au* ℣.

*Hymne*, Débitam. *ci-deſſus, page* 346.

℣. Uſque in æternum præparábo ſemen tuum, ℟. Et ædificábo in generatiónem & generatiónem ſedem tuam.

*A* Magníficat.

*Ant.* 1. D. *qui ſe double.* Do- mine, ſermo quem locu-tus es Da- vid & ſu- per do- mum e- jus, confirme-tur in perpe- tu- um, & magni- fi-ce- tur nomen tu- um uſque in ſem- piternum.

*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*

## *A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*

*Ant.* 2. Ecce te-nebræ ope- ri-ent ter- ram, & ca-li- go po-pulos; ſuper te autem o- ri-etur Do- minus.

*Hymne*, Virgineis titulis. *ci-deſſus, page* 215.

*A* Nunc dimittis.

*Ant.* 1. g. In ſplendo- re or- tûs tu- i omnes ve-ni-ent, laudem Domi- no annun-ti-an- tes.

## *A NONE, Pſeaumes de la Férie.*

*Ant.* 3. a. Quàm pul-chra es, & quàm de-



co- ra, cariſſi-ma, in de- lici- is!

C A P I T U L E. *Iſa.* 41.

Elégi te, & non abjéci te : ne tímeas, quia ego tecum ſum.

℟. *br.* Pópuli confitebuntur tibi in æternum, * Allelúia, allelúia. Pópuli. ℣. Memóres erunt nóminis tui, * Allelúia. Glória. Pópuli.

℣. Concupiſcet Rex decórem tuum, ℟. Quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

## *A U X I I. V E P R E S.*

*Pſ.* Dixit. 
*page* 3.



*Ant.* 6. L Au- da & læ-



ta- re, fi- li- a Si- on; qui- a ec- ce e- go



ve- ni- o, & ha-bi-ta-bo in me-di-o tu- î,



a- it Dominus. *Pſ.* Laudáte, púeri. *page* 5.



*Ant.* 8. G. Rex



Iſ- ra-ël Do- minus in me-di-o tu- î; non ti-



mebis ma-lum ul- trà. *Pſ.* Lætátus ſum. *page* 21.



*Ant.* 1. D.



Do- minus De-us tu- us in me- di- o tu-



*Pſ.* Niſi Dóminus ædificáverit. *p.* 26.

î, for- tis, ipſe ſalva- bit.



*Ant.* 5. C. Gaude- bit ſu- per te in læti-



ti- a, ſi-lebit in di-lecti-o-ne ſu- a, e-xul-

ta- bit ſu-per te in lau-de. *Pſ.* Lauda, Jerúſalem. *p.* 274.

*Ant.* 4. E. Appli-ca-buntur gentes multæ ad Do-minum in di- e il- la, & e-runt mi-hi in po-pulum; & habi-ta- bo in medi-o tu- í.

C A P I T U L E. *Apoc.* 21.

ECce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis : & ipſi pópulus ejus erunt; & ipſe Deus cum eis erit eórum Deus.

*Du* 5. A L- le- lu- ia, al- le- lu- ia. ℣. Do- mi- nus virtu- tum no- biſcum : ſuſcep- tor noſ- ter De- us Jacob. Al- lu- ia.

*Hymne*, Unus bonórum. *ci-deſſus*, *page* 349.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

℟. Deus in médio ejus.

*A* Magníficat.

*Ant.* 3. a. *qui ſe double.* Ex te egre-di-e-tur qui ſit dominator in Iſ- ra-ël, & e-



greſſus e- jus ab i-ni- ti- o, à di-e-bus æter-



ni-ta- tis, & e- rit iſ- te pax, al- le- lu- ia.

ORAISON.

DEus, qui ſecundùm propóſitum voluntátis tuæ mundum tibi reconciliáre voluiſti : præſta, quæſumus, ut qui Nativitátem Vírginis Maríæ, de qua natus eſt nobis Chriſtus Salvátor, cum gáudio celebrámus, ipſam quam Fílius operátus eſt ſalútem, Matris interceſſióne conſequámur ; Per eumdem Dóminum.

*A COMPLIES, Pſſ. du Dim. Le reſte comme hier.*

## AUX JOURS DANS L'OCTAVE.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit.*
*Pſeaumes de la Férie à tout l'Office.*

*AUX HEURES, on omet* Allelúia. *aux Répons brefs.*

*A VEPRES, Ant. ſeule,* Lauda. *qui eſt la premiere des I. Vêpres du jour. On omet* Allelúia. *avec ſon* ℣. *& on ne double point l'Ant. à* Magníficat.

## DIMANCHE DANS L'OCTAVE.

*Tout l'Office ſe fait du Dimanche, comme au Pſeautier, avec mémoire de l'Octave.*

## 10 Sept. SAINT SALVI, Évêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

ECcléſiam tuam, Dómine, interveniente beáto Sálvio Pontífice, perpétuâ miſeratióne proſéquere; ut inter ſéculi túrbines conſtitúta, & præſenti jucunditáte reſpíret, & ætérnæ beatitúdinis gáudia percípiat : Per Dóminum.

---

LE XIV. SEPTEMBRE.

# EXALTATION DE LA SAINTE CROIX.

SOLEMNEL-MINEUR.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie à tout l'Office.*



*Ant.* 8. G. R A-dix Jeſſe, qui ſtat in ſig-



num populo- rum ; ipſum gentes deprecabuntur ;




CAPITULE. *Iſ.* 11.

LEvábit Dóminus ſignum in natiónes, & congregábit próſugos Iſrael, & diſperſos Juda cólliget à quátuor plagis terræ.

℟. *du* 2.

F I- li-us hominis trade- tur Prin-
ci-pibus Sacerdo-tum, & Scri- bis : &
condemna-bunt e- um mor- te, & * Tra-dent
e- um gen- tibus, ad cruci-figen-dum, & ter-
ti-a di-e reſur- get. ℣. Occide-
tur Chriſtus ; & non e- rit ejus po-pulus
qui e- um nega- tu- rus eſt. * Tra-dent.
G ori- a Pa- tri, & Fi- li-o, & Spiri-
tu-i Sanc- to.

*On répete le* ℟. Filius. *juſqu'au* ℣.

*Hymne*, Crux alma, ſalve. *page* 417.

℣. Accípere ánimam meam conſiliáti ſunt.

℟. Ego autem in te ſperávi, Dómine.

*A* Magníficat. *Ant.* J. *qui ſe double.* E- go quaſi Ag-
nus qui portatur ad victimam ; cogitave- runt
ſuper me conſi- li-a, dicentes : E- rada-mus



e- um de ter- ra viventium , & nomen e-
jus non memore- tur ampli- ùs.

*L'Oraiſon des II. Vêpres , ci-après.*

*Mémoire de la Nativ. de la S. V. Ant.* Ex te. ℣. Sanctificávit. *Or.* Deus, qui ſecundùm. *ci-deſſus , p.* 561.

*A COMPLIES , comme aux II. Vêpres.*

*A NONE. Doxologie* , Qui per Crucem.



*Ant.* 8. G. Verbum crucis pere-untibus quidèm
ſtulti- ti-a eſt ; i-is autem qui ſalvi fi- unt ,
no-bis , De-i vir- tus eſt.

CAPITULE. *Ephéſ.* 3.

DEus det vobis ut poſsítis comprehéndere cum ómnibus ſanctis , quæ ſit latitúdo , & longitúdo , & ſublímitas , & profundum ; ſcire étiam ſupereminentem ſciéntiæ caritátem Chriſti , ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

℟. *br.* Magnus Dóminus noſter , & magna virtus ejus , * Allelúia , allelúia. Magnus. ℣. Et ſapiéntiæ ejus non eſt númerus , * Allelúia. Glória Patri. Magnus.

℣. Notam feciſti in pópulis virtútem tuam :

℟. Redemiſti in bráchio tuo pópulum tuum.

*AUX II. VEPRES.*



*Ant.* 1. D. C Hriſ-tus nos rede-mit de ma-
le- dicto le-gis factus pro no-bis maledic-
tum ; qui-a ſcrip-tum eſt : maledictus om- nis


qui pendet in ligno. *Ant.* 8. G. E- um
qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum
fecit De-us ; ut nos efficeremur juſti- ti-a
De- i in ipſo. *Ant.* 6. Commendat
caritatem ſu-am De-us in nò-bis ; quo- niam
juſti-fica- ti in ſanguine Chriſti, ſalvi e- ri-
mus ab i- ra per ipſum. *Ant.* 5. C. Glori-
amur in De- o per Dominum noſtrum Je-
ſum Chriſtum, per quem nunc reconci-li-a- ti-
o-nem ac- cepimus. *Ant.* 3. a. Semèl o-
blatus eſt ad multorum exhauri-enda pecca-
ta : ſecundò ſine pecca- to appa-re-bit expec-
tan-tibus ſe in ſa-lutem.

CAPITULE. *Act.* 10.

PRæcepit nobis prædicáre pópulo, & teſtificári quia ipſe eſt qui conſtitútus eſt à Deo judex vivórum & mortuórum. Huic omnes prophétæ teſtimónium perhíbent remiſſiónem peccatórum accípere per nomen ejus qui credunt in eum.




Telis rubentem ſlámmeis
Ultóris exarmas manum:
Placátur, ut te réſpicit,
Iras & oblivíſcitur.

Lethále ſi vulnus ferat
Infernus anguis mórſibus;
Læſi ſimul te víderint,
Repentè tu medéberis.

Ara ſub illa par Deo
Se conſecrávit hóſtia:
Hâc ſede læſum fílius
Placávit orátor Patrem.

Crux ſancta, crux amábilis,
Crux tincta Chriſti ſánguine,
Hauríre da nos lárgius
Vitam, Dei de fúnere.

Qui per Crucem nos líberas,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre: nec tibi minor
Laus, utriuſque Spíritus.
Amen.

℣. In te confídit, ánima mea, Deus ;
℟. Et in umbra alárum tuárum ſperábo.




## ORAISON.

DEus, qui nos hodiernâ die exaltatiónis ſanctæ Crucis ánnuâ ſolemnitáte lætíficas ; præſta, quæſumus, ut cujus myſtérium in terra cognóvimus, ejus redemptiónis præmia in cœlo mereámur : Per eumdem.

*Mém. de la Nativ. de la V. Ant.* Dómine. ℣. Uſquè. *p.* 558.

## *A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*






Nobis, Redemptor, Crux tua
Sit ſola ſpes & glória :
Quis jam tibi vel vívere,
Jeſu, recúſet vel mori ?
Plagæ tui ſint córporis
Ægris azilum méntibus ;
A Patris ira nos tegas
Blando, Redemptor, in ſinu.
Qui per Crucem nos líberas,
Fili, tibi laus máxima
Cum Patre : nec tibi minor
Laus, utriuſque Spíritus.
Amen.

*A* Nunc dimittis.

*Ant.* 5. a. Ecce in medi- o


throni Agnum ſtantem tanquàm occi- ſum.

15 Septemb. OCTAVE DE LA NATIV. DE LA S. V.

*Double-mineur. Pſſ. de la Férie. Le reſte comme au jour de la Fête, omettant le rit ſolemnel.*

16 Sept. S. JEAN CHRYSOSTOME, Ev. & Doct.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

DA ſervis tuis in ſacro miniſtério, Dómine, ſpíritum ſapiéntiæ & fortitúdinis, quo beátus Joannes Chryſóſtomus peccantes argúere non déſtitit, & multíplices ærumnas pro tui nóminis amóre ſuperávit : Per.

*A Vêp. mémoire de S. Corneille. Ant.* Ecce. ℣. In Deo, *au Commun, p. x. Oraiſon,* Deus, cui. *ci-après.*

17 Sept. SAINT CORNEILLE, Pape & Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DEus, cui omnis famulátur dígnitas : da Eccléſiæ tuæ Miniſtris, intercedente beáto Cornélio Mártyre tuo atque Pontífice ; ut ſicut ſúbditos ſibi pópulos órdinis honóre ſúperant, ita morum virtúte tranſcendant ; Per.

18 Sept. SAINTE CAMELE, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

ORAISON.

DEus, ſanctæ puritátis amátor, qui beátæ Caméliæ caſtum virginitátis propóſitum infudiſti ; da nobis, quæſumus, ſic ejus agónem glorióſum venerári, ut perpétuis ejuſdem mereámur fovéri præſídiis : Per.

19 Sept. SAINT CYPRIEN, Ev. & Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

BEáti Cypriáni, quæſumus, Dómine, nos tibi ſancta commendet orátio ; qui ſimul & vigóre ſacerdótii cláruit, & glorióſæ paſſiónis triumpho refulſit : Per.

## LE XXI. SEPTEMBRE.

## SAINT MATTHIEU, APOTRE ET ÉVANG.

Double-Majeur.

*Tout au Commun des Apôtres, excepté ce qui ſuit.*

*AUX I. VEPRES.*

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti ;
℟. Inhabitábit in átriis tuis, Dómine.

A Magníficat.



*Ant.* 8. G. Vi- dit Jeſus hominem



ſedentem in te-loni-o, Matthæ-um nomine ; &



a- it il- li : Sequere me.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*AUX II. VEPRES.*

℣. Miſéricors Dóminus & juſtus :
℟. Et Deus noſter miſerétur.

A Magníficat.



*Ant.* 6. Miſericordi-am vo-lo,



& non ſacri- fi- cium ; non enim veni voca-re



juſ- tos, ſed pecca- to- res ad pœni- tentiam.

ORAISON.

DEus, qui ineffábili miſericórdiâ, beátum Matthæum ex publicáno Apóſtolum elígere dignátus es ; da nobis, ejus exemplo & interceſſióne, ut poſt te, relictis ómnibus, ambulantes, tibi fírmiter adhærére valeámus : Qui vivis & regnas.

*Mémoire de S. Maurice & ſes Compagn. Ant.* Cùm vos. ℣. Viríliter. *au Commun*, xix. *Oraiſ.* Deus, pro. *ci-après.*

22 Sept. S. MAURICE ET SES COMPAGN. Mart.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

DEus, pro te certántium fortitúdo, & coróna per te vincéntium : da nobis, quæſumus, ut qui in beatórum Mártyrum Maurícii & Sociórum paſſióne virtútem

tuam prædicámus, per eamdem contrà ſalútis hoſtes firmâ fide roborémur; Per Dóminum.

23 Sept. SAINTE THECLE, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut præclára virgo Thecla, ſicut in mulíebri ſexu prima Domínicæ paſſiónis imitátrix enítuit, ita fragilitáti noſtræ promptam ſe adjutrícem exhíbeat: Per.

24 Sept. SAINT YSARN, Abbé.

*Au Commun des Abbés.*

ORAISON.

FAmíliam tuam, Deus, in tua miſericórdia ſperantem cœleſti prótege benignus auxílio; ut quæ de beáti Yſarni Abbátis virtútibus gloriátur, ejus méritis & interceſſióne, perpétuâ pace & unitáte lætétur: Per.

25 Sept. SAINT FIRMIN, Evêque & Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DEus, qui per beátum Firmínum Mártyrem tuum atque Pontíficem infidéles pópulos de ténebris ad lucem veritátis veníre tribuiſti; da nobis, ejus interceſſióne, in fide ſtábiles, & à ſpe Evangélii quod prædicávit immóbiles permanére: Per Dóminum.

27 Sept. S. COSME ET S. DAMIEN, Mart.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

MAgníficet te, Dómine, ſanctórum tuórum Coſmæ & Damiáni veneranda ſolémnitas; quâ & illis glóriam ſempiternam, & opem nobis ineffábili providentiâ contuliſti: Per Dóminum.

---

LE XXIX. SEPTEMBRE.

## FETE DE SAINT MICHEL ARCHANGE, & de tous les Saints Anges.

Solemnel-Mineur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*




e- a quæ ſub ipſo e- rant, reple- bant templum.
*Ant.* 2. Se- raphim ſtabant ſuper il- lud,
& clamabant alter ad al- terum : Sanctus,
Sanctus, Sanc-tus Dominus De-us exer- cituum.
*Ant.* 3. a. E-leva- ta eſt glori-a Domini
deſuper Che- rub : & ſonitus alarum Cherubim
audi- e- ba-tur, quaſi vox De- i omnipo-tentis
loquentis. *Ant.* 5. C. De throno procede-
bant fulgura, & voces, & tonitrua : & ſep-
tem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt
ſeptem Spi-ritus De-i. *Ant.* 6. Thronus
e- jus flammæ ig- nis : milli- a mil- li-um
miniſtra-bant e- i, & deci-es milli-es cente-




CAPITULE. *Coloſſ.* 1.

IN Chriſto cóndita ſunt univerſa in cœlis, & in terra; viſibília, & inviſibília, ſive Throni, ſive Dominatiónes, ſive Principátus, ſive Poteſtátes : ómnia per ipſum & in ipſo creáta ſunt.

℟. *du* 1.




*On répete le* ℟. Dómine. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du* 2.





Spi-ritus : Da choris junctos ſupernis Ore puro



pſallere.

Inter omnes fulguranti :
Enſe victor émicat,
Qui dracónis inſolentem
Cóntudit feróciam,
De polo truſit rebellem
In profunda tártara.
Dum ſuperbum ſternis hoſtem,
Intonas : Quis ut Deus ?
Obſtináta turba præceps
Clade commúni ruit :
Te triumphantem corónat
Qui tibi dat víncere.
Tu decóre vincis omnes :
Alitum pulchérrime :
Aſſides Deo propinquus,
Cónſilî tu párticeps :
Aſtra claudis & reclúdis,
Noſque ſiſtis Júdici.
Te tremendo poſcat æger
Mortis in luctámine,
Advolantis efficácem
Séntiet præſéntiam :
Córporis vinclis ſolútum
Mox ad aſtra tránsferes.
Quæ ſuos facit miniſtros,
Quos creávit ſpíritus,
Præcolendæ Trinitáti,
Laus, honor, virtus, decus,
Univerſum ſit per orbem,
Cuncta ſit per ſécula. Amen.

℣. Laudáte Dóminum in virtútibus ejus ; ℟. Laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. G. *qui ſe double.* Quis poſu-it menſuras



ter- ræ ? vel quis tetendit ſuper e-am li- neam,



cùm me lauda-rent ſimul aſtra matuti- na,



& jubila- rent omnes fi- li-i De-i ?

*Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A* COMPLIES, *comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*A* NONE. *Doxol.* Rex, cui. *à Compl. Pſſ. de la Fér.*



*Ant.* 4. E. Om- nes audi-vi, dicentes : Se-




CAPITULE. *Hébr.* 1.

CUm introdúcit Primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei. Et ad Angelos quidèm dicit: Qui facit Angelos ſuos, ſpíritus; & miniſtros ſuos, flammam ignis.

℟. *br.* Laudáte Dóminum, omnes Angeli ejus, * *Allelúia, allelúia.* Laudáte Dóminum. ℣. Laudáte eum, omnes virtútes ejus, * Allelúia. Glória. Laudáte.

℣. Laudáte Dóminum de cœlis;

℟. Laudáte eum in excelſis.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



ba De- i deſcendet de cœ-lo ; & mortui

qui in Chriſto ſunt, reſur- gent primi.

*Ant.* 2. Exi-bunt Ange-li, & ſepara-bunt

malos de medi-o juſto-rum. *Ant.* 7. a. An-

ge-li col-ligent de regno De-i omni-a ſcan-

dala, & e- os qui faci-unt iniqui- tatem ; &

mittent e-os in cami-num ignis.

CAPITULE. 2. *Theſſ.* 1.

DIgni habeámini in regno Dei, pro quo & patímini: ſi tamen juſtum eſt apud Deum retribúere tribulatiónem iis qui vos tríbulant ; & vobis, qui tribulámini, réquiem nobiſcum in revelatióne Dómini Jeſu de cœlo cum Angelis virtútis ejus.

*Du* 6.

A L- le- lu- ia, al-

le- lu- ia. ℣. Do-

mine De- us me- us, magni- fica- tus es vehe-

menter ; qui fa- cis Angelos tu- os Spiritus,

&

& miniſtros tu- os ig- nem u-ren-

tem. Al- le- lu- ia.

*Hymne*, Chriſte, qui ſedes. *comme aux I. Vêpres.*
℣. Qui ſedes ſuper Chérubim, maniſeſtáre,
℟. Coram Ephraïm, Bénjamin, & Manaſſe.

A Magníficat. *Ant.* J. *qui ſe double.* Qui digni habebun-

tur ſeculo il- lo, & reſurrecti-o- ne ex mor-

tu-is, æquales Ange-lis ſunt, & fi-li- i ſunt

De- i; cum ſint fi- li-i reſurrec-ti- o- nis.

*ORAISON.*

Deus, qui miro órdine Angelórum miniſtéria hóminumque diſpenſas: concéde propítius, ut à quibus tibi miniſtrántibus in cœlo ſemper aſsíſtitur, ab his in terra vita noſtra muniátur; Per Dóminum.

*Mémoire de S. Jerôme. Ant.* Beátus qui. ℣. Beátus homo. *au Commun, p.* xxxiv. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après.*

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*

*Ant.* I. a. Vi- dit Jacob in ſom-nis ſca-

lam ſtantem ſuper ter-ram, & cacumen il-li-

us tangens cœlum: Angelos quoque De-i aſ-

cendentes & deſcendentes per e-am.

B b

*Doxologie aux Heures.*




30 Sept. SAINT JEROME, Prêtre & Doct.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

DEus, qui Ecclésiæ tuæ in exponendis ſacris Scriptúris beátum Hieronímum Doctórem máximum providére dignátus es : præſta, quæſumus, ut ejus ſuffragántibus méritis, ſint nobis ſemper caſtæ delíciæ noſtræ Scriptúræ tuæ, & in ipſis inveniámus fídei, ſpei & caritátis alimentum ; Per Dóminum.

## FETES D'OCTOBRE.

1 Octobre. SAINT REMI, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui pópulo Fráncico æternæ ſalútis beátum Remígium miniſtrum tribuiſti : præſta, ut quem doctórem vitæ habúimus in terris, interceſſórem habére mereámur in cœlis ; Per Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

LE II. OCTOBRE.

# LES SAINTS ANGES GARDIENS,

Double-Majeur.

## *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Iſ.* 63.

Dixit Dóminus : Pópulus meus eſt, fílii non negantes ; & factus eſt eis Salvátor. In omni tribulatióne eórum non eſt tribulátus, & Angelus faciéi ejus ſalvávit eos : in dilectióne ſua & in indulgéntia ſua ipſe redémit eos, & portávit eos.





ra ; * Quo-ni-am. Glori-a Patri , &



Fi- li-o , & Spiri- tu-i Sanɫo. † In.

Hymne, *du* 2. *en* A.



C Uſtodes hominum pſallimus Angelos ,



Naturæ fragi-li quos Pater addidit Cœleſtis co-



mites inſidi-antibus Ne ſuccumberet hoſtibus.

Nam quòd corrúerit pró-
ditor Angelus ,
Conceſſit méritò pulſus ho-
nóribus ,
Ardens invídia , péllere
nítitur
Quos cœlo Deus ádvocat.

Hùc cuſtos ígitur pérvigil
ádvola ,
Avertens pátriâ de tibi cré-
ditâ
Tàm morbos ánimi , quàm
requiéſcere
Quidquid non ſinit íncolas.

Sit laus ſumma Patri ,
ſúmmaque Fílio ,
Haud impar tibi ſit , glória
Spíritus ,
Qui nos dùm révocas ad
pátrias ſedes ,
Mandas próvidus Angelis.
Amen.

℣. Qui hábitat in adjutório Altíſſimi ,
℟. In protectióne Dei cœli commorábitur.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. D. De- us vi-ros inſtruit



diſcipli-nâ , ut aver-tat hominem ab his quæ



fa- cit : ſi fu- erit pro e- o Angelus loquens ,



miſe-re-bitur e- jus , & di- cet : Libera



e- um; & vide- bit fa-ci-em ejus.

*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de S. Remi, Ant.* Sacerdótes. ℣. Salvum. *au Commun, p.* xxx. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-deſſus.*

*A COMPLIES, comme à S. Michel, ci-deſſus, p.* 577.

*A NONE. Doxol.* Rex, cui. *p.* 578. *Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 3. *a.* Proteget Do- minus habitato-res Je-



ruſalem; & e- rit domus David quaſi De-i,



ſi cut Angelus Domini in conſpectu e- o-rum.

CAPITULE. 2. *Mach.* 15.

DOminátor cœlórum, mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timóre & tremóre magnitúdinis brachii tui; ut métuant qui cum blaſphémia véniunt adversùs ſanctum pópulum tuum.

℟. *br.* Qui ſedes ſuper Chérubim, Dómine Deus virtútum. Qui ſedes. ℣. Oſtende fáciem tuam, & ſalvi érimus, * Dómine. Glória Patri. Qui ſedes.

℣. Dóminus virtútum nobiſcum,

℟. Suſceptor noſter Deus Jacob.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 3. a. V I-de- te ne contemnatis



unum de puſil- lis qui in me credunt; dico



enim vobis quia Angeli e- o- rum ſemper



vident fa-ci-em Patris me- i qui in cœlis



eſt. *Ant.* 4. E. Dico vobis; Gaudium




CAPITULE. *Apoc.* 8.

ANgelus venit ; & ſtetit ante altáre, habens thuríbulum áureum ; & data ſunt illi incenſa multa ; ut daret de oratiónibus Sanctórum ómnium ſuper altáre áureum ante quod eſt ante thronum Dei, & aſcendit fumus incenſórum de oratiónibus Sanctórum de manu Angeli coram Deo.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel, on dit l'*Allelúia. *avec ſon* ℣. *de ſaint Michel, pages* 576 & 577.

*Hymne*, Cuſtódes hóminum. *page* 581.

℣. In conſpectu Angelórum pſallam tibi, Deus meus ;
℟. Adorábo ad templum ſanctum tuum, & confitébor nómini tuo.

*A* Magníficat.




ORAISON.

DEus, qui ineffábili providéntiâ ſanctos Angelos tuos ad noſtram cuſtódiam míttere dignáris; largíre ſupplícibus tuis, & eórum ſemper protectióne defendi, & æternâ ſocietáte gaudére : Per.

*Mém. de S. Trophime*, *Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *au Commun*, *p.* xxvj. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après.*

*COMPLIES*, *comme à la Fête de ſaint Michel*, *p.* 577.

## 3 Octob. SAINT TROPHIME, Évêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui ad Galliárum illuminatiónem, beátum Tróphimum Pontíficem prædicatiónis evangélicæ glóriâ decoraſti ; præſta, ut quos per ipsíus documenta fidéles eſſe donaſti, meritórum imitatóres eſſe concédas ; Per Dóminum.

## 4 Octob. S. FRANÇOIS D'ASSISE, Moine.

*Au Commun des Moines.*

ORAISON.

DEus, qui te párvulis & humílibus reveláre non dedignáris : tríbue nobis, quæſumus, imitatióne beáti Franciſci, & ſtultam hujus mundi deſpícere ſapiéntiam, & ſolum edíſcere Jeſum Chriſtum crucifíxum ; Qui.

## 6 Octob. SAINT BRUNO, Moine.

*Au Commun des Moines.*

ORAISON.

SAncti Brunónis, quæſumus, Dómine, interceſſiónibus adjuvémur ; ut qui majeſtátem tuam júgiter delinquendo offéndimus, ejus méritis & précibus, noſtrórum delictórum véniam conſequámur ; Per Dóminum.

7 Octob. SAINTE FOI, Vierge & Martyre.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, Dómine, ut ſicut divína laudámus in beátæ Vírginis Fidis paſſióne magnália, ſic indulgéntiam tuam piis ejus précibus aſſequámur; Per.

*9 Octob.* S. DENIS, Év. & ſes Compagnons, Martyrs.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

DEus, qui hodiernâ die beátum Dionyſium Martyrem tuum atque Pontíficem, & ſócios ejus virtúte conſtántiæ in paſſióne roboraſti; tríbue nobis, quæſumus, ex eórum imitatióne, pro amóre tuo próſpera mundi deſpícere, & nulla ejus adverſa formidáre; *Per Dóminum.*

13 Octob. SAINT GERAUD, Laïc.

*Au Commun des Juſtes.*

*ORAISON.*

IMmenſam pietátis tuæ cleméntiam, omnípotens Deus, ſúpplices exorámus; ut intercesſióne beáti Geraldi, univerſa à nobis terrenórum vitiórum, ſeculáriumque diſcríminum tentamenta diſcédant; Per Dóminum.

*15* Octob. SAINTE THÉREZE, Vierge.

*Au Commun des Vierges.*

ORAISON.

DEus, qui beátæ Vírginis Theréſiæ mónitis & exemplo ſervos tibi & ancillas ſuſcitaſti in quos de Spíritu tuo effúnderes: da nobis, ejus imitatióne ac précibus, & cœleſtis doctrínæ pábulo nutríri, & veræ perfectiónis deſidério accendi; Per Dóminum.... in unitáte ejuſdem Spíritus ſancti.

16 Octob. SAINT BERTRAND, Évêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

ECcléſiam tuam, Dómine, ſancti Bertrandi Pontíficis contínuâ protectióne cuſtódi; ut ſicut illum paſtorális ſollicitúdo glorióſum réddidit, *ita nos* ejus intercéſſio in tuo ſemper fáciat amóre ferventes; Per.

17 Octob. SAINT GAUDERIC, Laboureur.

*Au Commun des Juſtes.*

ORAISON.

DEus, à quo bona cuncta procédunt, te ſúpplices exorámus; ut, beáti Gauderíci méritis & interceſſióne, pópulus in te confídens, & æternis profíciat inſtitútis, & temporálibus frugum terræ non deſtituátur auxíliis; Per Dóminum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

## LE XVIII. OCTOBRE.

# SAINT LUC, ÉVANGÉLISTE.

Double-Majeur.

## *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



Capitule. *Éphéſ.* 4.

Chriſtus dedit quoſdam quidèm Apóſtolos, quoſdam autem Prophétas, álios verò Evangeliſtas, álios autem Paſtóres, & Doctóres, ad conſummatiónem Sanctórum in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti.

℟. *du* 5.




Hymne, *du* 1.




Olim ſub umbris cóndita
Vates ſacri quæ víderant,

Umbris procùl cedéntibus
Vidiſtis hæc pleno die.

Humána quæ tulit Deus,
Divína quæ geſſit homo,
Seris legenda póſteris
Dictante ſcripſiſtis Deo.

Loco remótos, témpore,
Vos rexit idem Spíritus:
Veſtris adhuc in páginis
Nobis loqui non déſinit.

Uni ſit & trino Deo,
Supréma laus, ſummum decus,
De noɗte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Dóminus dabit verbum evangelizántibus.
℟. Virtúte multâ.

A Magníficat.




*L'Oraiſon des II. Vêpres ci-après.*

*A* COMPLIES, *comme après les II. Vêpres.*

*A* NONE, *Doxol.* Uni ſit. *à Compl. Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. 1. *Theſſ.* 2.

Sicut probáti ſumus à Deo, ut crederétur nobis Evangélium; ita lóquimur, non quaſi homínibus placentes, ſed Deo qui probat corda noſtra.

℟. *br.* Elóquia Dómini, * Elóquia caſta. Elóquia.
℣. Argentum igne examinátum, * Elóquia caſta. Glória Patri. Elóquia.

℣. Ignítum elóquium tuum vehementer,
℟. Et ſervus tuus diléxit illud.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*




Evange-li-o Chriſti , ſpem habentes creſcen-tis
fi-de-i veſtræ , in vo- bis magni-fi- ca-ri.
Ant. 7. ç. Cupidè volebamus tradere vobis ,
non ſolùm Evange-li-um De- i , ſed e- ti-am
a- nimas noſtras. Ant. 1. a. Spem quæ re-po-
ſita eſt vobis in cœlis , au- diſ- tis in verbo
veritatis Evange-li-i , quod perve- nit ad vos.
Ant. 2. Dignè Evange-li-o converſa- mi-
ni , in uno ſpiritu una- nimes , collaborantes
fide-i Evange- li-i ; qui-a vobis donatum eſt
ut in Chriſtum credatis. Ant. 3. a. Glori-
a honor, & pax omni operanti bonum
in di-e cùm judicabit De-us occulta homi-



num, ſecundùm Evangeli-um meum.

CAPITULE. *Baruch.* 4.

HIc liber mandatórum Dei, & lex quæ eſt in ætérnum : omnes qui tenent eam, pervénient ad vitam; qui autem dereliquérunt eam, in mortem.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel, l'on dit* Allelúia. *avec ſon* ℣. *ci-deſſus, page* 399. ]

*Hymne*, Chriſti. *ci-deſſus, page* 587.

℣. Suſcitávit Dóminus teſtimónium in Jacob,

℟. Et legem póſuit in Iſraël.

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. G. Lu- cas eſt mecum ſo-



lus : omnes me de-re-liquerunt ; Dominus autem



mihi aſtitit, & conforta- vit me, ut per me



prædica- ti-o imple-a- tur, & au- di-ant om-



nes gentes.

ORAISON.

INtervéniat pro nobis, quæſumus, Dómine, ſanctus tuus Lucas Evangeliſta, qui crucis mortificatiónem júgiter in ſuo córpore pro tui nóminis honóre portávit; Per Dóminum.

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 6. Prædica- bitur hoc Evange lium reg-



ni in univerſo or- be, in teſtimonium omnibus



gentibus ; & tunc veni-et conſummati-o.

*Doxologie aux Heures.*




20 Octob. SAINT CAPRAISE, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus; ut qui beáti Capráſii Mártyris tui ſolémnia celebrámus, interceſſióne ejus in tui nóminis amóre roborémur: Per Dóm.

21 Oct. S. URSULE, & ſes Compagnes, Vierges & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

ORAISON.

DEus, *qui* ſingulári providéntiâ beátam Urſulam & ſócias ejus ad virginitátis & martyrii palmam provexiſti; da nobis eárum interceſſióne, ita vários ſéculi æſtus pertransíre, ut ad æternæ ſalútis portum felíciter perveníre mereámur: Per Dóminum.

24 Octob. SAINT EREMBERT, Évêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui beáto Eremberto tàm multíplicem grátiam contuliſti, ut te vocante, ſollicitúdinem paſtorálem pro nobis ſuſcíperet, & te inſpirante, relínqueret; concéde nobis ejus interceſſióne, ut inter varietátes ſéculi, vocem tuam ſemper audientes, à voluntáte tua nunquàm diſſentiámus; Per Dóminum.

26 Octob. SAINT RUSTIQUE, Évêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

TRíbue nobis, quæſumus, Dómine, miſericórdiam tuam, intercedente beáto Rúſtico Pontífice, & quæcumque præcipis ut agámus, ipſe ádjuva ut implére poſsímus; Per Dóminum.

---

LE XXVIII. OCTOBRE.

## SS. SIMON ET JUDE, APOTRES.

Double-Majeur.

*Au Commun des Apôtres, excepté ce qui ſuit.*

ORAISON.

DEus, qui nos per beátos Apóſtolos tuos ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuiſti: da nobis ſanctórum tuórum Simónis & Judæ précibus, ut quod fides cognoſcit, ſpes desíderet, & cáritas apprehendat; Per.

30 Octob. SAINT QUINTIN, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

BEnedíctio tua, Deus ímpleat corda fidélium; ut & dignè Mártyris tui Quintíni honoríficent paſſiónem, & remédia ſalútis æternæ, ejuſdem patrocínio conſequantur; Per Dóminum.

---

LE XXXI. OCTOBRE.

## LA VEILLE DE TOUS LES SAINTS.

*A NONE.*



*Ant.* 5. a. Læti- ti-a ſempiter-na ſu- per



caput e-orum; gaudium & læti-tiam obti- ne-



bunt, & fugi-et do-lor & gemitus.

CAPITULE. *Iſ.* 65.

ECce ego creo Jerúſalem exultatiónem, & pópulum ejus gáudium: & exultábo in Jerúſalem, & gaudébo in pópulo meo; & non audiétur in eo ultrà vox fletûs & vox clamóris.

℞. *br.* Glorióſa dicta ſunt de te, Cívitas Dei. Glorióſa.
℣. Sicut lætántium ómnium habitátio eſt in te, * Cívitas Dei. Glória Patri. Glorióſa.

℣. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt;
℞. Et in nómine tuo exultábunt totâ die.

# FETES DE NOVEMBRE.

## LE PREMIER NOVEMBRE.
## FETE DE TOUS LES SAINTS.
ANNUEL.

### *AUX I. VEPRES.* *Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Héb. 12.*

Acceſſiſtis ad Sion montem, & civitátem Dei viventis, Jerúſalem cœleſtem, & multórum míllium Angelórum frequéntiam, & Eccléſiam primitivórum qui conſcripti ſunt in cœlis, & júdicem ómnium Deum, & ſpíritus juſtórum perfectórum, & teſtamenti novi mediatórem Jeſum.





Glo- ri-a Pa- tri, & Fi-li-o, & Spi-ri- tu-



i ſanc- to. † Quoni-am.

*On répete le* ℟. Inebriabuntur. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, du 1.



CŒlo quos e- adem Gloria conſecrat, Terris



Vos e-adem conce- lebrat di-es : Lætis veſtra ſimul



præmi-a pangimus, Du- ris parta laboribus.

Jam vos paſcit amor, núdaque véritas :
De pleno bíbitis gáudia flúmine :
Illîc perpétuam mens ſátiat ſitim
Sacris ébria fóntibus.

Altis *ſecum* hábitans in penetrálibus
Se Rex ipſe ſuo contúitu beat ;
Illabenſque, ſuî pródigus, íntimis
Seſe méntibus ínſerit.

Altari médio, *cui* Deus ínſidet
Agni fumat adhuc innócuus cruor :
Quæ mactáta Patri ſe ſemèl óbtulit,
Se jugis litat hóſtia.

Pronis turba ſenum cérnua fróntibus,
Inter tot rútili fúlgura lúminis
Regnanti Dómino dévovet áurea,
Quæ ponit, diadémata.

Gentes innúmeræ, conſpícuæ ſtolas
Agni purpúreo ſánguine cándidas,
Palmis læta cohors, cántibus æmulis
Ter ſanctum célebrant Deum.

Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio :
Sit par ſancte tibi laus quoque Spíritus,
Qui das pro méritis, óptimus árbiter,
Te totum ſimul ómnibus.
Amen.

℣. Dómine, in juſtítia tua exaltábuntur ;
℟. Quóniam glória virtútis eórum tu es.

*A* Magníficat.



*Ant. J. qui ſe double.* Quos De-us prædeſti-



navit, hos & vo- ca-vit; & quos voca-vit,



hos & juſti- fica- vit; quos autem juſti-fi- ca-



vit, illos & glo- ri-fica- vit.

*L'Oraiſon comme aux II. Vêpres, ci-après.*

## A COMPLIES. *Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 8. G. Nox ultrà non e-rit : & non egebunt



lumine lucernæ, neque lumine ſo- lis; quoni-



am Dominus De- us illu-mi-na- bit illos.

HYMNE, *du* 5.



QUàm pulchra, quàm dilecta ſunt Celſi To-



nantis atri-a! Quæ mille circùm cœlites Cin-



gunt coluntque milli-a.

Hac unus ardor in domo,
Deum vidére, pſállere,
Amáre, ter ſanctum piis
Efferre ſemper láudibus.

Quandò ſolúta cárcere,
Tibi licébit, mens mea,
His intereſſe cœtibus,
His te choris conjúngere.

Hoc te precámur ſúpplices,
Sol, Agnus, & lux Cœlitûm,
Da nos vidére cum tuis
Regnum perennis pátriæ.
Amen.

*On dit l'Hymne précédente pendant toute l'Octave.*

*A* Nunc dimittis



*Ant.* 2. Servi-ent Domino,

& vide-bunt fa- ci-em e- jus ; & nomen

e- jus in frontibus e- orum.

*A NONE. Pſſ. du Dimanche.*

*Doxologie.*

O Sancte ſanctórum Deus , Cum Patre , cumque Spíritu ,
Jeſu , tibi ſit glória , In ſempiterna ſécula. Amen.

*Ant. 7. d.* Hymnus omnibus ſanctis ejus ,

*fi- li is Iſ- ra-el , populo appropinquanti ſi-*

bi : glori-a hæc eſt om- nibus ſanctis ejus.

CAPITULE. *Iſ. 65.*

ECce ego creo cœlos novos & terram novam ; & non *erunt in memoria prióra* , & non aſcendent ſuper cor; ſed gaudébitis , & exultábitis uſquè in ſempiternum.

℟. *br.* Beáti qui hábitant in domo tua , Dómine , * Allelúia , allelúia. Beáti. ℣. In ſécula ſeculórum laudábunt te , * Allelúia. Glória. Beáti.

℣. Vox exultatiónis & ſalútis , ℟. In tabernáculis juſtórum.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. du Dimanche.*

*Ant. 4. E.* BEnedictus De- us , qui e-le-

git nos in Chriſto , ut eſſemus ſancti &

immacula- ti in conſpectu e- jus in ca- ri-

ta-te. *Ant. 1. D.* Ipſi- us ſumus factu- ra ,




C A P I T U L E. 1. *Petr.* 1.

SEcundùm eum qui vocávit vos, Sanctum; & ipſi in omni converſatióne ſancti ſitis, quóniam ſcriptum eſt: Sancti éritis, quóniam ego ſanctus ſum.

*Du* 1.




*Hymne* , Cœlo quos eadem. *ci-deſſus, page* 595.

℣. In lúmine tuo vidébimus lumen :

℟. Prætende miſericórdiam tuam ſciéntibus te, Dómine.

*A* Magnificat.




## ORAISON.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui ómnium Sanctórum tuórum mérita ſub una tríbuis celebritáte venerári ; quæſumus, ut deſiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis interceſſóribus, largiáris : Per.

*Après* Benedicámus. *à moins que ce ne ſoit un Samedi, on dit les Vêpres des Morts , comme ci-après.*

*Si c'eſt un Samedi , on fait mémoire du Dimanche : les Vêpres des Morts ſont renvoyées au lendemain , la Commémoration des Fideles Défunts au Lundi ſuivant , & la Fête de Saint Papoul au Mercredi.*

*A COMPLIES , Pſſ. & Capit. du Dimanche. Le reſte comme aux I. Vêpres , ci-deſſus.*

# VEPRES DES MORTS.




*Tout bas*, Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.

ỳ. In

℣. In memória æterna erunt juſti : ℟. Ab auditióne mala non timébunt.

℣. A porta ínferi ℟. Erue, Dómine, ánimas eórum.

℣. Credo vidére bona Dómini ℟. In terra viventium.

PSEAUME 145.

LAuda, ánima mea, Dóminum : * laudábo Dóminum in vita mea ; pſallam Deo meo quámdiù fúero.

Nolíte confídere in princípibus ; * in fíliis hóminum, in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus, & revertétur in terram ſuam :* in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, ſpes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cœlum & terram, mare & ómnia quæ in eis ſunt ;

Qui cuſtódit veritátem in ſéculum, facit judícium injúriam patiéntibus, * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos :* Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit eliſos : * Dóminus díligit juſtos.

Dóminus cuſtódit ádvenas : pupillum & víduam ſuſcípiet, * & vias peccatórum diſperdet.

Regnábit Dóminus in ſécula : * Deus tuus, Sion, in generatiónem & generatiónem.

℣. Requieſcant in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam ; ℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum,

℟. Et cum ſpíritu tuo.

ORAISON.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum ; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt piis ſupplicatiónibus conſequantur ; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Requieſcant in pace. ℟. Amen.

## A LA PROCESSION,

### *Et pour les Enterremens.*

℟. *du* 2.




os ſu- um. * E-xaudi me, quo- ni-am † Be-
nig- na eſt miſericor- di-a tu- a : ¶ In-
ten- de animæ me- æ, & li-be-
ra e- am. ℣. Domine De- us, rex ſeculo-
rum, ſo- lus pi-us es. * Exaudi me, quo-
ni-am benig- na eſt miſe-ricor- di-a tu-
a : inten- de animæ me- æ, &
li-bera e- am. ℣. Mi-ſere-re me- i; Do- mi-
ne, fili David : Domine, ad- juva me; † Be-
nig- na eſt miſe-ricor- di-a tu- a : inten-
de animæ me- æ, & li-bera
e- am. ℣. Propoſuit te De- us propi- ti-
a - ti-o nem per fi-dem propter remiſſi- o-







*On répete le* ℟. Líbera. *juſqu'au* ℣.

℣. Réquiem æternam dona eis, Dómine ;
℟. Et lux perpétua lúceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine, exaudi oratiónem meam ;
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

*Oraiſon*, Fidélium, Deus, &c. *ci-deſſus.*

3 Nov. S. PAPOUL, Mart. *Double-maj.*

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DA, quæſumus, omnípotens Deus, juge increméntum fídei, quam beátus Martyr Pápulus in his regiónibus plantávit, & próprio ſánguine rigávit : Per.

Mémoire de l'Oct. *Aux II. Vêp. de S. Charles & de l'Oct.*

4 Nov. S. CHARLES BORROMÉE, Ev.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, qui ſinguári providéntiâ ad reſtituendam Eccléſiæ diſciplínam, & emendandos hóminum mores, beátum Carólum ſuſcitaſti : da ſacrâ ejus intercesſióne, ut ſicut ille, forma factus gregis ex ánimo, vígili ſollicitúdine tibi complácuit, ita & nos zelo domûs tuæ æſtuantes, morum integritáte tibi placeámus : Per.

*Mémoire de l'Octave.*

AUX JOURS DANS L'OCTAVE.

*Tout comme au jour de la Fête, excepté ce qui ſuit.*
*Pſeaumes de la Férie à tout l'Office.*

*A VEPRES, Ant. ſeule,* Benedictus. *qui eſt la premiere des II. Vêpres du jour. On omet* Allelúia. *avec ſon* ℣. *& on ne double point l'Ant. à* Magníficat.

DIMANCHE DANS L'OCTAVE.

*Tout l'Office ſe fait comme au jour de la Fête, excepté qu'aux I. Vêpres on ne dit point le* ℟., *on omet aux II. Vêp.* Allel. *avec ſon* ℣. *& on ne double point l'Ant. à* Magnif.

# LE VIII. NOVEMBRE.
# OCTAVE DE TOUS LES SAINTS,
## & Vénération des Saintes Reliques.
Double-Majeur.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



CAPITULE. *Rom.* 8.

SI Spíritus ejus qui ſuſcitávit Jeſum à mórtuis, hábitat in vobis ; qui ſuſcitávit Jeſum Chriſtum à mórtuis, vivificábit & mortália córpora veſtra, propter inhabitantem Spíritum ejus in vobis.





xuvias, pignora cœlitûm, Læ-tis dicite cantibus.

Cœlo quandò piis æqua labóribus
Felíces ánimæ gáudia póſſident,
Pœnárum ſóciis débita rédditur
Hîc laus & decus óſſibus.

Paſsìm ſparſa, Deus pollíciti memor,
Cuſtos, ne péreant, pígnora cólligit;
Electoſque ſuis próvidus ággerit
Aptandos lápides locis.

Quin & relliquias & túmulos ſibi
Aras ipſe Deus cónſecrat hóſtia;
Conjungenſque ſuis ſe caput ártubus,
Hos ſecum ſimul immolat.

Vos quorum cíneres ſupplícibus pia,
Tutum præſídium, plebs colit óſculis:
Si vos noſtra movent, ſubſídium, boni,
Veſtris ferte cliéntibus;

Ut cùm noſtra novis ſpléndida dótibus
Surget juncta choris ſpirítuum caro,
Indivíſa Trias ſit Deus ómnia
Nobis ſemper in ómnibus. Amen.

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini,
℟. Mors Sanctórum ejus.

*A* Magníficat.



*Ant.* 3. a. A-modò jam di-



cit Spiritus, ut requi- eſcant à labo-ribus



ſu- is; opera e-nim illo-rum ſequuntur illos.

*L'Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*A* COMPLIES, *comme aux II. Vêpres.*

*A* NONE. *Doxologie. Pſſ. de la Férie.*

Qui das reſurgendi fidem,
Sit ſumma, Chriſte, laus tibi,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſeculórum ſécula. Amen.



*Ant.* 8. G. Ag-nus qui in medio throni eſt,



reget il- los, & deducet e- os ad vitæ fon-



tes aquarum ; & abſterget De-us omnem la-



crymam ab oculis e-o-rum.

CAPITULE. *Philip. 3.*

NOſtra converſátio in cœlis eſt , undè étiam Salvatórem expectámus Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformábit corpus humilitátis noſtræ , configurátum córpori claritátis ſuæ.

℟. *br.* Ambulábunt , Dómine , in lúmine vultûs tui , * Allelúia , allelúia. Ambulábunt. ℣. In nómine tuo exultábunt , * Allelúia. Glória. Ambulábunt.

℣. In æternum exultábunt , ℟. Et habitábis in eis.

## *AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 1. D. F Ide- lis ſermo : Si commortu-



i ſumus Chriſto , & con- vi- ve-mus : ſi ſuſti-



nebimus , & conregnabimus. *Ant.* 6. In



omnibus tribu-la- ti- o-nem patimur , ſemper



morti-ficati-onem Jeſu in corpore noſtro cir-



cumfe-rentes ; ut & vi- ta Je- ſu manifeſ-te-



tur in corporibus noſtris. *Ant.* 2. Haben-



tes e-umdem ſpiritum fi-de-i , & nos credi-

mus; ſci-entes quoniam qui ſuſcitavit Je-ſum,

& nos cum Jeſu ſuſci- tabit. *Ant.* 4. E. Vi-

viſi-cabit nos Dominus, ſuſcitabit nos, &

vi-vemus in conſpectu e-jus. *Ant.* 7. G. Cùm

morta-le hoc indu- erit immortalita- tem, tunc

fi- et ſermo qui ſcrip-tus eſt: Abſorpta eſt

mors in victo- ri-a.

CAPITULE. 1. *Cor.* 15.

SEminátur in corruptióne, ſurget in incorruptióne, ſeminátur in ignobilitáte, ſurget in glória: ſeminátur in infirmitáte, ſurget in virtúte: ſeminátur corpus animále, ſurget corpus ſpirituále.

*Hymne*, O vos unánimes. *ci-deſſus*, *page* 605.

℣. Qui ſéminant in lácrymis, ℟. In exultatióne metent.

*A* Magníficat. *Ant.* 5. C. Cùm à mortu-is reſur-

re- xerint, ſunt ſicut Angeli in cœ- lis; neque

e-nim ultrà mo-ri po-terunt: & fi- li-i ſunt

De- i, cùm ſint fi- li-i reſurrecti-onis, alle- lu- ia.

ORAISON.

AUge in nobis, Dómine, reſurrectiónis fidem, qui in Sanctórum tuórum Relíquiis mirabília operáris: & fac nos immortális glóriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pígnora venerámur; Per Dóminum.

*Mémoire de St. Auſtremoine, Ant.* Elégit. ℣. Beátus. *au Commun, p.* xxvj *Oraiſon*, Deus, cujus. *ci-après.*

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 6. Sicut in Adam omnes mo-riuntur,



i- ta & in Chriſto omnes vi- vi- fica- buntur.

*Hymne*, Quàm pulchra. *page* 596.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 5. a. Sci-o quòd Redemp-



tor me-us vi- vit, & in noviſ- ſimo di-e



de ter- ra ſurrectu- rus ſum: & in carne



me-a vi- debo De-um me-um.

9 Novembre. S. AUSTREMOINE, Evêque.

*Au Commun des Pontifes.*

ORAISON.

DEus, cujus ineffábili miſericórdiâ beátus Póntifex Stremónius in géntibus evangelizávit inveſtigábiles divítias Chriſti, da nos ejus interceſſióne créſcere in ſciéntia tua, & in omni ópere bono fructificantes, ſecundùm Evangélii veritátem coram te ambuláre: Per.

*VEPRES de la Fête ſuivante, avec mémoire de la précéd.*

10 Novem. S. LÉON LE GRAND, Pape & Doct.

*Au Commun des Docteurs.*

ORAISON.

QUæſumus, Dómine, cleméntiam tuam in hac die quam feſtivitáte beáti Leónis Pontíficis conſecraſti; ut des nobis illam ſequi doctrínam, quam ille & verbo dócuit & ópere complévit: Per Dóminum noſtrum.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

## LE XI. NOVEMBRE.
# SAINT MARTIN, EVÊQUE.
Double-Majeur.

*AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*






CAPITULE. *Jérém.* 1.

AD ómnia quæ mittam te ibis, & univerſa quæcumque mandávero tibi loquéris. Ne tímeas à fácie eórum; quia tecum ego ſum ut éruam te, dicit Dóminus.





quis pauper petit aſtra dives ? Cœlites plaudunt :



comitemur Hymnis Aſtra petentem.

[ *Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel.*

*Du 6.*



E Cquis ardentes rapitur per auras ? Iſte



quis pauper petit aſtra dives *?* Cœlites plaudunt :



comitemur Hymnis Aſtra petentem.

Flore ſub primo juvenílis ævi,
Cæſárum juſſu tulit arma miles ;
Moxque depónet, tibi, Chriſte, nomen
Tiro profeſſu.

Non furor belli benè Chriſtiánum
Pectus infrégit : pius inter arma
Integros ſervat, ſemèl obligáto
Nómine, mores.

Páuperi pauper malè membra nudo
Dívidit veſtem, mediâque Chriſtus
Obtulit ſeſe túnicâ micantem
Nocte ſequenti.

Fonte luſtrátur ; melióre teſtes
Se ſacramento vovet inter aras :
Induit Chriſtum, ſimul ac profána
Exuit arma.

Lúminis ſplendor, Patris una Proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui ſacerdótes per Amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Irritavérunt in caſtris Sanctum Dómini :
℟. Oblíti ſunt Deum qui fecit magnália.

*A* Magníficat.



*Ant.* 5. C. Conſtituam te miniſtrum



e- o-rum quibus appare-bo ti- bi, e-ri- piens




*Oraiſon des II. Vêpres, ci-après.*

*Mémoire de Saint Léon. Ant.* Qui docti. ℣. Beátus. *au Commun, p.* xxxviij. *Oraiſon*, Quæſumus. *ci-deſſus, p.* 609.

*A COMPLIES, comme aux II. Vêpres, ci-après.*

*A NONE. Pſ. de la Férie.*

*Doxologie*, Supréme, Chriſte. *au Commun, p.* xxvij.




CAPITULE. 2. *Cor.* 12.

PLáceo mihi in infirmitátibus meis, in contuméliis, in neceſſitátibus, in perſecutiónibus, in angúſtiis pro Chriſto: cùm enim infirmor, tunc potens ſum.

℟. *br.* Propter te, Dómine, * Suſtínui oppróbrium. Propter. ℣. Quóniam zelus domûs tuæ comédit me, * Suſtínui. Glória. Propter.

℣. Paulò minùs conſummavérunt me in terra;
℟. Ego autem non derelíqui mandáta tua.

*AUX II. VEPRES. Pſſ. de la Fér.*




em me-am. Ant. 8. G. Coarctor è du-o-
bus: deſi-de-rium habens diſſolvi, & eſ-ſe cum
Chriſto, multò magis melius; permanere au-
tem in carne neceſſa- ri-um propter vos.
Ant. 4. E. Juxta eſt qui juſti- ficat me: ec-
ce Dominus De-us auxi-li-a-tor me-us; quis eſt
qui condemnet me? Ant. 2. Ope-ru-i
ci-nere carnem me-am, ut detur locus voci
me-æ in cœlo; quia i- bi eſt teſtis me-us,
& conſcius me-us in excelſis. Ant. 6. E-
go ad Dominum aſpi-ciam; expecta-bo De-
um Salvatorem me-um: audiet me De-us me-us,
e- du- cet me, vi- de-bo juſti- ti-am ejus.

CAPITULE. *2. Cor. 3.*

Nos omnes revelátâ fácie glóriam Dómini ſpeculantes, in eamdem imáginem transformámur à claritáte in claritátem, tanquàm à Dómini ſpíritu.

[ *Là où cette Fête eſt du rit Solemnel, on dit :*




HYMNE, *du 1.*




*Là où cette Fête eſt du rit ſolemnel.*




O mors, ait quid tandiù
Differs leváre víncula ?
Amóre Chriſti ſáucium
Priváre vitâ munus eſt.
Quid tu mináci gútture,

Draco cruente, ſíbilas ?
Redi ſub umbras tártari ;
Me lucis aula dévocat.
Et vos flagrans quos cáritas

Mihi dat eſſe filios,
Fletu moleſto párcite
Tardáre patris gáudia.
Quod ſi tamen noſtros adhuc
Tellus labóres éxigit,
Jam láuream prenſans manu
Reddat libenter prælio.
Sic fortis & conſtans ſibi
Martínus uſquè pérſtitit,
Nec pro Deo timens mori,
Sed nec recúſans vívere.
Sit Trinitáti glória,
Sermónibus quam víndicans
Martínus & miráculis
Adeptus eſt in præmium.
Amen.

℣. In juſtítia apparébo conſpéctui tuo, Dómine:
℟. Satiábor, cùm apparúerit glória tua.

*A* Magníficat.



*Ant.* 3. a. Mortu-us eſt ſervus



Domini, jubente Domino: & non ſurrexit ul-



trà Prophe- ta in omnibus ſignis atque por-



ten- tis quæ miſit Dominus per e- um, ut



faceret in terra.

ORAISON.

DEus, qui in beáto Martíno Pontífice, ſive per vitam, ſive per mortem magnificátus es: ínnova éadem grátiæ tuæ mirácula in córdibus noſtris: ut neque mors, neque vita ſeparáre nos poſſit à caritáte Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui tecum vivit.

*Mémoire de S. Martin, Mart. Ant.* Ecce Deus. ℣. In Deo. *au Commun, p.* x. *Oraiſon*, Preces noſtras. *ci-après.*

*A COMPLIES, Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 7. d. Timenti Dominum benè erit in ex-



tremis, & in di-e defuncti-o- nis ſu-æ benedi-cetur.

*Doxologie*, Supréme, Chriſte. *au Commun, p.* xxvij.




12 Novem. SAINT MARTIN, Pape & Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

PReces noſtras, quæſumus, Dómine, clementer exaudi; ut beáti Martíni Mártyris tui atque Pontíficis méritis adjúti, ipsíus fidem & conſtántiam imitémur: Per.

14 Nov. S. CLAUDE ET SES COMPAGN. Mart.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

PRótegat Eccléſiam tuam, Deus, ſanctórum Mártyrum tuórum Cláudii & ſociórum ejus veneranda orátio; & quorum natálem celebrámus, præſta pérpeti auxílio ſublevári: Per Dóminum.

17 Nov. S. ASCISCLE ET S.TE. VICTOIRE, Mart.

*Au Commun de pluſieurs Martyrs.*

ORAISON.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut ſicut pópulus chriſtiánus Mártyrum tuórum Aciſcli & Victóriæ, temporáli ſolemnitáte congaudet, ita perfruátur æternâ, & quod votis célebrat, comprehendat effectu: Per Dóminum.

18 Novembre. SAINT ODON, Abbé.

*Au Commun des Abbés.*

ORAISON.

DEus, qui beáto Odóni Abbáti in via perfectiónis Evangélicæ incédere & álios dedúcere tribuiſti; ejus interceſſióne greſſus noſtros dírige ſecundùm elóquium tuum; ut viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus; Per.

20 Nov. S. EDMOND, Roi d'Angleterre, Mart.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

DEus, qui beátum Eadmundum, per martyrii palmam, à terréno principátu ad cœleſtem glóriam tranſtuliſti: concéde propítius, ut quod ipſi præſtitit inter tormenta conſtántiam, adversùs hoſtis antíqui incitamenta nos fortes effíciat, nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti Filii tui; Qui.

*VEPRES de la Fête ſuivante.*

## LE XXI. NOVEMBRE.
# PRÉSENTATION DE LA SAINTE VIERGE.
Double-Majeur.

### *AUX I. VEPRES, Pſſ. de la Férie.*




CAPITULE. *Iſ.* 56.

HÆc dicit Dóminus: Qui elégerint quæ ego vólui, & tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum: nomen ſempitcrnum dabo eis, quod non peribit.


℟. du 1.
OMnis glo- ri-a e- jus fi-
li-æ Re- gis ab in- tùs ; * Af-feren-
tur Re- gi vir- gines poſt e- am
in læ- ti- ti- a & exul-ta- ti- o-
ne : † Adducen- tur in tem- plum Re-
gis. ℣. Unus de Angelis locutus eſt me-
cum, di- cens : Ve- ni, & oſtendam ti-
bi Spon- ſam : * Af-feren- tur. Glori-
a Pa-tri, & Fi- li-o, & Spiri- tu-i
ſanc- to. † Adducen- tur.
HYMNE, du 1.
QUàm pulchrè graditur fi- li- a prin-cipis,
Templi cùm properat limina tangere ! Præludit
meli-ori Quam mox of-feret hoſ-ti-am.

E Matris grémio Núminis in ſinum
Infans non dúbiis páſſibus ádvolat:
Virgo Núminis ara,
Aris víctima ſíſtitur.
Sponſo membra Deo móllia dévovet,
Cordis virgínei dédicat íntima:
Verbo débita mater,
Verbo víſcera cónſecrat.
Te cum cuncta Deo pródiga dùm voves,
Numen, Virgo, tui péctoris íncola,
Quanto fénore penſat
Terræ quæ bona déſpicis!
Sit ſupréma tibi glória, Trínitas:
Quo Virgo téneram ſe vovet hóſtiam,
Puri Flam[illegible] amóris,
Fac nos jam tibi vívere.
Amen.

℣. Unam pétii à Dómino, hanc requíram;
℟. Ut inhábitem in domo Dómini.

*A* Magníficat.



*Ant.* J. Circu- i- bam, quæ-



rens ſapi- en-ti-am, ut mi hi il- lam aſ-ſu-



merem; & a- di-i Dominum.

*L'Oraiſon des II. Vêpres ci-après.*

*Mémoire de S. Edmond*, *Ant.* Juſtum. ℣. Poſuiſti. *au Comun*, *p.* xv. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-deſſus*.

*A COMPLIES*, *comme après les II. Vêpres.*

*A NONE. Doxolog.* Qui natus. *Pſſ. de la Férie.*



*Ant.* 6. In voce laudis immola-bo



ti- bi: quæ- cumque vo- vi, red-dam Do- mino.

CAPITULE. *Judith.* 10.

DEus patrum noſtrórum det tibi gratiam, & omne consílium tui cordis ſuâ virtúte corróboret; ut gloriétur ſuper te Jerúſalem, & ſit nomen tuum in número ſanctórum & juſtórum.

℟. *br.* Apud te laus mea * In ecclésia magna. Apud te. ℣. Vota mea reddam in conſpectu timéntium eum, * In ecclésia. Glória Patri. Apud te.

℣. Innocentes & recti adhæsérunt mihi,

℟. Quia ſuſtínui te.

## *AUX II. VEPRES. Pſ. de la Férie.*



CAPITULE. 1. *Cor.* 7.

DE virgínibus præceptum Dómini non hábeo; conſílium autem do, tanquàm miſericórdiam conſecútus à Dómino, ut ſim fidélis.

*Hymne*, Ave maris ſtella. *ci-deſſus*, *page* 386.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus:

℟. Deus in médio ejus.

*A* Magn.


*Ant.* 3. a. Manus Domini conforta-



vit te; & i- de-ò e- ris benedic-ta in æ-ternum.

ORAISON.

DEus, qui beátam Maríam ſemper vírginem, Spíritûs ſancti habitáculum, in templo præſentári voluiſti: præſta, quæſumus, ut ejus interceſſióne in templo glóriæ tuæ præſentári mereámur; Per .... in unitáte.

*Mémoire de Ste. Cécile*, *Vierge & Mart. Ant.* Infirma. ℣. Deus. *au Commun*, p. lx. *Oraiſon*, Deus, qui. *ci-après.*

*A* COMPLIES, *Pſeaumes de la Férie.*



*Ant.* 2. E-go dilec-to me- o; & ad



me conver-ſi-o ejus.

*Hymne*, Virgineis titulis. *ci-deſſus*, *page* 215.

*A* Nunc dimittis.


*Ant.* 3. a. Vox di-lecti me-



i pulſan- tis: A- peri mi-hi, ſoror me-a,



immacu-la- ta me- a.

22 Nov. SAINTE CÉCILE, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres.*

ORAISON.

DEus, qui nos beátæ Cæcíliæ vírginis & mártyris tuæ ſolemnitáte lætíficas: da, ut cujus natalítia cólimus, virtútem quoque paſſiónis imitémur: Per Dóminum.

23 Novemb. SAINT CLÉMENT, Pape & Mart.

*Au Commun d'un Martyr, excepté ce qui ſuit.*

*AUX I. VEPRES.*

℣. Sperent in te, qui novérunt nomen tuum, Dómine,
℟. Quóniam non dereliquiſti quærentes te.

*A* Magníficat.


*Ant. 8. G.* Cle- mens adju- tor


me-us labora-vit me-cum in Evange-li-o; cu-


jus nomen eſt in li-bro vitæ.

ORAISON.

Deus, qui nos ánnuâ beáti Clementis Mártyris tui atque Pontíficis feſtivitáte lætíficas; præſta, quæſumus, ut, ipſo intercedente, cállidâ hoſtis incurſióne deviɛ̃tâ, perveníre ad gáudia mereámur æterna: Per.

*Mémoire de Ste. Cécile. Ant.* Caſta. ℣. Confeſſio. *au Commun, p.* lxv. *Oraiſon*, Deus, qui nos. *ci-deſſus.*

*AUX II. VEPRES, depuis le Capit. on fait de la Fête ſuivante avec mémoire de S. Clément comme ſuit.*

*Ant. du 6.*


Confirmabat Eccle- ſi-as, præci-pi-ens cuſ-


to- di-re præcepta Apoſtolo-rum & Se- ni-o-rum.

℣. Annuntiávi juſtítiam tuam in eccléſia magna:
℟. Ecce lábia mea non prohibébo; Dómine, tu ſciſti.

*Oraiſon*, Deus, qui nos. *ci-deſſus.*

24 Novemb. SAINT CHRYSOGONE, Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

Ad defenſiónem fidélium, quæſumus, Dómine, déxteram tuæ majeſtátis extende; & ut perpétuâ pietátis tuæ protectióne muniantur, ſancti Mártyris tui Chryſógoni contínua pro his non deſit intercéſſio: Per.

25 Nov. SAINTE CATHÉRINE, Vierge & Mart.

*Au Commun des Vierges Martyres. Oraiſ.* Omnípotens.

26 Novemb. SAINT LIN, Pape & Martyr.

*Au Commun d'un Martyr.*

ORAISON.

Quæſumus, omnípotens Deus, ut nos virtúte ſancti Spíritûs & ad credendum fáciles, & ad confitendum

ſortes effícias; qui beáto Lino Pontífici, propter verbum tuum & teſtimónium Jeſu, ánimam ſuam pónere tribuiſti: Per eumdem Dóminum.... in unitáte ejuſdem.

29 Nov. S. SATURNIN. *Solemnel maj. ci-deſſus, p. 329.*

30 Nov. S. ANDRÉ. *Double-maj. ci-deſſus, p. 336.*

---

## RUBRIQUES POUR LE COMMUN DES SAINTS.

### DES I. VEPRES.

*ON y dit toujours les Pſſ. de la Férie occurrente, avec cinq Ant. aux Doubles-min. & au deſſus, & une ſeule Ant. aux Sémidoubles. Les I. Vêpres des Simples ne commencent qu'au Capitule : le reſte ſe prend de la Férie.*

*Le* ℟. *qui ſuit le Capit. ne ſe dit qu'aux Doubles-maj., aux Solemnels & Annuels. Aux Doubles-majeurs, on le dit comme il ſe trouve marqué à chaque Commun. Aux Solemnels, mineurs & majeurs, après* Glória Patri. *au lieu de la réclame, qu'on omet, on répete le* ℟. *en entier juſqu'au* ℣. *excluſivement. Aux Annuels, après* Glória Patri. *on dit la réclame, & enſuite on répete le* ℟. *juſqu'au* ℣.

*Aux Solemnels-min. & au deſſus, on double l'Ant. à* Magnif. *c'eſt-à-dire qu'on la dit entiere avant & après le Cantique.*

### DES COMPLIES QUI SUIVENT LES I. VEPRES.

*On dit les Pſſ. de la Férie, avec les Ant. aſſignées pour chaque Commun, en obſervant que ces Ant. ſe diſent toujours de la Fête dont on a dit les Vêpr. entieres ou depuis le Capit.*

*La Doxologie de l'Hymne doit être priſe du même Commun d'où ſe prennent les Ant. Le Capitule* Sóbrii eſtóte. *& le reſte comme après le Pſeautier, omettant les Prieres.*

### DES NONES.

*A la fin des Hymnes, on dit la Doxol. aſſignée pour chaque Commun, excepté pendant les Octaves, qu'on dit celle de l'Oct. Les Pſſ. aux Annuels & Solemnels-maj. ſe prennent du Dimanche; mais aux Solemnels-min. & au deſſous, on les prend de la Férie occurrente. Lorſque l'Office eſt du rit Solemnel-min. ou au deſſus, ainſi que dans les Octaves des Annuels, on ajoute* Allelúia, allel. *aux Répons brefs.*

### DES II. VEPRES.

*Aux Annuels ou Solemnels-maj. on dit les Pſſ. du Dim. Aux autres Fêtes on prend ceux de la Férie occurrente.*

L'Allelúia. *avec le* ℣. *qui le ſuit avant l'Hymne, ne ſe diſent qu'aux Solemnels-min. & au deſſus. Aux Annuels & à tous les Solemnels, on double l'Ant. à* Magníficat.

### DES COMPLIES QUI SUIVENT LES II. VEPRES.

*Les Ant. & la Doxol. ſe diſent comme aux Complies de la veille. Aux Annuels & Solemnels-maj. on dit les Pſſ. du Dimanche, avec le Capitule* Omnes vos. *& le reſte comme au Pſeautier. Aux Solemnels-min. & au deſſous, on dit les Pſſ. de la Férie, avec le Capitule* Sóbrii. *& le reſte comme après le Pſeaut. omettant les Prieres.*

# COMMUN DES SAINTS.

## COMMUN DES APOTRES.

*Dans ce Commun & dans les autres, on dit toujours aux premieres Vêpres & aux Complies les Pſſ. de la Férie.*

### *AUX I. VEPRES.*






CAPITULE. *Hébr. 2.*

CUm initium accepiſſet ſalus enarrávi per Dóminum, ab eis qui audiérunt, in nos confirmáta eſt, conteſtante Deo ſignis & portentis, & váriis virtútibus, & Spíritûs ſancti diſtributiónibus ſecundùm ſuam voluntátem.

*Répons du 1.*




*Pendant l'Avent, l'Hymne ſuivante ſe chante ſur le chant de l'Hymne des Vêpres de l'Avent : pendant le Carême, ſur le chant de l'Hymne des Vêpres du Carême.*

*Pendant l'Année, on chante ainſi :*

HYMNE *du* 1.



L Ætare cœ-lum, plau- ſibus Tellus re-



ſul- tet æmu-lis : Apoſto-lo-rum glori- am So-



lemnis inſtaurat di- es.

Vos, ceu tubis ſonántibus,
Chriſtum per orbem ſpárgitis :
Vos illa ſacris vátibus
Prædicta mundi lúmina.

Qui, dante Chriſto, pánditis,
Qui cláuditis cœli fores,
Nos críminum tenácibus
Vinclis ligátos ſólvite.

Potente qui nutu graves
Morbos fugátis córporum,
Deſiderátam póſcite
Ægris medélam móribus.

Sublímis ut cùm vénerit,
Vobis ſimul ſedéntibus,
Ad déxterum Judex latus,
Nos inter agnos cóllocet.

¶ Uni ſit & trino Deo
Suprema laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

*Aux Solemnels & Annuels, cette Doxologie ſe dit à None & à Complies.*

℣. Dóminus dabit verbum evangelizántibus,
℟. Virtúte multâ.

*Aux Solemnels-mineurs & au deſſus, l'Antienne ſuivante ſe dit en entier avant & après le Cantique ; & de même à tous les Communs.*

A Magníficat.



*Ant.* 1. f. Præ- dica- bant ut



pœniten-ti-am a- gerent ; & dæmoni-a mul-ta e-



ji- ci-e- bant ; & unge-bant o- le-o multos æ-



gros, & ſana- bant.

*L'Oraiſon eſt au Propre.*

## *A COMPLIES.*




## *A NONE.*




CAPITULE. 2. *Theſſ.* 2.

STate, & tenéte traditiónes quas didiciſtis ſive per ſermónem, ſive per epiſtolam noſtram. Ipſe autem Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, & Deus, & Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolatiónem æternam, & ſpem bonam in grátia, exhortétur corda veſtra, & confirmet in omni ópere & ſermóne bono.

℟. *br.* Confitébimur tibi, Deus : * Invocábimus nomen tuum. Confitébimur. ℣. Narrábimus mirabília tua : * Invocábimus. Glória Patri. Confitébimur.

℣. In generatiónem & generatiónem ℟. Annuntiábimus laudem tuam.

## *AUX II. VEPRES.*



ni nò lo-que-ren- tur in no-mine Jeſu.

*Ant.* 4. E. I- bant gauden- tes à conſpectu conci- li-i, quoniam digni ha- biti ſunt pro nomi- ne Je-ſu contume- liam pati.

*Ant.* 1. g. Loque- ban-tur verbum De i cum fidu-ci-a; & vir- tu-te magna redde-bant teſtimo- ni-um reſurrec- ti o-nis Jeſu Chriſti.

*Ant.* 3. a. Tra-dide- runt animas ſu- as pro no- mine Domini noſtri Je-ſu Chriſti.

## CAPITULE. *1. Cor.* 4.

DEus nos Apóſtolos noviſſimos oſtendit, tanquàm morti deſtinátos; quia ſpectáculum facti ſumus mundo, & ángelis, & homínibus.

*Aux Solemnels & au deſſus, hors le temps de la Septuagéſime & du Carême, on chante ce qui ſuit.*

*Du* 1. ALle- lu- ia, alle- lu- ia.

℣. Exulta, cœ- lum,



& ſancti Apoſ- toli, quo-niam judica-vit De-



us judi- ci-um veſ- trum. Al-



le- lu- ia.

HYMNE *du* 1.



QUem miſit in terras Deus, Ut morte



*nos ſervet ſu-â, Amoris hic fidos ſu-i* Vos e-li-



git vica-ri-os.

Occíſus Agnus à lupis,
Vos miſit agnos ad lupos:
Mores ferínos éxuunt,
Agni repentè de lupis.

Quæ victimárum cædibus
Tellus madébat impiis,
Veſtris eam ſudóribus,
Veſtro piaſtis ſánguine.

Hoc rore facta pínguior,
Quot illa fructus prótulit!
Quæ, quanta ſurrexit ſeges!
Et iſta nos ſeges ſumus.

Quam ſi bonus reſpéxeris,
Qui das rigátis créſcere;
Frumenta nos cœléſtibus
Matúra condes hórreis.

*Doxologie*, ¶ Uni ſit & trino Deo. *comme aux I. Vêpres.*

℣. Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii:
℟. Conſtítues eos príncipes ſuper omnem *terram.*

*A Magníſicat.*



*Ant.* 5. C. In fundamentis civita-tis



ſanctæ Jeru- ſalem no- mina du-o- de-cim Apoſ-



to-lorum Ag-ni; & lucerna e- jus eſt Ag-nus.

*L'Oraiſon au Propre.*

COMPLIES, *comme aux I. Vêpres.*

# COMMUN D'UN MARTYR.

## *AUX I. VEPRES.*






C A P I T U L E. *Joſué*, 1.

ECce præcípio tibi : Confortáre , & eſto robuſtus. Noli metúere , & noli timére ; quóniam tecum eſt Dóminus Deus tuus.

*Aux Doubles-majeurs & au deſſus, hors le Temps Paſch.*

*Répons du* 5.






*Au Temps Paſchal.*

*Répons du 5.*




*De l'Avent à la Pentecôte, l'hymne ſuivante ſe chante ſur le ton des Vêpres du Temps. Le reſte de l'annèe, excepté pendant les Oct., comme ſuit, & ainſi aux autres Comm.*

HYMNE *du 1.*





De-o li-ta- vit ſanguinem.

Non jam crucis Chriſti pudet :
Quin ſurgit ingens glória
Deum fatéri mórtuum ,
Pro mórtuo mori Deo.

Hoc iſte plenus ſpíritu
Ridet minas , ridet neces ;
Tuáque fretus déxterâ ,
Tibi , Redemptor , mílitat.

Parata ſpectans præmia ,
Secúrus ad pœnas volat :
Sic pugnat , ut ſperet mori,
Et morte mortem víncere.

Unus tot armátas manus
Stupente laſſat júdice ;
Et tortus ipſis qui cadit
Torquéntibus fit fórtior.

Da, Chriſte, tanti mílitis
Æquáre facta fórtia :
Da ſuſtinére pro tuo ,
Quodcumque durum , nómine.

¶ Sit laus Patri; laus Fílio,
Teſti fidéli , quo duce ,
Tormenta vincunt Mártyres ;
Sit & tibi laus , Spiritus. Amen.

*Aux Solemnels & Annuels* , *cette Doxologie ſe dit à None & à Complies.*

℣. In Deo ſperávi, ℟. Non timébo quid fáciat mihi caro.

*A* Magníficat.



*Ant.* 8. G. Ecce De- us ſalva-



tor me- us , fiduci- a- li-ter a-gam , & non ti-



mebo ; qui-a forti-tudo me-a & laus me-a



Do- minus , & factus eſt mi- hi in ſalutem.



[*Au T. P.*] tem , Alleluia.

ORAISON.

ADeſto , Dómine , ſupplicatiónibus noſtris , ut qui beáti Mártyris tui *N.* natalítiis gloriámur , nec minis injuſtè perſequéntium , nec ullis perturbémur adverſis : Per.

AUTRE ORAISON.

DA nobis , quæſumus, Dómine, intercedente beáto *N.* Mártyre tuo , in tua fide & ſinceritáte conſtántiam ; ut in caritáte divína firmáti , nullis tentatiónibus ab ejus integritáte divellámur : Per.

*Si c'eſt un Pontife*, ORAISON.

OMnípotens ſempiterne Deus, qui beáto *N.* dignam Mártyre atque Pontífice fidem & fortitúdinem tribuiſti; fac nos ejus méritis vitæ frágilis amórem abjícere, & ad te, qui ſolus vera vita es, perveníre : Per.

AUTRE ORAISON.

DEus, cujus grátia beátum *N.* Pontíficem tuum in ſacerdótium elégit, doctrína ad prædicandum erúdiit, poténtia ad perſeverandum confirmávit; da nobis ex ejus imitatióne pópulum chriſtiánum & inſtrúere vivendi exemplo, & confirmáre patiendo : Per.

*Si c'eſt un Prêtre ſeulement*, ORAISON.

DEus, à quo conſtántiam fides, & virtútem ſumit infírmitas; quæſumus, ut beáti *N.* Sacerdótis & Mártyris tui exemplo & précibus, quidquid in perſecutiónibus ſævum eſt, quidquid in morte terríbile, fácias nos tui nóminis confeſſióne ſuperáre : Per.

## *A COMPLIES.*




*Doxologie* ¶ Sit laus. *comme à Vêpres.*




## *A NONE.*






CAPITULE. *Tob.* 3.

POſt tempeſtátem tranquillum facis, Dómine ; & poſt lacrymatiónem & fletum, exultatiónem infundis. Sit nomen tuum, Deus Iſrael, benedictum in ſécula.

℟. *br.* Factus es, Dómine, * Suſceptor meus. Factus. ℣. Et refúgium meum in die tribulatiónis, * Suſceptor. Glória Patri. Factus es.

℣. Tu, Dómine, adjuviſti me, ℟. Et conſolátus es me.

*AUX II. VEPRES.*












C A P I T U L E. *Jac.* 1.

BEátus vir qui ſuffert tentatiónem ; quóniam cùm probátus fúerit , accípiet corónam vitæ , quam repromíſit Deus diligéntibus ſe.

[ *Aux Solemn. & au deſſus , du* 2.






*Pendant l'Année.*

HYMNE *du 6.*




*Depuis Noël juſqu'à la Septuagéſime.*

*Chant du 6.*




*Au Temps Paſchal.*

*Chant du 5.*




Non jam vincla manus, non cóhibent pedes;
Tu liber ſúperûm regna perámbulas :
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

Nec te dira fames, nec ſitis ámpliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas :
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus & índuit.

Sic tu Martyribus dexter
ades, Deus;
Ut quos mors périmit, gló-
ria víndicet:
Confundiſque tyrannum,
Dum quos déprimit, éle-
vas.

Patri máxima laus, máxi-
ma Fílio;
Amborúmque ſacro máxi-
ma Flámini,
Cujus róbore freti
Vincunt fúnera Mártyres.
Amen.

℣. Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam,
℟. De lápide pretióſo.

*A* Magníficat.



*Ant.* 4. D. Juſ- tum non dere-



li-quit De- us, donec affer- ret il- li poten-



ti-am adver-sùs e- os qui e- um depri- me-



bant; & de-dit il- li clari-ta-tem æ- ternam.

*L'Oraiſon comme aux I. Vêpres.*

*COMPLIES comme aux I. Vêpres.*

---

# COMMUN DE PLUSIEURS MART.

## *AUX I. VEPRES.*



*Ant.* 2. V E-nit ho- ra, ut omnis



qui inter-ficit vos, arbitre-tur obſe-qui um



ſe præſta- re De o. [*Au T. P.*] Al-le luia.



*Ant.* 3. g. Inji- ci ent vobis manus ſu-



as, & perſequen-tur trahentes ad reges &




CAPITULE. 1. *Petr.* 4.

SI exprobrámini in nómine Chriſti, beáti éritis; quóniam quod eſt honóris, glóriæ, & virtútis Dei, & qui eſt ejus Spíritus, ſuper vos requieſcit.

*Aux Doubles-majeurs & au deſſus, hors le Temps Paſchal.*



bis, † Alle-lu-ia, al- le- lu- ia. ℣. E- go

conſola-bor vos, & conſola- bi-mini. Vide-bi-

tis, & gaude- bit cor veſ- trum : * Et gaudi-

um. Glo- ri-a Patri, & Fi- li-o, & Spi-

ri- tu- i Sanc- to. Alle- lu- ia.

*Pendant l'Année.*
HYMNE, *du* 2. A. CHriſti Martyribus debita nos de-

cet, Virtutis memores, promere cantica; Quos

nec blanditi-is, nec potuit minis Fallax vincere ſeculum.

*Depuis Noel juſqu'à la Septuagéſime.*

HYMNE, *du* 6. CHriſti Marty-ribus debita nos decet, Vir-

tutis memores, promere cantica; Quos nec

blanditiis, nec potu-it minis Fallax vincere ſeculum.

*Au Temps Paſc.*
HYMNE, *du* 5. CHriſti Martyribus debita nos decet,

Virtutis memores, promere cantica; Quos nec blan-



di- tiis, nec potuit minis Fallax vincere ſeculum.

Cœleſtis Pátriæ mens inhians bonis,
Mundi ſpernit opes, flúxaque gáudia:
Vitæ quin étiam, præ Dómini lucro,
Jactúram fácilem putant.

Non vultus métuunt carníficum truces:
Fœtas ſupplíciis deſpíciunt manus:
Enſes, flagra, rotas, ómnia pérpeti
Victrix edócuit fides.

O incredíbilem vim patiéntiæ!
Non, artus láceros qui crúciat dolor,
Extorquet gémitum, non querimóniam
Agnis mítibus élicit.

Ergò nunc própior, Chriſte, tibi ſedet
Palmis turba nitens uſque viréntibus,
Victorumque gerens præmia, nóbiles
Multo ſánguine láureas.

Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio:
Sit par, ſancte, tibi glória, Spíritus,
Cujus præſídio prælia ſúſtinent,
Contemptâ nece, Mártyres. Amen.

℣. Viríliter ágite, & confortétur cor veſtrum,
℟. Omnes qui ſperátis in Dómino.

*A* Magnificat.



*Ant.* 8. G. Cùm vos o- derint homines,



& exprobraverint propter Fi- li-um hominis,



gaude- te & exulta- te; ecce e- nim merces



veſtra multa eſt in cœlo. [*T. P.* lo, Allelu-ia.]

ORAISON.

DEus, invisíbilis fortitúdo certántium, adeſto, quæſumus, nobis ſupplicántibus; ut qui hodiernâ die ſanctórum Mártyrum tuórum *N.* & *N.* glorióſum triumphum recólimus, eórum méritis & précibus contrà ſpirituália nequítiæ muniámur: Per.

AUTRE ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, qui in ſanctórum tuórum córdibus flammam tuæ dilectiónis accendis:

da méntibus noſtris eamdem fídei caritatíſque virtútem; ut Mártyris tui *N.* & ſociórum, quorum gaudémus victóriis, proficiámus exemplis : Per.

*A COMPLIES.*




*Doxologie à None & Complies.*

Teſtis fidélis, quo duce
Tormenta vincunt Mártyres,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu. Amen.

*A* Nunc dimittis.




*A NONE.*




CAPITULE. *Iſaï.* 9.

LÆtabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victóres captâ prædâ, quando dívidunt ſpólia.

℟. *br.* Qui ſéminant in lácrymis, * In exultatióne metent. Qui. ℣. Euntes ibant & flebant, mittentes ſémina ſua; * In exultatióne. Glória Patri. Qui ſéminant.

℣. Venientes vénient; cum exultatióne,

℟. Portantes manípulos ſuos.

## AUX II. VEPRES.






CAPITULE. *Apoc.* 21.

ABſterget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum ; & mors ultrà non erit ; neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia prima abiérunt.

*Aux Solem. & Ann. du* 7.




*On chante l'Hymne ſuivante ſur le chant de l'Hymne des premieres Vêpres, ſuivant le temps.*

HYMNE.

QUanto, morte ſacrâ quos tibi dévoves,
Firmas, Chriſte, tuos robore mílites !
Ad tormenta rapit, non pávidos mori,
Quam das, ígnea cáritas.

Tortóris rábies ſæviat ímpotens ;
Addat carcéribus férrea víncula ;
Conſtanti púgiles péctore prælia,
Trunci córpore ſúſtinent.

Alto de ſólio nunc, Deus, áſpice
Non indigna tuo númine múnera ;
Quot proſtráta jacent córpora Mártyrum,
Aſtant tot tibi víctimæ.

Ad te lethífero vúlnere ſáucii,
Vectantur róſeo flúmine ſánguinis :

Emenſi, duce te, Chriſte, perícula,
Tangunt líttora pátriæ.
Sed quid barbáries ímpia próficit?
Non hæc Chriſtiádas vúlnera déprimunt:
Gens exorta ſacro fúnere Núminis,
Creſcit ſánguine Mártyrum.
Patri máxima ſit, máxima Fílio,
Sit par Spirítui: laus tibi, Trínitas,
Quæ te Martyribus pródiga præmium,
Das, & vívere per neces. Amen.

℣. In æternum exultábunt, ℟. Et habitábis in eis.

*A Magníficat.*




[ *T. P.* Alle-lu-ia. ]

*Les Oraiſons & COMPLIES, comme aux I. Vêpres.*

# COMMUN DES PONTIFES.

## *AUX I. VEPRES.*






CAPITULE. *Hébr.* 5.

NEc quiſquam ſumit ſibi honórem , ſed qui vocátur à Deo , tanquam Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificávit ut póntifex fíeret , ſed qui locútus eſt ad eum : Fílius meus es tu , ego hódiè génui te ; quemádmodùm & in álio loco dicit : Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech.

Pſ




*Pendant l'Année.*



*Depuis la Nativité juſqu'à la Septuagéſime.*

HYMNE, *du 6.*



CHriſte, Paſtorum caput atque princeps,



Præſulis feſtam venerata lucem, Debitis ſupplex



tu-a templa votis Turba frequentat.

*Au Temps Paſchal.*

HYMNE, *du 5.*



CHriſte, Paſtorum caput atque princeps,



Præſulis feſtam venerata lucem, Debitis ſupplex



tu-a templa votis Turba frequentat.

Ille non vano ténuit tremendam
Spíritu ſedem, próprio nec auſu :
Sed ſacrum juſſus, Dómino vocante,
Sumpſit honórem.

Strénuum bello púgilem ſuperni
Chríſmatis pleno tuus unxit intùs
Spíritus cornu, poſuitque ſanctam
Páſcere gentem.

Fit gregis paſtor, pater atque forma :
Lætus impendit ſua, ſeque ; ſervus
Omnium, curis gravis, omnibuſque
Omnia factus.

Pro reis orat, réficit gementes,
Erigit lapſos, tenebraſque pellit ;
Fit potens verbo, docet alta, pravum
Cónterit hoſtem.

Fac ut illíus précibus juvémur,
Chriſte ; fac Patrem, pariterque tecum
Spíritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti ;
℟. Inhabitábit in átriis tuis.

A Magníficat.



*Ant.* 4. *E.* Ele- git ipſum Do-



minus ab omni vivente offerre ſacri- fi- ci um



De-o, incen- ſum & bonum odo-rem pro po



pulo ſu o. [ *Au T. P.* Alle- luia. ]

ORAISON.

DEus, qui pópulis tuis regendis vicários caritátis tuæ præficis miniſtros : da, quæſumus, intercedente beáto *N.* Pontífice, Spíritum ſapiéntiæ, quibus præeſſe dediſti Eccléſiæ tuæ; ut de profectu ſanctárum óvium fiant gáudia ætеrna paſtórum : Per... in unitáte ejuſdem, &c.

AUTRE ORAISON.

DEus, fidélium lumen & Paſtor animárum, qui beátum *N.* Epiſcopum in Eccléſia poſuiſti, ut oves tuas verbo páſceret, & informáret exemplo; da nobis ejus interceſſióne, & fidem ſerváre quam dócuit, & viam ſequi quam exemplo monſtrávit : Per.

*A COMPLIES.*



*Ant.* 3. *a.* Di-e noctuque ſugi-e-bat ſomnus ab



o-culis me-is pro gregibus tu-is, Domine.



*Aux Solennels & Annuels, on dit la Doxolog. ſuiv. à None & à Compl.*

[ *Au T. P.* Alle-lu-ia. ]

Supreme, Chriſte, Pón-tifex,
Jugis tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 7. G. Cùm venerit Dominus,



& pulſa- verit, be-a-ti ſer- vi quos invenerit



vigi-lantes. [ *Au T. P.* Allelu-ia. ]

## *A NONE.*




CAPITULE. *Act.* 20.

ATténdite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spíritus ſanctus póſuit Epíſcopos régere Eccléſiam Dei, quam acquiſívit ſánguine ſuo.

℟. *br.* Pavit eos * In innocéntia cordis ſui. Pavit eos. ℣. Et in intelléctibus mánuum ſuárum deduxit eos, * In innocéntia. Glória Patri. Pavit eos.

℣. Nos pópulus tuus & oves páſcuæ tuæ,

℟. Confitébimur tibi in ſéculum.

## *AUX II. VEPRES.*






C A P I T U L E. *Act.* 20.

NOcte & die non ceſſávi, cum lácrymis monens unumquemque veſtrûm: & nunc commendo vos Deo, & verbo grátiæ ipsíus, qui potens eſt ædificáre, & dare hæreditátem in ſanctificátis ómnibus.

*Hors la Septuag. aux Solem. du* 5.





nus Sacerdo- ti-um gen- tis, & be-a- ti- fi-



ca- vit il- lum in glo- ri-a.



Al-le- lu- ia.

*On chante l'Hymne ſuivante ſur le chant de l'Hymne des premieres Vêpres, ſuivant le temps.*

## HYMNE.

SEdibus, Præſul, ſúperis recepte,
Advola terris: ſacra te repoſcunt,
Noſtra dùm cantu tibi dedicáto
Templa reſultant.

Pro Deo vitam cúpidus paciſci,
Otium durus tibi denegaſti;
Prælium Chriſti benè præliári
Una voluptas.

Si reis vindex miniátur ira
Súpplici defers prece vim Tonanti:
Et Deum, jugis grege pro tuendo
Víctima, placas.

Erudis, vitâ præeunte, Clerum;
Légibus ſacris pópulum coërces:
Quas Deus dotes dedit, ad ſalúbrem
Cóntrahis uſum.

Laude non unâ, memorande Præſul,
Nos ama patris ſtúdio benigni;
Et laborantem médiis perîclis
Dírige plebem.

Chriſte, pro nobis, Patre ſic jubente;
Póntifex factus, tibi laus, tuóque
Una ſit Patri, ſit & una ſancto
Semper Amóri.
Amen.

℣. Salvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum:
℟. Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo.

*A* Magníficat.



*Ant.* 5. C. Sacerdotes tu-i induan-



tur ſa-lu-tem: Domine De-us, ne aver- teris



fa-ci-em Chriſti tu- i; memento miſericordi-




*L'Oraiſon & Complies comme aux I. Vêpres.*

# COMMUN DES DOCTEURS.

## *AUX I. VEPRES.*






CAPITULE. *Eccli.* 51.

ANimam meam diréxi ad Sapiéntiam, & in agnitióne invéni eam : poſſédi cum ipſa cor ab inítio ; & propter hoc non derelinquar.



*Pendant l'Année.*
HYMNE, *du 2 en A.*




*Depuis Noel juſqu'à la Septuagéſime.*
HYMNE, *du 6.*




*Au Temps Paſcal.*
HYMNE, *du 5.*




Hi ſemper vígilant, ne quid adúlterum
Corrumpat fídei virgíneum decus :
Lædi vel léviter non páritur fides,
His cuſtódibus íntegra.

Infámes ábolent rellíquias deûm :
Erróres ábigunt, crímina dédocent ;
Chriſto reſtítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúſerat hæreſis.

Patrum canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet fides :
Quæ ſunt priſca, docent ; quæ nova, ſúbruunt :
Servant depóſitum Dei.

Sit ſupréma tibi glória,

Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum
quando foris ſonas,
Nullo vocis egens, corda
doces, ſono,
Et te méntibus ínſeris. Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine,
℟. Et de lege tua docúeris eum.




ORAISON.

OMnípotens, æterne Deus, qui Ecclésiæ tuæ *filios*, ſicut non ceſſas erudíre, ita non déſinis adjuváre: da fidélibus tuis interceſſióne beáti *N.* quem eis æternæ ſalútis miniſtrum tribuiſti, ut, te miſerante, ſciéntiam recta faciendi, & virtútem cápiant exequendi: Per.

AUTRE ORAISON.

EXcita, Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo beátus *N.* ſervívit: ut eódem nos replente, ſtudeámus amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit; Per..... in unitáte ejuſdem Spíritûs.

*A COMPLIES.*



*Doxologie à None & à Complies.*

Jeſu, magiſter únice,
Tibi decus, laus, glória,
Cum Patre, cumque Spíritu
Nunc & per omne ſéculum.
Amen.




## *A NONE.*




CAPITULE. 1. *Tim.* 1.

FInis præcepti eſt cáritas de corde puro, & conſciéntiâ bonâ, & fide non fictâ : à quibus quidam aberrantes, converſi ſunt in vanilóquium, volentes eſſe legis doctóres, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

℟. *br*. Veritátem tuam * Et ſalutáre tuum dixi. Veritátem. ℣. Non abſcondi miſericórdiam tuam, & veritátem tuam ; * Et ſalutáre. Glória Patri. Veritátem.

℣. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui : ℟. In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum.

## *AUX II. VEPRES.*




in ver- bis & in o- peribus ſu-is. [ *Au T.*
*P.* Alle- lu-ia. ] *Ant.* 5. C. Juxta manum
De-i ſu- i bonam ſuper ſe, para-vit cor ſu-
um, ut inveſtiga-ret legem Domini, & fa- ce-
ret, & do- ceret. [ *Au T. P.* ret, Allelu-ia. ]
*Ant.* 8. c. Poſtquam ſe ampli-us dedit ad
diligen- ti-am lecti-onis legis & propheta-rum,
vo- lu-it & ipſe ſcribere quæ ad doctrinam
& ſapi-en-ti-am pertinent. [ *Au T. P.* Allelu-ia. ]
*Ant.* 3. a. Cùm eſſet ſapi-entiſſimus, do- cuit
populum : quæſi- vit verba u- ti- li-a, & conſcrip-
ſit ſermones rectiſ-ſimos, ac verita- te plenos.
[ *Au T. P.* nos, Alle- lu-ia. ] *Ant.* 4. E. Sapi-enti-am



e- jus enarrabunt gentes ; & laudem e- jus



enunti-a-bit Eccle-ſi-a. [ *Au T. P.* Alle-lu-ia. ]

CAPITULE. *Prov. 3.*

BEátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ ; melior eſt acquisítio ejus negotiatióne argenti & auri primi ; & puríſſimi fructus ejus : pretióſior eſt cunctis ópibus ; & ómnia quæ deſiderantur, huic non valent comparári.

*Hors la Septuagéſime, aux Solemnels & au deſſus, du 6.*



A L-le- lu- ia, al-le lu-



ia. ℣. Qui fe- ce-



rit & docu- erit, hic magnus voca-



bitur in regno cœlo- rum.



Al- le- lu- ia.

*Depuis l'Avent juſqu'à la Pentecôte, l'Hymne ſuivante ſe chante ſur le chant des Hymnes du Propre du Temps : après la Pentecôte, comme il ſuit.*

HYMNE, *du* 1.



L Ux lucis & fons lu-minis, A quo di-es



hic naſcitur, Quàm digni-o-ri lumine Lucere



das Eccle-ſi-am.

Sanctis eam Doctóribus
Indeſinenter inſtruens,

Quibus tenébris quæritat
Error latére détegis.

His ſtat fides, his véritas
Intamináta permanet;
Ab hiſque, quam nos vis ſequi,
Doctrína ſana tráditur.
His hauriámus fóntibus
Verbi tui ſciéntiam,
Horumque puris móribus
Præcepta fac nos áſſequi.
Qui vera lux es méntium,
Jeſu, Magiſter únice,
Sit laus tibi, ſit laus Patri,
Sancto ſimul cum Spíritu.
Amen.

℣. Beátus vir qui diſpónet ſermónes ſuos in judício:
℟. In æternum non commovébitur.

A Magníficat. *Ant.* 6. Qui docti fu- erint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamen-ti; & qui ad juſti-ti-am e- ru-di-unt multos, quaſi ſtel- læ in perpe-tuas æ-tern.- tates. [*Au T. P.* Allelu-ia.]

*L'Oraiſon & COMPLIES, comme aux I. Vêpres.*

---

# COMMUN DES SAINTS ABBÉS, Moines, Cénobites & Anachoretes.

## *AUX I. VEPRES.*

*Ant.* 2. QUid prodeſt homi-ni, ſi mundum univer-ſum lucre-tur, animæ verò ſuæ detrimentum pa-ti-a-tur? [*Au T. P.* Alle- lu-ia.]

*Ant.* 8. c. Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da paupe-ribus; & habe-

bis theſaurum in cœlo. ( *Au T. P.* Allelu-ia. )

*Ant. 6.* Ne-mo eſt qui re-liquerit do-mum, aut a-gros propter me, qui non acci-pi-at centi-es tantùm in tempore hoc, & in ſæcu-lo futu-ro vitam æ-ternam. ( *T. P.* nam, Allelu-ia. )

*Ant. 3. b.* Salva animam tu-am : noli reſpicere poſt tergum ; ſalvum te fac, ne pere-as. ( *Au T. P.* as, alle-lu-ia. )

*Ant. 7. c.* Sequere me, & dimitte mor-tu-os ſepe-li-re mortuos ſuos. ( *T. P.* os, allelu-ia. )

CAPITULE. *2. Cor. 6.*

EXíte de médio eórum, & ſeparámini, dicit Dóminus, & immundum ne tetigéritis : & ego recípiam vos ; & ero vobis in patrem, & vos éritis mihi in fílios.

℟. *du* 2. SUſcep-tor me-us es tu, Do-mi-ne, & in verbum tu-um ſuperſpera-vi ;

* Declina-te à me, malig- ni, & † Scruta-

bor manda- ta De-i me- i, *Au T.P.* Alle-

lu- ia, al-le- lu- ia. ℣. Magiſ- ter, ſequar

te quocumque i- e-ris. * Declina-te. Glo-

ri-a Patri, & Fi- li-o, & Spiri- tu-

i Sanc- to. † Scruta- bor.

*Pendant l'Année*, HYMNE, *du 6.*

FElices nemorum Pangimus incolas, Certo con-

ſi- li-o quos De-us abdidit, Ne contagi-o ſe-

cli Mores læderet integros.

*Depuis Noël juſqu'à la Septuagéſime*, HYMNE, *du 6.*

FElices nemorum Pangimus incolas, Certo

conſili-o quos De-us abdidit, Ne contagi-o

ſecli Mores læderet integros.

*Au Temps Paſc.* HYMNE, *du 5.*

FElices nemorum Pangimus in-




Ut te poſſídeant, quem
ſítiunt Deum,
Urbes, regna, ſuos, ſe quoque déſerunt:
Totus víluit orbis,
Dum cœléſtia cógitant.

Nudi, prompti, álacres,
líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles óciùs ádvolant:
Ut vaſtum mare tranent,
Prudentes onus éxuunt.

Æternas ut opes, cértaque gáudia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt,
Confiſi melióribus.

Illis ſumma fuit glória,
déſpici;
Illis divítiæ, paupériem
pati;
Illis ſumma voluptas,
Longo ſupplício mori.

Fac nos, ſumme Deus,
quæ pátimur mala,
In pœnam ſcélerum ferre libéntiùs;
Et, tellúre relictâ,
Immortália quærere.

Patri máxima laus, máxima Fílio;
Amborumque ſacro máxima Flámini,
Quo deſerta petívit
Quondam ductus Homo Deus. Amen.

*Si c'eſt un Abbé*, ℣. Potens in terra erit ſemen ejus:
℟. Generátio rectórum benedicétur.




[*Au T. P.* Allelu-ia.]

ORAISON.

DEus, cujus múnere beátus *N.* Abbas Chriſtum páuperem ſequi, & húmilem corde uſquè in finem

perſeverávit imitári : da cunctis ſémitam mandatórum tuórum ingreſſis, ut nec retrò aſpíciant, nec in via hæreant; ſed ad te ſine offenſióne currentes, vitam æternam apprehendant : Per eumdem.

AUTRE ORAISON.

DA nobis, quæſumus, Deus noſter, beáti Abbátis *N.* interceſſiónibus ſublevári ; ut per quem ſervis tuis perfectiónis evangélicæ documenta donaſti, per eum nobis ſubsídia perpétuæ ſalútis impendas : Per.

*S'il n'eſt point Abbé*, ℣. In umbra alárum tuárum ſperábo, ℟. Donec tránſeat iníquitas.

*A* Magníficat.




ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimis ; da nobis exemplo & interceſſióne beáti *N.* cujus hódiè tránſitum celebrámus, temporália ómnia deſpícere, & ad æterna totâ mentis intentióne feſtináre : Per.

AUTRE ORAISON.

QUæréntium te, Dómine, Salvátor & cuſtos, qui beáto *N.* ne párticeps eſſet coinquinatiónis, renuntiáre ſéculo, & ſub alas tuas confúgere tribuiſti ; ejus interceſſióne da pópulo tuo diabólica vitáre contágia, & te ſolum Dóminum purâ mente ſectári : Qui vivis.

*A COMPLIES.*





nem. [ *Au T. P.* nem, Alle- lu ia. ]

*Doxologie à None & à Complies.*

Qui ſponte deſertum petis,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

*A* Nunc dimittis.



*Ant.* 2. Habi-ta- bit in ſo- li-tu-



dine judi- ci-um ; & e- rit opus juſti- ti-æ



pax, & cultus juſtiti- æ ſilen-tium, & ſe-



[*Au T. P.*



cu- ritas uſque in ſempiternum. Alle-lu-ia.]

## *A NONE.*



*Ant.* 8. *G.* In voce lau- dis immolabo



ti- bi : quæcumque vovi, reddam pro ſalu-



te Domino.

CAPITULE. *Eccl.* 51.

VIdéte óculis veſtris quia módicùm laborávi, & invéni mihi multam réquiem. Aſſúmite diſciplínam in multo número argenti, & copióſum aurum poſſidéte in ea. Lætétur ánima veſtra in miſericórdia ejus ; & non confundémini in laude ipsíus.

℟. *br.* Sépties in die * Laudem dixi tibi. Sépties in.
℣. Super judícia juſtítiæ tuæ, * Laudem. Glória. Sépties.
℣. Cantábiles mihi erant juſtificatiónes tuæ, ℟. In loco peregrinatiónis meæ.

## *AUX II. VEPRES.*



*Ant.* 2. SUmus humi-les in univer-


ſa terra, Domine : ſed in animo contri-to
& ſpiritu humili-ta- tis ſuſcipi- amur ; quoniam
non eſt confu-ſi-o confidentibus in te. [ Au T.
P. Alle-lu-ia. ] Ant. 8. G. Non dere- linquimur,
ſemper mortifica-ti-onem Jeſu in corpore noſtro
circumſe-rentes ; ut & vita Je- ſu manifeſte-
tur in carne noſtra mortali. [ Au T. P. li, Allelu-ia.]
Ant. 6. Qua-ſi mo-ri-en-tes , & ecce
vi- vimus ; quaſi triſtes , ſemper autem gauden-
tes; tanquam nihil habentes , & om- ni-a
poſ-ſidentes. [ Au T. P. Alle-luia. ] Ant. 7. d. Om-
nes una- nimes , compa-ti- entes , frater-nita-
tis amatores , miſericor-des , mo-deſti , humiles.




CAPITULE. *Deut.* 7.

DOminus Deus ipſe eſt fortis & fidélis, cuſtódiens pactum, & miſericórdiam diligéntibus ſe, & his qui cuſtódiunt præcepta ejus in mille generatiónes.

*Aux Solem. du* 4.




*Pendant l'Année*, HYMNE, *du* 6.





nimìs ah! timendas Judicis iras.

*De Noel à la Septuagéſime*, HYMNE, *du* 6.



QUas ferat pœnas pi-a turba flentûm, Turba



crudelis ſibi quis renarret? Prævenit læ-ſi



nimìs ah! timendas Judicis iras.

*Au Temps Paſcal.* HYMNE, *du* 5.



QUas ferat pœnas pi-a turba flen-



tûm, Turba crudelis ſibi quis renarret! Præve-



nit læſi nimìs ah! timendas Judicis iras.

Próferunt longas vigilando noctes,
Et dies ducunt ſólidos canendis
Láudibus ſacris, precibuſque juncti
Aſtra laceſſunt.

Frígidos temnunt, calidoſque ſoles:
Quæ tegit nudos malè veſtis artus
Urit intonſis & acúta figit
Spícula ſetis.

Invidet cœlum, próprias repoſcit,
Mente qui regnant ſuper aſtra, cives:
Dùm novos terris hómines iníquus
Déſpicit orbis.

Sic ad æternas datur ire ſedes;
Nullus intrábit, niſi durus ultor
Expiet fletu, crucianda ſævis
Crímina flammis.

Ipſe deſertum petis, ô Redemptor,
Factus es exemplum: decus hinc tibi ſit:
Par decus Patri: decus & tibi par,
Spíritus alme. Amen.

*Si c'eſt un Abbé*, ℣. Juſtus ut palma florébit:
℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. D. Atten- di-te ad pa-




*Les Oraiſons*, Deus cujus, & Da nobis, *pages* xlj & xlij.

*S'il n'eſt point Abbé*, ℣. Plantáti in domo Dómini, ſlorébunt; ℟. Ut annúntient quóniam rectus Dóminus.




*Les Oraiſons & COMPLIES, comme aux I. Vêpres.*

---

# COMMUN DES JUSTES.

## *AUX I. VEPRES.*




Si quis vult poſt me ve-nire , abneget ſemetip-
ſum , & tollat crucem ſu-am quoti- di-e , &
ſequatur me. [ *Au T. P.* Allelu-ia. ] *Ant.* 2. Di-
co vo-bis : Niſi abunda-verit juſtiti-a veſ-
tra pluſquam Scribarum , & Phariſæ-o- rum , non
intrabi-tis in regnum cœlorum. [ *Au T. P.* Alle- luia. ]
*Ant.* 6. Niſi converſi fu- e- ritis , &
effici- amini ſi-cut parvu- li , non intrabi-tis
in regnum cœlorum. [ *Au T. P.* rum , allelu -ia. ]
*Ant.* 8. G. Non omnis qui dicit mihi : Domi-
ne , Domine , intrabit in regnum cœlorum , ſed
qui fa-cit volunta-tem Patris me- i , qui in cœ-
lis eſt , ipſe intrabit in regnum cœlorum.

[ *Au*

[ *Au T. P.* Allelu-ia. ] *Ant.* 4. *D.* Contendi-te in-trare per anguſtam portam ; quia multi, di-co vobis, quærent intrare, & non poterunt. [ *Au T. P.* runt, Alle-lu-ia.]

CAPITULE. *Eccl.* 2.

QUi timétis Dóminum, crédite illi ; & non evacuábitur merces veſtra. Qui timétis Dóminum, ſperáte in illum ; & in oblectatiónem véniet vobis miſericórdia. Qui timétis Dóminum, dilígite illum ; & illuminabuntur corda veſtra.

℟. du 3. QUi timent Do- minum, non e- runt incredi- biles ver- bo il- li- us ; & * Qui di- ligunt il- lum, conſer-va- bunt vi- am il- li- us. *Au T. P.* Al-le-lu- ia, alle- lu- ia.

℣. Plenitudo le- gis eſt dilec-ti-o. * Qui. Glo-ri-a Patri, & Fi-li-o, & Spiri- tu-i Sanc- to. * Qui. c

*Si c'eſt un Prêtre, Pendant l'Année.*

HYMNE, *du* 6.




*Depuis l'Avent juſqu'à la Septuagéſime.*

HYMNE, *du* 6.




*Au Temps Paſcal.* HYMNE, *du* 5.




Orat Elías; celer ignis aſtat:
Myſta nunc major jubet, & potenti
Obſequens verbo, Deus aſtat aris,
Hoſtia factus.

Pingue libámen, novus & Sacerdos,
Orbe jam toto, Deus immólatur:
Se, manu Myſtæ, litat incruento
Fúnere Chriſtus.

Tale nil priſcis pátribus tribútum;
Angelis nuſquàm data par poteſtas:
Se, manu Myſtæ, Deus ipſe cunctis
Præbet in eſcam.

Chriſte, fac ſemper tua ſacra puro
Corde tractémus, manibuſque puris;
Cáritas aptos tua nos tremendis
Applicet aris.

Lúminis ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te promus veneré-tur orbis,
Qui Sacerdótes per amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Oculi mei ad fidéles terræ, ut ſédeant mecum;
℟. Ambulans in via immaculáta, hic mihi miniſtrábat.

*A* Magníficat.




ORAISON.

DOmine Deus omnípotens, qui fámulum tuum *N.* ut Sacerdótio tibi fungerétur, à pópulo ſegregaſti: ejus nos interceſſióne à peccatóribus ſégrega; ut, ſecundùm vocatiónem noſtram, gens ſancta, & regále Sacerdótium coram te efficiámur; Per.

AUTRE ORAISON.

DEus, qui in Eccléſiæ tuæ decus & ſubſídium, beátum *N.* verendo Sacerdótii miniſtério decoraſti: præſta ut, per quem pópulus tuus Evangélii verbum, & Domínici córporis ſacramentum ſuſcépit, ejus patrocínio dignos utriuſque fructus percípiat; Per eumdem.

*Si ce n'eſt point un Prêtre. Pendant l'Année,* HYMNE.

*Du* 1.




En regnat inter cœlites,
Qui vixit olìm ſéculo
Ignótus, exóſus ſibi,
Qui pauper, & ſciens pati.

Anguſta pœniténtiæ
Ingreſſus, & viam crucis,
Per dura Chriſtum prælia,
Per damna non timet ſequi.

Carnem terit jejúniis ;
Linguam domat ſiléntio :
In páuperum. parcus ſibi ,
Abſcondit & ſpargit ſinu.
Sapóre verbi páſcitur ;
Totóque legem péctore

Scrutátus , orat pérvigil:
Mens celſa verſátur polo.
Hâc ſurgit ad cœlum viâ:
Et nos eádem da, Pater,
Da , Nate , da cum Spíritu,
Ad te veníre ſémitâ. Amen.

℣. Sperent in te qui novérunt nomen tuum ;
℟. Quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine.




ORAISON.

FAc , quæſumus , Dómine Deus noſter , intercedente beáto *N.* pópulum tuum in tua dilectióne ambuláre ; quia perpétua eſt & plena felícitas , ſi bonórum ómnium ſerviámus auctóri ; Per.

## *A COMPLIES.*




*Si c'eſt un Prêtre , Doxologie aux Heures.*

Jeſu Sacérdos máximè ,
Jugis tibi ſit glória ,
Cum Patre, & almo Spíritu,
Per cuncta ſemper ſécula.
Amen.

*Si ce n'eſt point un Prêtre ; Doxologie aux Heures.*

Æterna juſtórum quies ,
Tibi beáta Trínitas ,
Sit ſumma laus , ſummum decus
In ſempiterna ſécula.
Amen.



*A* Nunc dimittis. *Ant.* 6. O-culus non vidit,



De us, abſque te; quæ præparaſ-ti ex-pectanti-



bus te. [ *Au T. P.* Allelu-ia. ]

## *A NONE.*



*Ant.* 3. *a.* Donec ſu-pereſt ha-litus in me,



non loquentur labi-a me-a iniqui-ta-tem, nec lin-



gua me-a medita-bitur mendacium.

CAPITULE. *Eccl.* 15.

JUſtítia longè abeſt à ſupérbia & dolo: viri mendáces non erunt illíus mémores; & viri veráces invenientur in illa, & ſucceſſum habébunt uſque ad inſpectiónem Dei.

℟. *br.* Juſtítia tua, Dómine, * Juſtítia in æternum. Juſtítia tua. ℣. Et lex tua, véritas. * Juſtítia. Glória Patri. Juſtítia tua.

℣. Ne áuferas de ore meo verbum veritátis uſquequáquè; ℟. Quia in judíciis tuis ſuperſperávi.

## *AUX II. VEPRES.*



*Ant.* 6. E C-ce verè Iſ-ra-e-li-ta, in



quo do-lus non eſt. [ *Au T. P.* eſt, Allelu-ia. ]



*Ant.* 4. *E.* E-rat vir ſimplex, & rectus, ac



timens De-um, & rece-dens à malo. [ *Au T. P.* lo,




CAPITULE. *Galat.* 6.

FRatres, quæ ſemináverit homo, hæc & metet. Quóniam qui ſéminat in carne ſua, de carne & metet corruptiónem : qui autem ſéminat in ſpíritu, de ſpíritu metet vitam æternam.

*Si c'eſt un Prêtre, aux Solemnels & au deſſus.*

*Du* 3.



*Pendant l'Année.* HYMNE, *du* 1.




Partis labóre plúrimo
Quot clarus es virtútibus ;
Tot fulgurantem glóriâ
Ornant corónæ vérticem.
Quos parturiſti Númini,
Te fílii nunc ámbiunt :
Tuóque lætis cántibus
Certant triumpho pláudere.
Chriſtus tuum ſit præmium.
Quem conſecraſti víctimam;
De hinc, aperto Númine
Te paſcet eſcâ cœlitum.
Adhuc Sacerdos, hóſtiam
Gratam Deo, nos dévove ;
Undiſque merſos náufragis,
Duc ad ſalútis líttora.
Jeſu, Sacerdos máximè,
Jugis tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Sacerdótes Sion índuam ſalutári :
℟. Et ſancti ejus exultatióne exultábunt.




*Si ce n'eſt point un Prêtre, aux Solemnels & au deſſus.*





benè e- rit in extre- mis, & in di- e de-



functi-o-nis ſu- æ be- ne-dice- tur.



Alle- lu- ia.

*Pendant l'Année.* HYMNE, *du* 1.



TUâ be-andos glo-ri-â Miris, De-us, pro-



bas modis; Qui dùm lates præſenti- or Votis



amantûm paſceris.

Procùl remóti, ſúpplices
Tendunt manus, & pátrium,
Per vota, per ſuſpíria,
Cœlum ſalútant éxules.

Te ſola mors cùm det frui,
Seſe necant labóribus
Seſe necant ſejúniis,
Et, quá licet, vellent mori.

Quàm, morte promptâ, fervidi
Emêre palmam Mártyres;
Hic doctus in dies mori,
Longo reportat fúnere.

Æterna juſtórum quies,
Tibi beáta Trínitas,
Sit ſumma laus, ſummum decus
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Innocens mánibus & mundo corde,
℟. Hic accípiet benedictiónem à Dómino.

A Magníficat



*Ant.* 7. G. Tu fe-ciſ- ti, Domine,



cum ſervo tu- o miſericordi-am magnam; ſicut



ambulavit in conſpectu tu-o in veri-tate, & juſ-



ti- ti-a, & recto corde tecum. [*Au T. P.* Alleluia.]

*L'Oraiſon & COMPLIES comme aux I. Vêpres.*

# COMMUN DES VIERGES.

## *AUX I. VEPRES.*






C A P I T U L E. 1. *Cor.* 7.

UNuſquiſque próprium donum habet ex Deo : álius quidèm ſic, álius verò ſic. Dico autem non nuptis, & víduis : Bonum eſt illis, ſi ſic permáneant.





Pa- tri, & Fi- li-o, & Spiri- tu-i



ſanc-to. † Porta- te.

*Si c'eſt une Martyre. Pendant l'Année*, HYMNE, *du* 2 *en* A.



F Eſtis læ- ta ſonent ſidera cantibus : Nunc apta-



te tubas, ſumite tympana, Cœtus Angelici : dicite



Virginem, Chriſti dicite Martyrem.

*Depuis Noel juſqu'à la Septuagéſime*, *du* 6.



F Eſtis læta ſonent ſidera cantibus : Nunc apta-te



tubas, ſumite tympana, Cœtus Angelici : dicite



Virginem, Chriſti dicite Martyrem.

*Au Temps Paſchal*, *du* 5.



F Eſtis læta ſonent ſidera cantibus : Nunc apta-



te tubas, ſumite tympana, Cœtus Ange-lici : di-



cite Virginem, Chriſti dicite Martyrem.

Veſtris illa fuit débita cœtibus,
Quæ mortális adhuc, nóbilis æmula,
Ut vos exprímeret, dedídicit genus,

Virgo córporis ímmemor.
Sed quid cogis, amor? fórtiter ámbiit
Sponſo virgíneum fúndere ſánguinem;

Oblíti méminit tunc benè córporis,
Præclárae ſitiens necis.
Sic quâ patre minor, vos ſuperéminet,
Immortále genus, quæ pótuit mori,
Et per damna ſui córporis, íntegram

Teſtári Dómino fidem.
Patri máxima laus, máxima Fílio,
Ambórúmque ſacro máxima Flámini,
Per quem magnánimæ prælia ſúſtinent
Spreto fúnere Vírgines. Amen.

℣. Deus præcinxit me virtúte;
℟. Et póſuit immaculátam viam meam.




[ *Au T. P.* jus, Alle lu-ia. ]

ORAISON.

DEus, qui inter cétera poténtiæ mirácula, étiam in ſexu frágili victóriam Martyrii contuliſti: concede propítius, ut qui beátæ *N.* Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exempla gradiámur. Per.

AUTRE ORAISON.

OMnípotens, ſempiterne Deus, cujus múnere beáta *N.* virginitátis & martyrii palmam adepta eſt: da nobis ejus précibus, ita córporis ac mentis ſerváre puritátem, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur. Per.

*Si ce n'eſt point une Martyre. Pendant l'Année,* HYMNE.



*Depuis Noel juſqu'à la Septuagéſime, du 6.*



V Os ô virgine-i cum citharis chori, Agni de-



li-ci æ, pars gregis optima, Sponſum virgine-o



pro genitum ſinu Puris tollite laudibus.

*Au Temps Paſcal, du 5.*



V Os ô virgine-i cum citharis chori, Agni deli-



ci-æ, pars gregis optima, Sponſum virgine-o pro-



genitum ſinu Puris tollite laudibus.

Hæc eſt ſacra dies, óbvia quâ ſuo
Cum plena rútilans lámpade júngitur
Sponſo, ſtanſque throno próxima cóncinit
Virgo cántica Vírgini.

Solo digna Deo cónjuge, reſpuit
Mortáles thálamos; ut ſemèl óbligat
Seſe fida ſuo, quem benè déperit,
Ultrò ſe Deus óbligat.

Purum ne máculent pectus imágines,
In ſe tota ſui córporis ímmemor
Mens ſeſe récipit; nil óculi vident,
Surdis nil ſonat áuribus.

Ægro vix ſua ſunt pábula córpori,
Ardet mille modis ante diem mori:
Quidquid mors rápiet, jam ſibi præripit;
Unus ſit Deus ómnia.

Fac, ô Chriſte, tuæ Vírginis æmulos
Hâc nos ire tibi, quâ gráditur viâ;
Qui gens ſancta ſumus, móribus íntegris
Fac ſoli tibi vívere.

Da te, ſumme Pater, tóllere láudibus:
Da te, Chriſte, ſequi, láurea Vírginum:
Fac incenſa tuis, Spíritus, árdeant
Flammis frígida pectora. Amen.

℣. Audi, filia, & vide, & inclína aurem tuam:
℟. Oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui.

*A* Magnificat. 

*Ant.* 8. G. Compla-cu-it Domino



in te : & gaudebit ſu- per te De-us tuus.



[ *Au T. P.* Al- le-lu-ia. ]

ORAISON.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco conſtituiſti : concéde, ut qui fidélis ſponſæ tuæ *N.* puritátem húmili venerámur obſéquio, piæ converſatiónis exemplo ſequámur : Per.

AUTRE ORAISON.

FIdéles tuos, quæſumus, Dómine, intercedénte beatâ *N.* Vírgine tuâ, córpore & mente purífica ; ut tuâ inſpiratióne compuncti, & tuâ ſemper ſuavitáte affecti, nóxias delectatiónes vitáre præváleant : Per.

## *A COMPLIES.*



*Ant.* 2. E- go dilecto me-o ; & ad



me converſi-o eius. [ *Au T. P.* Alle-lu-ia. ]

*Pour une Martyre & non Martyre, Doxolog. aux Heures.*

Æterne ſponſe Vírginum, Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu, In ſempiterna ſécula. Amen.

*A* Nunc dimittis. 

*Ant.* 3. E. Vox dilecti me-i pul-



ſan-tis : Aperi mi-hi, ſoror me-a, immacu-la-



ta me-a. [ *Au T. P.* a, Alle-lu-a. ]

## *A NONE.*



*Ant.* 3. a. Sub umbra il-li- us quem de-ſi-

dera- veram, ſe- di ; & fructus e-jus dulcis guttu-ri me-o.

C A P I T U L E. 2. *Cor.* 11.

Æmulor vos Dei æmulatióne : deſpondi enim vos uni viro vírginem caſtam exhibére Chriſto.

℟. *br.* Afferentur Regi vírgines * In lætítia & exultatióne. Afferentur. ℣. Adducentur in templum Regis. * In lætítia. Glória Patri. Afferentur.

℣. Delectavérunt te fíliæ regum, ℟. In honóre tuo.

## AUX II. VEPRES.

*Ant.* 4. D. Vir-gines acci-pi-entes lampa-des ſu-as, exi-e-runt obvi-am ſponſo & ſponſæ. [*Au T. P.* ſæ, Alle-luia.] *Ant.* 3. a. Pru-dentes acceperunt o-leum in va-ſis ſu-is cum lampa-dibus, & ornaverunt lampades ſuas. [*Au T. P.* Alle-luia.] *Ant.* 7. d. Mediâ nocte cla-mor factus eſt : Ecce ſponſus ve- nit exi- te obviam e-i. [*Au T. P.* Allelu-ia.] *Ant.* 2. Ve-nit ſponſus ; & quæ paratæ e-rant intrave-runt

cum e- o ad nupti-as. ( *Au T. P.* Alle-lu-ia. ]

*Ant.* 1. D. Virgines ſequuntur Agnum quocum-

què i- erit : ſine macula e-nim ſunt ante thro-

num De-i. ( *Au T. P.* Alle-luia. )

CAPITULE. *Apoc.* 19.

REgnávit Dóminus Deus noſter omnipotens : gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam ei; quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit ſe.

*Aux Solemnels & au deſſus, hors la Septuag. on dit :*

*Du* 1.

A L- le- lu- ia, al-le- lu-

ia. ℣. Canta-bant Vir-

gines qua-ſi can- . ticum no- vum ante ſe-

dem De- i & Ag- ni.

Al-le lu- ia.

*Si c'eſt une Martyre. Pendant l'Année*, HYMNE, *du* 1.

A Deſte, Sponſæ Vir- gines, Chriſti gregis, pars

optima : O vos, furo-ris victimæ, O vos, a-

moris hoſtiæ.

Adeſte, ſolemnis dies
Hæc conſecráta Vírgini,
Quæ dúplicem geſtat ſuo
Tinctam cruóre láuream.
Inter choros cantántium
Agno litáto Vírginum,
Hæc jure fuſi ſánguinis
Virgo ſedet non última.
Quæ córpori pœnæ nocent,
Illas amans ampléctitur;
His nempè pœnis líbera
Mortále corpus éxuit.
Amat roſas & lília
Sponſus rubens & cándidus;
Martyr dedit Sponſo roſas,
Deditque Virgo lília.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Qui corda pura Vírginum
Puris adúris ígnibus. Amen.

℣. Confeſſio & pulchritúdo in conſpectu Dei:
℟. Sanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus.

*A* Magníficat.


*Ant.* 8. *G.* Caſ- ta genera- ti-o in


perpetuum corona- ta tri-umphat, incoinquinato-


rum certaminum præmi-um vincens. (*Au T.P.* Alleluia.)

*Les Oraiſons comme aux I. Vêpres.*

*Si ce n'eſt pas une Martyre. Pendant l'Année*, HYMNE.

*Du* 1.


O Virgo, pectus cui ſacrum, Amoris expers


improbi, Intùs ſu-is ardoribus Sanctus pe-


ruſſit Spiritus!

Non te voluptas dúlcibus
Fallax venénis mólliit,
Solas amantem pérſequi
Cœleſti Agni núptias.
Sic ille natus Vírgine
Suo decóre céperat,
Ut ejus ardens ígnibus
Mundána cuncta témneres.
Beáta cui nunc, cœlitûm
Inter canéntium choros,
Cœlo licet ſperénnibus
Sponſi potíri gáudiis.
Æterne Sponſe Vírginum
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula. Amen.

℣. Vírgines laudet nomen Dómini.
℟. Quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

*A* Magníficat. *Ant.* 1. f. In reſurrecti-o- ne

neque nubent, neque nubentur ; ſed e-runt ſicut

Angeli De-i in cœlo. ( *Au T. P.* Alle- luia. ]

*Les Oraiſons & COMPLIES comme aux I. Vêpres.*

# COMMUN DES SAINTES FEMMES.

## *AUX I. VEPRES.*

*Ant.* 6. DOmine, qui habes omni-um

ſci-en-tiam, tu ſcis quòd nunquam læta- ta ſit

ancil- la tu- a niſi in te, Domine De-us.

[ *Au T. P.* Alleluia. ] *Ant.* 2. Ad te, Domine,

oculos meos di- rigo ; tu ſcis qui-a mundam ſer-

vavi a-nimam me-am ab omni concupiſcenti-a.

[ *Au T. P.* Alle-luia. ] *Ant.* 8. c. Numquàm cum lu-

dentibus miſcu-i me ; neque cum his qui in

le- vita- te ambulant, participem me præbu-i.

I Au T. P.

Alle-lu-ia. ] *Ant.* 3. a. Domine Pater,

omne de-ſide-ri-um aver-te à me; & a-ni-

mæ irreveren-ti & infruni-tæ ne tradas me.

I Au T. P.

me, Alle-luia. ] *Ant.* 5. C. Adjuva me

ancillam tu-am, nullum a-li-ud auxi-li-um ha-

bentem, niſi te, Domine, qui noſ-ti quia

oderim gloriam iniquorum. [*Au T. P.* rum, Alleluia. ]

CAPITULE. *Epheſ.* 5.

RElinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærébit uxóri ſuæ; & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto & in Ecclésia. Verúmtamen & vos ſínguli unuſquiſque uxórem ſuam ſicut ſeipſum díligat; uxor autem tímeat virum ſuum.

*Aux Doubles-majeurs & au deſſus*, ℟. *du* 6.

VI-rum, Do-mine, cum timore tu-

o, non cum libi-dine me- a conſen-

ſi ſuſci- pere: * Sit nomen tu-um, De-us

Iſ- ra-el, bene- dictum in ſe- cu-

*Au T. P.*



la. Alle- lu- ia, al-le- lu- ia.



℣. Non voca- vit nos De- us in immun-



di- ti-am, ſed in ſancti- fi-ca- ti-o- nem :



* Sit. Glo-ri-a Patri, & Fi-



li-o, & Spiri- tu- i Sanc- to. * Sit.

*Pendant l'Année.* HYMNE, *du* 1.



AD nupti-as Agni Pater Matres & innuptas vocat :



O te beatum cui thorus Interque ſponſas ſors datur!

Lex nuptiárum cáritas ;
Dos magna, páupertas, tibi,
Calcáre falláces opes,
Cadúca corde ſpérnere.

Te multus oblectat labor,
Fuſæque jejúnam preces :
Te pœnitentem lácrymæ,
Te cura páuperum juvat.

Quacumque confíxam ſibi
Per probra ſponſam, per cruces
Trahit Magiſter ; & ſequi
Deſpecta gaudes, & pati.

Beata quæ ſponſo Deo
Caſtis adhæret vínculis :
Sic corpus unum póſſumus,
Sic unus eſſe ſpíritus.

Hoc præſtet almo cum Patre
Natóque nobis Spíritus,
Qui trinus ac unus Deus
Regnat per omne ſéculum.
Amen.

*Si c'eſt une Martyre.*

℣. Factus eſt ſpes mea, Dómine :
℟. Turris fortitúdinis à fácie inimíci.

*A* Magníficat.



*Ant.* 4. *D.* Deus cœlo-rum, exau-di



me deprecantem, & de tu-a miſe- ricor- di-



a præſumentem ; ut gentes agnoſ-cant quia



tu es De-us, & non eſt a- li-us præter te.



[*Au T. P.* te, Alle-luia.]

O R A I S O N.

DEus, cujus grátiâ virtus in infirmitáte perfícitur : largíre nobis beátæ *N.* Mártyris tuæ paſſiónem recoléntibus ; ut quæ à te accépit ut vínceret, à te quoque vincendi grátiam nobis obtíneat. Per.

*Si ce n'eſt pas une Martyre.*

℣. Averte óculos meos, ne vídeant vanitátem :
℟. In via tua vivífica me.

*A* Magníficat.



*Ant.* 1. A. Exulta-vit cor meum in



Domino, & dilata- tum eſt os meum, quia



læta- ta ſum in ſa-luta- ri tu- o. [*Au T. P.* Allelu-ia.]

O R A I S O N.

TUórum corda fidélium, Deus miserátor, illuſtra ; & beátæ *N.* précibus ac méritis, fac nos terréna deſpícere, & amáre cœléſtia. Per.

*Si c'eſt une Veuve*, O R A I S O N.

DEus, in quem ſperat omnis ánima quæ longè à te éxulans in terris ſe verè víduam ſentit ac deſolátam : tríbue nobis, quæſumus, ut exemplo beátæ *N.* nocte ac die obſecratiónibus & oratiónibus inſtantes, cœléſtium conſolatiónum mereámur eſſe partícipes. Per.

*A C O M P L I E S.*



*Ant.* 2. Guſta- vit, & vi-dit qui-a bona



eſt negoti- a- ti-o e- jus : non extingue-tur in



nocte lucer-na e-jus. [ *Au T. P.* Alle- lu ia.]

*Aux Solemnels & Annuels, Doxologie aux Heures.*

Divína proles féminæ,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spí-
ritu,
Nunc & per omne ſéculum.
Amen.

A Nunc dimittis.



*Ant.* 1. D. Indu-e te de-



co- re ſempiternæ glo- ri-æ: De-us e-nim oſten-



det ſplendorem ſu-um in te. [*Au T.P.* te, Alle-luia.]

## *A NONE.*



*Ant.* 5. a. Non diſcedebat de templo, je-ju- ni is



& obſecrati- o-nibus ſervi-ens nocte ac di-e.

CAPITULE. 1. *Tim.* 2.

VOlo oráre mulíeres in hábitu ornáto, cum verecúndia & ſobrietáte ornantes ſe, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veſte pretióſâ; ſed quod decet mulíeres, promittentes pietátem per ópera bona.

℟. *br.* Expectávi Dóminum, * Et intendit mihi. Expectávi. ℣. Et exaudívit preces meas, * Et intendit. Glória Patri. Expectávi.

℣. Veníte, & vidéte ópera Dei, ℟. Qui póſuit ánimam meam ad vitam.

## *AUX II. VEPRES.*



*Ant.* 2. I N ancilla ſu- a adimplevit



Dominus miſe-ricor-diam ſuam. [*AuT.P.* Alle-luia.]



*Ant.* 4. E. E-rat hæc in om-nibus famo-




CAPITULE. *1. Tim. 2.*

MUlier ſalvábitur per filiórum generatiónem , ſi permánſerit in fide , & dilectióne , & ſanctificatióne cum ſobrietáte.

*Hors la Septuagéſime, aux Solemnels & au deſſus, du 5.*




*Pendant l'Année*, HYMNE, *du* 1.




Per quos gradus cœlum petit,
Hâc ire vos omnes docet,
Junctæ jugáli vínculo,
Et vos ſolútæ cónjuges.

Inſignis & nos Féminæ
Sequi decet veſtígia,
Magnum vel ipſis quæ fuit
Virtútis exemplum viris.

Queis arſit illa, fac, Deus,
Flagremus & nos ígnibus;
Eóque, quo te vis coli,
Amóre fac mens te colat.

Divína proles Féminæ,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
Nunc & per omne ſéculum.
Amen.

*Si c'eſt une Martyre.*

℣. Vídeant qui odérunt me, & confundantur;
℟. Quóniam tu, Dómine, adjuviſti me.






*L'Oraiſon des I. Vêpres , ci-deſſus.*

*Si ce n'eſt point une Martyre.*

℣. Anima mea Dómino vivet ;

℟. Et ſemen meum ſérviet ipſi.




*L'Oraiſon & Complies comme aux I. Vêpres.*

# LA DÉDICACE DE L'ÉGLISE.

## SOLEMNEL-MAJEUR.

### *AUX I. VEPRES. Pſſ. de la Férie.*




mus quam ædificari vo- lo Domino, talis eſſe
de- ber, ut in cunctis regi-o- nibus nomine-
tur: præparabo ergò e- i ne-ceſ- ſari-a.
[*Au T. P.* Alleluia.] *Ant.* 5. C. Magnus eſt
Deus noſ- ter ſuper omnes De- os. Quis er-
gò poterit prævale- re, ut æ-di-ficet dignam
De-o domum? [*Au T. P.* Alleluia.] *Ant.* 6.
Si cœ- lum & cœli cœlo-rum capere eum
ne- que-unt, quantus e- go ſum, ut poſſim
ædi-fica-re e- i domum. [*Au T. P.* mum, Alleluia.]
*Ant.* 3. a. Dominus De- us cœ-li ipſe
præcepit mi- hi ut ædi- fica- rem e- i Do-
mum. [*Au T. P.* Alle- luia.]

## CAPITULE. *Agg.* 1.

HÆc dicit Dóminus exercítuum : Pónite corda veſtra ſuper vias veſtras : aſcéndite in montem, portáte ligna, & ædificáte domum; & acceptábilis mihi erit, & glorificábor, dicit Dóminus.





Sanc- to. *On répete le* ℟. Cunƈta. *juſqu'au* ℣.

HYMNE, *du* 6.



Q Uiſquis ô! ſacram properas ad ædem,



Dirigat greſſus pi-etas ſi-deſque; Regis hæc re-



gum domus, & Tonantis Altera ſedes.

Cujus in cœlo thronus eſt perennis,
Parva vult terris habitáre teƈta
Incapax claudi, latet hoſpes, arƈto
Clauſus in orbe.

Non malos ultor venit inter ignes,
Non nigrâ nimbit tonat è procellâ:
Nec minùs credas plácido verenda
Númine templa.

Quid vetus fluxit cruor hoſtiárum!
Príſtinæ ceſſent holocauſta legis:
Ipſe libámen Deus, & Sacerdos,
Se litat aris.

Quid venis, audax? procul hinc profanus;
Sanƈta ni fletûs lavet unda crimen,
Munda quàm multis jubet eſſe mundum
Vócibus ædes!

Quæ tibi fumant, Deus alme, templis,
Thura, jucundo pláceant odóre;
Et pluant pingues reſolúta lætis
Núbibus imbres.
Amen.

℣. Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion:
℟. Deus in dómibus ejus cognoſcétur.

*A* Magníficat.



*Ant.* 4. d. *qui ſe double.* Domus me- a



ædifica- bitur in Je-ru- ſalem; & conſola-bi-



tur adhuc Dominus Si- on; & eliget adhuc



Jeruſalem. [ *Au T. P.* lem, alle- luia.]

*Le jour même de la Dédicace, & pendant l'Octave.*

ORAISON.

DEus, qui inviſibíliter ómnia cóntines, & tamen pro ſalúte géneris humáni ſigna tuæ poténtiæ viſibíliter oſtendis : Templum hoc poténtiâ tuæ inhabitatiónis illuſtra, & concéde ut omnes qui hùc deprecaturi convéniunt, ex quacumque tribulatióne ad te clamáverint, conſolatiónis tuæ benefícia conſequantur : Per.

*Le jour de l'Anniverſaire de la Dédicace, & pendant l'Oct.*

ORAISON.

DEus, qui nobis per ſíngulos annos hujus ſancti Templi tui conſecratiónis réparas diem, & ſacris ſemper myſtériis repræſentas incólumes : exáudi preces pópuli tui, & præſta ut quiſquis hoc Templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta ſe impetraſſe lætétur ; Per.

*A COMPLIES. Pſſ. de la Férie.*




[ *Au T. P.* i, alleluia.]

*Depuis l'Avent juſquà la Pentecôte, on dit l'Hymne du Temps avec ſa Doxolog. Depuis la Trinité juſqu'à l'Avent, on dit l'Hymne* Grates. *ſous le chant & la Doxologie ſuiv.*





iſ- tam glo- ri-â, & in loco iſto dabo



pacem. [*Au T. P.* cem, alleluia.]

*A NONE. Pſſ. du Dimanche.*

*Doxologie comme à Complies.*



*Ant.* 1. a. De-i ædi-fica-ti-o, eſtis, funda-



mentum poſu-i : unuſquiſque vi-deat quomodò



ſuperæ- di- ficet; fundamentum enim Chriſtus Jeſus.

CAPITULE. 2. *Cor.* 5.

SCimus quóniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitatiónis diſſolvátur, quòd ædificatiónem ex Deo habémus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemíſcimus, habitatiónem noſtram, quæ de cœlo eſt, ſuperíndui cupientes.

℞. *br.* Replébimur in bonis domûs tuæ, Allelúia, allelúia. Replébimur. ℣. Sanctum eſt templum tuum, mirábile *in æquitáte*, * Allelúia. Glória. Replébimur.

℣. Quàm dilecta tabernácula tua, Dómine virtútum!

℞. Concupiſcit & déficit ánima mea in átria Dómini.

*AUX II. VEPRES.*

*Pſ.* Lætátus ſum. *p.* 21.



*Ant.* 4. E. U- Nus de ſeptem



Angelis ſuſtulit me in ſpi- ritu, & oſtendit



mi-hi civitatem ſanctam Je-ru- ſalem deſcen-



dentem de cœlo à De- o. [*Au T. P.* Alle-luia.]


Pſ. Niſi Dóminus ædificáverit. p. 26.
Ant. 8. G. Erat ſtructu-ra
muri e- jus ex lapide Jaſpide ; ip-ſa verò
ci-vitas aurum mundum ſimile vitro mundo.
[ Au T. P.
do, alleluia. ]
Pſ. Memento. avec ſa diviſ. p. 40.
Ant. 1. D.
Templum non vidi in e- a ; Dominus e-nim
De-us omni-potens templum il-li- us eſt, &
Agnus. [ Au T. P. Alle-luia. ]
Pſ. Super flúmina. 17.
Ant. 3. a.
Ci- vitas non e-get ſo-le neque lunâ, ut
lu- ceant in e-a ; nam claritas De-i illumi-
navit e- am, & lucerna e- jus eſt Agnus.
[ Au T. P.
Alle-luia. ]
Pſ. Lauda, Je-rúſalem. p. 274.
Ant. 6. Non in-
trabit in e- am aliquod coinquinatum, aut
abominati-o-nem fa- ciens & mendacium, niſi




CAPITULE. *Iſ.* 33.

REſpice Sion civitátem ſolemnitátis noſtræ : óculi tui vidébunt Jerúſalem, habitatiónem opulentam, tabernáculum quod nequáquàm transferri póterit : nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funículi ejus non rumpentur ; quia ſolúmmodò ibi magníficus eſt Dóminus noſter.

*Hors la Septuagéſime, on dit :*

*Du* 6.




HYMNE, *du* 5.




Síngulis & margarítis
Síngulæ portæ nitent :
Murus omnis fulget auro,
Fulget uniónibus :

Anguláris petra Chriſtus
Fundat urbis mœnia.
Ejus eſt ſol cæſus Agnus,
Ejus eſt templum Deus :

Æmulantes hìc beáti
Purióres Spíritus,
Laude jugi Numen unum
Terque ſanctum cónci-
nunt.

Undequáquè ſunt aperta
Civitátis óſtia:
Quiſquis ambit hùc veníre,
Inferíque mœnibus,

Antè duris hìc probári
Debuit labóribus.

Sit perennis laus Parenti
Sit perennis Fílio;
Laus tibi, qui nectis ambos
Sit perennis, Spíritus;
Chriſma cujus nos inungens,
Viva templa cónſecrat.
Amen.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te cívitas Dei:
℟. Sicut lætántium ómnium habitátio eſt in te.

A Magníficat.

*Ant. 5. C. qui ſe double.*




[ *Au T. P.* a, alleluia.]

*L'Oraiſon des I. Vêpres ci-deſſus.*

*A* COMPLIES, *Pſſ. & Capit. du Dimanche. Le reſte comme aux I. Vêpres, ci-deſſus.*

## MÉMOIRE DE LA SAINTE VIERGE.

*AUX VEPRES des Vendredis, excepté aux Semaines de l'Avent, & depuis Noel juſqu'à la Septuagéſime, on fait mémoire de la Sainte Vierge, comme ci-après, aux Simples ſeulement, & lorſqu'on ne fait point d'autres mémoires, ſoit de la Vierge ou des Saints.*

*Ant.* 1. f.





re- xit in vulnera ca- pi-tis principis i-



nimico- rum noſtrorum. [ *Au T. P.* Al-le-



lu- ia. ]

℣. Deus operátus ſalútem in médio terræ.
℟. Tu confregiſti cápita dracónis.

## ORAISON.

COncéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére; & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítia, & æternâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum, &c.

# LEÇONS DU NOUVEAU TESTAMENT,
## *Pour dire avant Complies.*

SAMEDI
*Avant le I. Dimanc. de l'Avent.*
Incipit Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Romanos. *Cap.* I.

PAulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Evangelium Dei: . . omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis ſanctis. Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Primùm quidèm gratias ago Deo meo per Jeſum Chriſtum pro omnibus vobis; quia fides veſtra annuntiatur in univerſo mundo. Tu autem, Domine, Miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

I. DIM. DE L'AVENT.
De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* I.

TEſtis enim mihi eſt Deus, cui ſervio in ſpiritu meo in Evangelio Filii ejus, quòd ſine intermiſſione memoriam veſtrî facio, ſemper in orationibus meis: obſecrans, ſi quomodò tandèm aliquandò proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Deſidero enim videre vos: ut aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos: id eſt, ſimul conſolari in vobis per eam, quæ invicem eſt, fidem veſtram, atque meam.

LUNDI.
De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* I.

NOlo autem vos ignorare, fratres, quia ſæpè propoſui venire ad vos, (& prohibitus ſum uſque adhuc,) ut aliquem fructum habeam & in vobis, ſicut & in ceteris gentibus. Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum: ita (quod in me) promptum eſt & vobis, qui Romæ eſtis, evangelizare.

MARDI.
De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* I.

NOn enim erubeſco Evangelium: virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti Judæo primùm, & Græco. Juſtitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt: Juſtus autem ex fide vivit. Revelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & injuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injuſtitia detinent: quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis manifeſtavit.

MERCREDI.
De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* I.

INviſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur; ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas: ita ut ſint inexcuſabiles. Quia cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

JEUDI.
De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* I.

ET mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Prop-

ter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam : ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis : qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium : & coluerunt, & ſervierunt creaturæ potius quàm Creatori, qui eſt benedictus in ſecula : Amen.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap*. 2.

PRopter quod inexcuſabilis es, ô homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipſum condemnas : eadem enim agis quæ judicas. Scimus enim quoniam judicium Dei eſt ſecundùm veritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc, ô homo, qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei; Tu autem, Domine, &c.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap*. 2.

AN divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die *iræ, & revelationis* juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundùm opera ejus.

II. DIM. DE L'AVENT.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap*. 2.

TRibulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primùm & Græci : gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primùm, & Græco. Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quicumque enim ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt : & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur ; non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.

LUNDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap*. 2.

QUi alium doces, teipſum non doces, qui prædicas non furandum, furatis : qui dicis non mœchandum, mœcharis : qui abominaris idola, ſacrilegium facis qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blaſphematur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt.

MARDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap*. 5.

JUſtificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum : per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus : ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem; ſpes autem non confundit.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap*. 5.

COmmendat caritatem ſuam Deus in nobis : quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt : multò igitur magis nunc juſtificati in ſanguine ipſius, ſalvi erimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus : multò magis reconciliati, ſalvi erimus in vita ipſius.

JEUDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap*. 5.

PEr unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, &

ita in omnes homines mors pertranſivit, in quo omnes peccaverunt. ... Sed non ſicut delictum, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui ſunt: multò magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Jeſu Chriſti in plures abundavit.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* 6.

NOn regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo, tanquàm ex mortuis viventes & membra veſtra arma juſtitiæ Deo.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* 6.

HUmanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ: ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & *iniquitati ad iniquitatem*, ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. Cùm enim ſervi eſſètis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ. Quem ergò fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt.

III. DIM. DE L'AVENT.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* 6.

NUnc verò liberati à peccato, ſervi autem facti Deo, *habetis fructum* veſtrum in ſanctificationem, finem verò vitam æternam. Stipendia enim peccati mors. Gratia autem *Dei*, vita æterna, in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

LUNDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* 7.

COndelector legi Dei ſecundùm interiorem hominem: video autem *aliam legem* in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jéſum Chriſtum Dominum noſtrum.

MARDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* 8.

QUi ſecundùm carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt; verò ſecundùm ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritûs ſentiunt. Nam prudentia carnis, mors eſt: prudentia autem ſpiritûs, vita & pax. . . . . Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* 8.

FRatres: debitores ſumus non carni, ut ſecundùm carnem vivamus. Si enim ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterùm in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater).

JEUDI.

De Epiſtola ad Romanos. *Cap.* 8.

IPſe Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quòd ſumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes; hæredes quidèm Dei, cohæredes autem Chriſti, ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur. Exiſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram glo-

riam, quæ revelabitur in nobis. Tu autem, &c

VENDREDI.

De Epiſtola adRomanos.*Cap*.8.

SCimus quòd omnis creatura ingemiſcit, & parturit uſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primitias Spiritûs habentes, & ipſi intrà nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſalvi facti ſumus.

SAMEDI.

De Epiſtola adRomanos.*Cap*.8.

SCimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis Filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & juſtificavit: quos autem juſtificavit, illos & glorificavit. Tu autem, &c.

IV. DIM. DE L'AVENT.

De Epiſtola adRomanos.*Cap*.8.

SI Deus pro nobis, quis contrà nos? Qui etiam proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodò non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quis accuſavit adversùs electos Dei? Deus qui juſtificat, qui eſt qui condemnet?

LUNDI.

De Epiſtola adRomanos.*Cap*.8.

QUis ergò nos ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? .... Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Tu autem, &c.

MARDI.

De Epiſtola adRomanos.*Cap*.8.

CErtus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Romanos. *C*. 12.

OBſecro vos, fratres, per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in novitate ſenſûs veſtri: ut probetis quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

JEUDI.

De Epiſtola ad Romanos. *C*. 12.

DIco enim per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos: Non plùs ſapere quàm opportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem: & unicuique ſicut Deus diviſit menſuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Romanos. *C*. 12.

DIlectio ſine ſimulatione. Odientes malum, adhærentes bono: caritate fraternitatis invicem diligentes: honore invicèm prævenientes: ſollicitudine non pigri: ſpiritu ferventes: Domino ſervientes: ſpe gaudentes: in tribulatione pa-

tientes : orationi inſtantes : neceſſitatibus ſanctorum communicantes : hoſpitalitatem ſectantes. Tu autem , &c.

XXIV. DÉCEMBRE.

*VIGILE DE NOEL.*

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 22.

† QUi juſtus eſt , juſtificetur adhuc : & ſanctus , ſanctificetur adhuc. Ecce venio citò. . . . Ego ſum radix & genus David , ſtella ſplendida , & matutina. Et Spiritus , & ſponſa dicunt : Veni.... Etiam venio citò : Amen. Veni , Domine Jeſu.

XXV. DÉCEMBRE.

*FESTE DE NOEL.*

De Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Philippenſes. *Cap.* 2.

† HOc ſentite in vobis , quod & in Chriſto Jeſu : qui cùm in forma Dei eſſet , non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo : ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens , in ſimilitudinem hominum factus , & habitu inventus ut homo.

XXVI. DÉCEMBRE.

De Epiſtola ad Romanos. *C.* 12.

BEnedicite perſequentibus vos : benedicite , & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus , flere cum flentibus : idipſum invicèm ſentientes : non alta ſapientes , ſed humilibus conſentientes : nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos : nulli malum pro malo reddentes : providentes bona non tantùm coram Deo , ſed etiam coram omnibus hominibus.

XXVII. DÉCEMBRE.

De Epiſtola ad Romanos. *C.* 12.

SI fieri poteſt , quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes : Non voſmetipſos defendentes , cariſſimi , ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim : Mihi vindicta : ego retribuam , dicit Dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus , ciba illum : ſi ſitit, potum da illi : hoc enim faciens , carbones ignis congeres ſuper caput ejus. Noli vinci à malo , ſed vince in bono malum.

XXVIII. DÉCEMBRE.

De Epiſtola ad Romanos. *C.* 13.

OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit : Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati , Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt , ipſi ſibi damnationem acquirunt : nam principes non ſunt timori boni operis , ſed mali.

XXIX. DÉCEMBRE.

De Epiſtola ad Romanos. *C.* 13.

VIs autem non timere poteſtatem ? Bonum fac : & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris , time : non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt : vindex in iram ei qui malum agit. Ideò neceſſitate ſubditi eſtote non ſolùm propter iram , ſed etiam propter conſcientiam.

XXX. DÉCEMBRE.

De Epiſtola ad Romanos. *C.* 13.

IDeò enim & tributa præſtatis : miniſtri enim Dei ſunt , in hoc ipſum ſervientes. Reddite ergò omnibus debita : cui tributum , tributum : cui vectigal , vectigal : cui timorem , timorem : cui honorem , honorem. Nemini quidquam debeatis , niſi ut invicem diligatis. Tu autem , Domine , Miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

XXXI. DÉCEMBRE.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*13.

QUi diligit proximum, legem implevit. Nam: Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non falſum teſtimonium dices: Non concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum in lege, in hoc verbo inſtauratur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergò legis eſt dilectio.

I. JANVIER.

LA CIRCONCISION DE N. S. J. C.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*13.

ABjiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeſtè ambulemus: non in comeſſationibus, & ebrietatibus: non in cubilibus, & impudicitiis: non in contentione, & æmulatione: ſed induimini Dominum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis.

II. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*14.

NEmo noſtrûm ſibi vivit, & *nemo ſibi* moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus: ſive morimur, Domino morimur. Sive ergò vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, ut & mortuorum & vivorum dominetur.

III. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.* 15.

DEbemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Unuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt: Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me.

IV. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.* 15.

QUæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: ut per patientiam, & conſolationem Scripturarum, ſpem habeamus. Deus autem patientiæ & ſolatii, det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundùm Jeſum Chriſtum; ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

V. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*15.

SCriptum eſt: ... Laudate omnes gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi. Et rursùs Iſaïas ait: Erit radix Jeſſe, & qui exurget regere gentes, in eum Gentes ſperabunt. Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio; & pace in credendo: ut abundetis in ſpe, & virtute Spiritûs ſancti.

VI. JANVIER.

ÉPIPHANIE *DE* N. S. J. C.

De Epiſtola ad Romanos. *C.* 15.

AUdaciùs ſcripſi vobis, fratres, ex parte, tanquàm in memoriam vos reducens: propter gratiam, quæ data eſt mihì à Deo, ut ſim miniſter Chriſti Jeſu in Gentibus: ſanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta, & ſanctificata in Spiritu ſancto.

VII. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*15.

PRobaverunt Macedonia & Achaia, collationem aliquam facere in pauperes ſanctorum, qui ſunt in Jeruſalem. Placuit enim eis: & debitores ſunt eorum. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles: debent & in carnalibus miniſtrare illis.

VIII. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*15.

OBſecro vos, fratres, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; & per caritatem ſancti Spiritûs, ut adjuvetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus, qui ſunt in Judæa, & obſequii mei oblatio accepta fiat in Jeruſalem ſanctis, ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiſcum.

IX. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*16.

SAlutate.... adjutores meos in Chriſto Jeſu; qui pro anima mea ſuas cervices ſuppoſuerunt: quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & cunctæ Eccleſiæ Gentium.... Salutate invicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti.

X. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*16.

ROgo vos, fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula, præter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt, & declinate ab illis. Hujuſcemodi enim Chriſto Domino non ſerviunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones ſeducunt corda innocentium.

XI. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*16.

VEſtra obedientia in omnem locum divulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Deus autem pacis conterat ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum.

XII. JANVIER.

De Epiſtola ad Romanos. *C.*16.

EI autem, qui potens eſt vos confirmare juxtà Evangelium meum, & prædicationem Jeſu Chriſti, ſecundùm revelationem myſterii temporibus æternis taciti (quod nunc patefactum eſt per Scripturas Prophetarum ſecundùm præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis Gentibus cogniti, ſoli ſapienti Deo, per Jeſum Chriſtum, cui honor, & gloria in ſecula ſeculorum: Amen.

I. DIMANCHE

*après l'Épiphanie, qui eſt le Dimanche dans l'Octave.*

¶ *A commencer de ce jour, on laiſſe les Leçons ci-deſſus qui n'ont point été lues, & on lit celles qui ſuivent.*]

Incipit Epiſtola prima beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. *Cap.* 1.

PAulus vocatus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, & Soſthenes frater, Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi: ..... Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Jeſu: quòd in omnibus divites facti eſtis in illo .... ita ut nihil vobis deſit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 1.

FIdelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem Filii ejus Jeſu Chriſti Domini noſtri. Obſecro autem vos, fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti: ut idipſum dicatis omnes & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Tu autem, Domine, &c.

℟. Deo gratias.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 1.

SIgnificatum eſt enim mihi de vobis, fratres mei ab iis qui ſunt Chloës, quia contentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrûm dicit : Ego quidèm ſum Pauli ; ego autem Apollo : ego verò Cephæ : ego autem Chriſti. Diviſus eſt Chriſtus ? Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis ? aut in nomine Pauli baptizati eſtis ?

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 1.

NOn miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare : non in ſapientia verbi, ut non evacuetur crux Chriſti. Verbum enim crucis, pereuntibus quidèm ſtultitia eſt : iis autem, qui ſalvi ſiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. Scriptum eſt enim : Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 1.

NOs prædicamus Chriſtum crucifixum : Judæis quidèm ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam ; ipſis autem vocatis Judæis, atquæ Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam : quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientiùs eſt hominibus : & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 1.

VIdete enim vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles : ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes : & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia : & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret : ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 2.

ET ego, cùm veniſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum.

II. DIMANCHE
*après l'Épiphanie.*

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 2.

SApientiam loquimur inter perfectos : ſapientiam verò non hujus ſeculi ; . . . ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt quam prædeſtinavit Deus ante ſecula in gloriam noſtram, quam nemo principum hujus ſeculi cognovit : ſi enim cognoviſſent, nunquàm Dominum gloriæ crucifixiſſent.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 2.

NOs non ſpiritum hujus mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis : quæ & loquimur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis ; ſed in doctrina Spiritûs, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Tu autem, Domine, Miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 2.

ANimalis autem homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Deï: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem judicat omnia: & ipſe à nemine judicatur. Quis enim cognovit ſenſum Domini, qui inſtruat eum? Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 3.

ET ego, fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tanquàm parvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondùm enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis; adhuc enim carnales eſtis. Cùm enim ſit inter vos zelus, & contentio: nonnè carnales eſtis, & ſecundùm hominem ambulatis?

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 3.

CUm enim quis dicat: Ego quidèm ſum Pauli: alius autem: Ego Apollo: nonnè homines eſtis? Quid igitur eſt Apollo? quid verò Paulus? Miniſtris ejus, cui credidiſtis, & unicuique ſicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit; ſed Deus incrementum dedit.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 3.

ITaque neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed, qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, unum ſunt. Unuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem. Dei enim ſumus adjutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. Tu autem, &c.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 4.

NEſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Nemo ſe ſeducat: ſi quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat ut ſit ſapiens. Sapientia enim hujus mundi, ſtultitia eſt apud Deum.

III. DIMANCHE

*après l'Épiphanie.*

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 4.

HÆc autem, fratres, tranſfiguravi in me & Apollo, propter vos: ut in nobis diſcatis, ne ſuprà quàm ſcriptum eſt, unus adversùs alterum infletur pro alio. Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis? Jam ſaturati eſtis jam divites facti eſtis: ſine nobis regnatis: & utinam regnetis, ut & nos vobiſcum regnemus.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 4.

PUto enim quod Deus nos Apoſtolos noviſſimos oſtendit, tanquàm morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Tu autem, Domine, Miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 5.

OMninò auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris ſui aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, ut tollatur de medio veſtrûm qui hoc opus fecit. Ego quidèm abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam judicavi.... tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 5.

NOn eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? ... Scripſi vobis... ſi is, qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum ejuſmodi nec cibum ſumere.. .Auferte malum ex vobiſmetipſis.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 6.

AUdet aliquis veſtrûm habens negotium adversùs alterum, judicari apud iniquos, & non apud ſanctos? ... Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit judicare inter fratrem ſuum? ... Jàm quidèm omninò delictum eſt in vobis, quòd judicia habetis inter vos. Quarè non magis injuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus. Tu autem, Domine, Miſerere noſtri.

Deo gratias.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 6.

AN neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? Nolite errare: Neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. Et hæc quidam fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis in nomine Domini noſtri JeſuChriſti, & in Spiritu Dei noſtri.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 6.

NEſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergò membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? ... Qui autem adhæret Domino, unus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus eſt; qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.

IV. DIMANCHE

*après l'Épiphanie.*

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 6.

AN neſcitis quoniam membra veſtra, templum ſunt Spiritûs ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 7.

UNuſquiſque proprium donum habet ex Deo: alius

quidem ſic, alius verò ſic. Dico autem non nuptis, & viduis: bonum eſt illis ſi ſic permaneant, ſicut & ego. Quòd ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere, quàm uri.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 7.

HOc itaque dico, fratres: Tempus breve eſt: reliquum eſt, ut & qui habent uxores, tanquàm non habentes ſint: & qui flent, tanquàm non flentes: & qui gaudent, tanquàm non gaudentes: & qui emunt, tanquàm non poſſidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquàm non utantur: præterit enim figura ejus mundi.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 7.

VOlo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodò placeat uxori, & diviſus eſt. Et mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta corpore, & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodò placeat viro.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 9.

NOn ſum liber? Non ſum Apoſtolus? Nonnè Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum vidi? Nonnè opus meum vos eſtis in Domino? Etſi aliis non ſum Apoſtolus, ſed tamen vobis ſum: nam ſignaculum Apoſtolatûs mei vos eſtis in Domino.... Quis militat ſuis ſtipendiis unquàm? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 9.

NEſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt: & qui altari deſerviunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Ego autem nullo horum uſus ſum. Non autem ſcripſi hæc ut ita fiant in me: bonum eſt enim mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet. Tu autem, &c.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 9.

NAm ſi Evangelizavero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit: væ enim mihi eſt, ſi non evangelizavero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: ſi autem invitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Quæ eſt ergò merces mea? Ut Evangelium prædicans, ſine ſumptu ponam Evangelium, ut non abutar poteſtate meâ in Evangelio.

V. DIMANCHE
*après l'Épiphanie.*

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 9.

CUm liber eſſem ex omnibus, omnium me ſervum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus ſum Judæis tanquàm Judæus, ut Judæos lucrarer... Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos. Omnia autem facio propter Evangelium; ut particeps ejus efficiat.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 9.

OMnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidèm ut corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo: ne fortè cùm aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 10.

NOlo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, ... & omnes eamdem eſcam ſpiritalem manducaverunt, & omnes eumdem potum ſpiritalem biberunt; ... ſed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo: nam proſtrati ſunt in deſerto.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 10.

HÆc autèm omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram; in quos fines ſeculorum devenerunt. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat niſi humana: fidelis autemDeus eſt, qui non patietur vos tentari ſuprà id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cùm tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 12.

DE ſpiritualibus autem, nolo vos ignorare, fratres. Scitis quoniam cùm Gentes eſſetis, ad ſimulacra muta proùt ducebamini euntes. Ideò notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jeſu. Et nemo poteſt dicere, Dominus Jeſu, niſi in Spiritu ſancto.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 12.

DIviſiones verò gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifeſtatio Spiritûs ad utilitatem.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 12.

SIcut enim corpus unum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm ſint multa, unum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus; .... & omnes in uno Spiritu potati ſumus.

VI. DIMANCHE *après l'Épiphanie.*

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 12.

NAm & corpus non eſt unum membrùm, ſed multa... Quòd ſi eſſent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidèm membra, unum autem corpus. Non poteſt autem oculus dicere manui: Operâ tuâ non indigeo: aut iterùm caput pedibus: Non eſtis mihi neceſſarii. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 12.

DEus temperavit corpus, ... ut non ſit ſchiſma in corpore ſed idipſum pro invicèm ſollicita ſint membra. Et ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: ſive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 13.

SI linguis hominum loquar, & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, & noverim myſteria omnia, & omnem ſcientiam: & ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nil prodeſt.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 13.

CAritas patiens eſt, benigna eſt: Caritas non æmulatur, non agit perperàm, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 13.

CAritas nunquam excidit: ſive prophetiæ evacuabuntur, ſive linguæ ceſſabunt, ſive ſcientia deſtruetur. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 13.

CUm eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quandò autem factus ſum vir, evacuavi quæ erant parvuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum. Nunc autem manent, fides, ſpes, caritas; tria hæc, major autem horum eſt caritas.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Corinthios. *Cap.* 16.

VIgilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini. Omnia veſtra in caritate fiant.... Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit anathema, Maran Atha. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum. Caritas mea cum omnibus vobis in Chriſto Jeſu; Amen.

DIMANCHE

*DE LA SEPTUAGESIME.*

Incipit Epiſtola ſecunda beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

*Cap.* 1.

PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti.... Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi.... Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in

omni tribulatione noſtra : ut poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem, quâ exhortamur & ipſi à Deo.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 1.

NOn enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſuprà modum gravati ſumus ſuprà virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habuimus, ut non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos : qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit : in quem ſperamus quoniam & adhuc eripiet.

MARDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 2.

GLoria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis & ſinceritate Dei : & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei converſati ſumus in hoc mundo : abundantiùs autem ad vos.... Spero autem quòd uſque in finem cognoſcetis, . . . quòd gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, in die Domini noſtri Jeſu Chriſti.

MERCREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 2.

STatui hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos. Si enim ego contriſto vos : & quis eſt, qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me ? Et hoc ipſum ſcripſi vobis, ut non cùm venero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere : confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium veſtrum eſt.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 2.

JEUDI.

EX multa tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymas : non ut contriſtemini : ſed ut ſciatis, quam caritatem habeam abundantiùs in vobis. Si quis autem contriſtavit, non me contriſtavit : ſed ex parte, ut non onerem omnes vos.

VENDREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 2.

SUfficit illi, qui ejuſmodi eſt, objurgatio hæc, quæ fit à pluribus : ita ut è contrariò magis donetis, & conſolemini, ne fortè abundantiori triſtitiâ abſorbeatur qui ejuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos, ut confirmetis in illum caritatem.

SAMEDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 2.

IDeò enim & ſcripſi, ut cognoſcam experimentum veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis. Cui autem aliquid donaſtis, & ego : nam & ego quod donavi, ſi quid donavi, propter vos in perſona Chriſti, ut non circumveniamur à ſatana : non enim ignoramus cogitationes ejus.

DIMANCHE

*DE LA SEXAGESIME.*

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 2.

DEo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco : quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in iis qui ſalvi ſiunt, & in iis qui pereunt : alii

quidem

quidèm odor mortis in mortem: aliis autem odor vitæ in vitam.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 2. & 3.

NOn ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur. Incipimus iterùm noſmetipſos commendare? aut numquid egemus (ſicut quidam) commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis?

MARDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 3.

EPiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus: manifeſtati quòd epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus.

MERCREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 3.

FIduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum: non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: qui & idoneos nos fecit miniſtros novi teſtamenti, non litterâ, ſed ſpiritu: littera enim occidit, ſpiritus autem vivificat.

JEUDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 4.

NOn noſmetipſos prædicamus, ſed Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum: nos autem ſervos veſtros per Jeſum: quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Jeſu.

VENDREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 4.

HAbemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus: ut ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: dejicimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

SAMEDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 4.

PRopter quod non deficimus: ſed licèt is, qui foris eſt, noſter homo corrumpatur: tamen is qui intùs eſt, renovatur de die in diem. Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſuprà modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.

DIMANCHE

*DE LA QUINQUAGESIME.*

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 5.

SCimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ de cœlo eſt ſuperindui cupientes: ſi tamen

veſtiti, non nudi inveniamur.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 5.

NAm & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus gravati : eò quòd nolumus exſpoliari, ſed ſuperveſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt, à vita... Audientes igitur ſemper, ſcientes quoniam dùm ſumus in corpore, peregrinamur à Domino, ... bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.

MARDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 5.

ET ideò contendimus, ſive abſentes, ſive præſentes, placere illi. Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis, proùt geſſit, ſive bonum, ſive malum.

MERCREDI DES CENDRES.

De Epiſtola ſecunda beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. *Cap.* 6.

ADjuvantes exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim : Tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis adjuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum : ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros.

JEUDI *après les Cendres.*

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 6.

EXhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in caſtigate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuavitate, in Spiritu ſancto, in caritate non ficta.

VENDREDI *après les Cendres.*

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 6.

NOlite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras ? Quæ autem conventio Chriſti ad Belial ? Aut quæ pars fideli cum infideli ? Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis ? Vos enim eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus. Tu autem, &c.

SAMEDI *après les Cendres.*

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 7.

CAriſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritûs, perficientes ſanctificationem in timore Dei..... Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.

I. DIMANCHE *de Carême.*

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 7.

QUi conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus in adventu Titi. Non ſolùm autem in adventu ejus, ſed etiam in conſolatione, quâ conſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletum, veſtram æmulationem pro me, ita ut magis gauderem. Tu autem, &c.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 7.

ETſi contriſtavi vos in epiſtola, non me pœnitet : etſi pœniteret, videns quòd epiſtola illa (etſi ad horam) vos contriſtavit, nunc gaudeo : non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundùm Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Tu autem, &c.

MARDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 7.

QUæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur : ſeculi autem triſtitia mortem operatur. Ecce enim hoc ipſum, ſecundùm Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſollicitudinem : ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam. Tu autem, &c.

MERCREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 8.

NOtam facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ : quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudii ipſorum fuit ; & altiſſima paupertas eorum, abundavit in divitias ſimplicitatis eorum, quia ſecundùm virtutem, teſtimonium illis reddo, & ſuprà virtutem voluntarii fuerunt, cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam, & communicationem miniſterii, quod fit in ſanctos. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

JEUDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 8.

COnſilium in hoc do : hoc enim vobis utile eſt : . . . . . ut quemadmodùm promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & perficiendi ex eo, quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt, ſecundùm id quod habet, accepta eſt, non ſecundùm id quod non habet.

VENDREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 8.

NOn ut aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate. In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat : ut & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas. Tu autem, &c.

SAMEDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 9.

QUi parcè ſeminat, parcè & metet : & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Unuſquiſque prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate : hilarem enim datorem diligit Deus.

II. DIMANCHE *de Carême.*

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 9.

POtens eſt Deus omnem gratiam abundare facere in vobis : ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, ſicut ſcriptum eſt : Diſperſit, dedit pauperibus : juſtitia ejus manet in ſeculum ſeculi. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 9.

QUi adminiſtrat ſemen ſeminanti:& panem ad manducandum præſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ : ut in omnibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

MARDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 10.

IN carne ambulantes, non ſecundùm carnem militamus. Nam arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſùs ſcientiam Dei,& in captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit veſtra obedientia.

MERCREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 11.

PSeudoapoſtoli, ſunt operarii ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum : ipſe enim ſatanas tranſfigurat ſe in angelum lucis. Non eſt ergò magnum, ſi miniſtri ejus transfigurentur velut miniſtri juſtitiæ : quorum finis erit ſecundùm opera ipſorum.

JEUDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 11.

QUoniam multi gloriantur ſecundùm carnem : & ego gloriabor. . . . In quo quis audet (in inſipientia dico) audeo & ego. Hebræi ſunt ? & ego. Iſraëlitæ ſunt ? & ego. Semen Abrahæ ſunt ? & ego. Miniſtri Chriſti ſunt ? (ut minus ſapiens dico) plùs ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis ſuprà modum, in mortibus frequenter.

VENDREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 11.

TEr virgis cæſus ſum, ſemèl lapidatus ſum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus ſæpè, . . . in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in jejúniis multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinſecùs ſunt ; inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor ? Quis ſcandalizatur, & ego non uror ?

SAMEDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 12.

SI gloriari oportet, (non expedit quidèm :) veniam autem ad viſiones, & revelationes Domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſive in corpore neſcio, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit, raptum hujuſmodi uſquè ad tertium cœlum. Et ſcio, . . . quoniam raptus eſt in Paradiſum : & audivit arcana verba, quæ non licèt homini loqui.

III. DIMANCHE
*de Carême.*

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 12.

ET ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus ſatanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi ut diſcederet à me : & dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea : nam virtus in infirmitate perfi-

citur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 12.

PRopter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto : Cùm enim infirmor, tunc potens ſum. Factus ſum inſipiens, vos me coëgiſtis. Ego enim à vobis debui commendari : nihil enim minùs fui ab iis, qui ſunt ſuprà modum Apoſtoli : tametſi nihil ſum.

MARDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 12.

ECcę tertiò hoc paratus ſum venire ad vos : & non ero gravis vobis. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Nec enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis. Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris : licèt plùs vos diligens, minus diligar. Tu autem, &c.

MERCREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 12.

TImeo ne fortè cùm venero, non quales volo, inveniam vos & ego inveniar à vobis, qualem non vultis : ne fortè contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos : ne iterum cùm venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui antè peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

JEUDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 12.

VOſmetipſos tentate ſi eſtis in fide : ipſi vos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos quia Chriſtus Jeſus in vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis. Spero autem quòd cognoſcetis, quia nos non ſumus reprobi. Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, ſed ut vos quod bonum eſt faciatis; nos autem ut reprobi ſimus.

VENDREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 12.

NOn poſſumus aliquid adverſùs veritatem, ſed pro veritate. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi ſumus, vos autem potentes eſtis. Hoc & oramus veſtram conſummationem. Ideò hæc abſens ſcribo, ut non præſens duriùs agam ſecundùm poteſtatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem.

SAMEDI.

De Epiſtola ſecunda ad Corinthios. *Cap.* 13.

DE cetero, fratres, gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idem ſapite, pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. Salutate invicèm in oſculo ſancto. Salutant vos omnes ſancti, Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & caritas Dei, & communicatio ſancti Spiritûs ſit cum omnibus vobis; Amen.

IV. DIMANCHE
*de Carême.*

Incipit Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Galatas. *Cap.* 1.

PAulus Apoſtolus; . . . . . . & qui mecum ſunt omnes fra-

tres, Eccleſiis Galatiæ : Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut eriperet nos de præſenti ſeculo nequam, ſecundùm voluntatem Dei & Patris noſtri ; cui eſt gloria in ſecula ſeculorum : Amen.

LUNDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 1.

MIror quòd ſic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Chriſti, in aliud Evangelium : quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Chriſti. Sed licèt nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis præterquàm quod evangelizavimus vobis, anathema ſit.

MARDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 1.

MOdò enim hominibus ſuadeo, an Deo ? An quæro hominibus placere ? Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundùm hominem : neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelationem Jeſu Chriſti.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 2.

EGo per legem, legi mortuus ſum, ut Deo vivam : Chriſto confixus ſum cruci. Vivo autem, jam non ego : vivit verò in me Chriſtus. Quòd autem nunc vivo in carne : in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

JEUDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 3.

O Inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jeſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus?.... Sic ſtulti eſtis, ut cùm ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini ? Tanta paſſi eſtis ſine cauſa ? ſi tamen ſine cauſa. Qui ergò tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis : ex operibus legis, an ex auditu fidei ?

VENDREDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 4.

SCitis quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridèm:& tentationem veſtram in carne mea non ſpreviſtis, neque reſpuiſtis : ſed ſicut Angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Jeſum. Ubi eſt ergò beatitudo veſtra ? Teſtimonium enim perhibeo vobis, quia, ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 4.

ERgò inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis ? Æmulantur vos non benè : ſed excludere vos volunt, ut illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono ſemper : & non tantùm cùm præſens ſum apud vos. Filioli mei, quos iterùm parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Vellem autem eſſe apud vos modò, & mutare vocem meam : quoniam confundor in vobis.

DIMANCHE
DE LA PASSION.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 5.

STate, & nolite iterùm jugo ſervitutis contineri..... Currebatis benè : quis vos impedivit veritati non obedire ? Per-

ſuaſio hæc non eſt ex eo, qui vocat vos. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud ſapietis : qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque eſt ille.

LUNDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 5.

VOs in libertatem vocati eſtis, fratres : tantùm ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per caritatem Spiritûs ſervite invicèm. Omnis enim lex in uno ſermone impletur : Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quòd ſi invicèm mordetis & comeditis, videte ne ab invicèm conſumamini.

MARDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 5.

SPiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit adverſùs *ſpiritum*, ſpiritus autem adverſùs carnem : hæc enim ſibi invicèm adverſantur; ut non quæcumque vultis, illa faciatis. Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 5.

MAnifeſta ſunt opera carnis : quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſervitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi : quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

JEUDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 5.

FRuctus autem Spiritûs eſt : caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Adverſùs hujuſmodi non eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti; carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Galatas.
*Cap.* 5. & 6.

SI Spiritu vivimus, Spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicèm provocantes, invicèm invidentes. Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 6.

ALter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum probet unuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero. Unuſquiſque enim onus ſuum portabit.

LE DIMANCHE
DES RAMEAUX.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 6.

COmmunicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare : Deus non irridetur. Quæ enim ſeminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem : qui autem ſeminat in Spiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.

LUNDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap.* 6.

BOnum facientes, non deficiamus : tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergò

dùm tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei... Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti : per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

MARDI.

De Epiſtola ad Galatas. *Cap. 6.*

QUicumque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. De cetero nemo mihi moleſtus ſit : ego enim ſtigmata Domini Jeſu in corpore meo porto. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro, fratres : Amen.

DIMANCHE DE PASQUES.

Incipiunt Actus Apoſtolorum. *Cap. 1.*

PRimùm quidèm ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Jeſus facere & docere, uſquè in diem, quâ præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt : quibus & præbuit ſeipſum vivum poſt paſſionem ſuam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

LUNDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C. 1.*

ET conveſcens, præcepit eis ab Jeroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem Patris, quam audiſtis (inquit) per os meum : quia Joannes quidèm baptizavit aquâ, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies,... & eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa, & Samaria, & uſquè ad ultimum terræ. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

MARDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C. 2.*

STans Petrus cum undecim.... locutus eſt.... Viri Iſraelitæ, audite verba hæc : Jeſum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis & ſignis quæ fecit Deus per illum in medio veſtrî, ſicut & vos ſcitis : hunc definito conſilio & præſcientiâ Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemiſtis ; quem Deus ſuſcitavit,.... cujus omnes nos teſtes ſumus.

MERCREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C. 2.*

CErtiſſimè ſciat ergò omnis domus Iſrael, quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Jeſum, quem vos crucifixiſtis. His autem auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos : Quid faciemus, viri fratres ? Petrus verò ad illos : Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum : & accipietis donum Spiritûs ſancti.

JEUDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C. 2.*

QUi ergò receperunt ſermonem ejus, baptizati ſunt : & appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia. Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor : multa quoque prodigia, & ſigna per Apoſtolos in Jeruſalem fiebant, & metus erat magnus in univerſis. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

VENDREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 2.

OMnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Quotidiè quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circà domos panem, ſumebant cibum cum exultatione, & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui ſalvi fierent quotidiè in idipſum.

SAMEDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 3.

QUidam vir, qui erat claudus ex utero matris ſuæ,.... cùm vidiſſet Petrum & Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemoſynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non eſt mihi; quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.

DIMANCHE

*de l'Octave de Pâques.*

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 3.

ET apprehenſâ manu ejus dexterâ, allevavit eum, & protinùs conſolidatæ ſunt baſes ejus & plantæ. Et exiliens ſtetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum. Cognoſcebant autem illum, quòd ipſe erat, qui ad eleemoſynam ſedebat ad ſpecioſam portam templi; & impleti ſunt ſtupore

LUNDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 3.

VIdens autem Petrus, reſpondit ad populum: Viri Iſraelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtrâ virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare?... Deus patrum noſtrorum glorificavit filium ſuum Jeſum, . . . quem ſuſcitavit à mortuis cujus nos teſtes ſumus. Et in fide nominis ejus, hunc, quem vos vidiſtis, & noſtis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrûm.

MARDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 4.

LOquentibus autem illis ad populum, ſupervenerunt ſacerdotes, & magiſtratus templi, & Sadducæi, dolentes quòd docerent populum, & annuntiarent in Jeſu reſurrectionem ex mortuis: & injecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum. . . Multi autem eorum, qui audierant verbum, crediderunt: & factus eſt numerus virorum quinque millia.

MERCREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 4.

FActum eſt autem in craſtinum, ut congregarentur Principes Sacerdotum. . . . Et ſtatuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc repletus Spiritu ſancto Petrus, dixit ad eos: . . . Notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael; quia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis,

in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus.

JEUDI.

De Actibus Apoſtolorum. c. 4.

JUſſerunt autem eos foràs extrà concilium ſecedere : & conferebant ad invicèm.... Et vocantes eos, denuntiaverunt ne omninò loquerentur, neque docerent in nomine Jeſu. Petrus verò, & Joannes reſpondentes, dixerunt ad eos : Si juſtum eſt in conſpectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum judicate : non enim poſſumus, quæ vidimus & audivimus non loqui.

VENDREDI.

De Actibus Apoſtolorum. c. 4.

DImiſſi autem venerunt ad ſuos : & annuntiaverunt eis quanta ad eos Principes Sacerdotum dixiſſent. Qui cùm audiſſent, unanimiter levaverunt vocem ad Deum, & dixerunt : . . . Domine, reſpice in minas eorum, & da ſervis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. . . Et cum oraſſent, . . . repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.

SAMEDI.

De Actibus Apoſtolorum. c. 4.

MUltitudinis autem credentium erat cor unum & anima una.... Et virtute magnâ reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri : & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quiſquam egens erat in illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, . . . . & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

II. DIMANCHE
*après Pâques.*

De Actibus Apoſtolorum. c. 5.

VIr autem quidam nomine Ananias, . . . . vendidit agrum, & fraudavit de pretio agri, conſciâ uxore ſuâ : & afferens partem quamdam, ad pedes Apoſtolorum poſuit. Dixit autem Petrus : Anania, cur tentavit ſatanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto ? . . . Non es mentitus hominibus, ſed Deo. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & expiravit.

LUNDI.

De Actibus Apoſtolorum. c. 5.

FActum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & uxor ipſius, neſciens quod factum fuerat, introivit. Dixit autem ei Petrus : Dic mihi, mulier, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit : Etiam tanti. Petrus autem ad eam : Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini ? Ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum, ad oſtium, & efferent te. Confeſtim cecidit antè pedes ejus, & expiravit.

MARDI.

De Actibus Apoſtolorum. c. 5.

PEr manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia multa in plebe... Ceterorum autem nemo audebat ſe conjungere illis : ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum, ita ut in plateas ejicerent infirmos, .... ut, veniente Petro, ſaltèm umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

MERCREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *c.* 5.

EXurgens autem Princeps Sacerdotum, & omnes qui cum illo erant (quæ eſt hæreſis Sadducæorum) repleti ſunt zelo: & injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, & educens eos, dixit: Ite & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus. Tu autem, &c.

JEUDI.

De Actibus Apoſtolorum. *c.* 5.

QUi cùm audiſſent intraverunt diluculo in templum, & docebant .. Tunc abiit Magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos ſine vi: timebant enim populum, ne lapidarentur... Et interrogavit eos Princeps Sacerdotum, dicens: Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine iſto .. Reſpondentes autem Petrus, & Apoſtoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

VENDREDI.

De Actibus Apoſtolorum *c.* 5.

HÆc cùm audiſſent, diſſecabantur, & cogitabant interficere illos. Surgens autem... Gamaliel, legis doctor honorabilis univerſæ plebi, juſſit forâs ad breve homines fieri Dixitque ad illos: Viri Iſraelitæ, .... diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſolvetur; ſi verò ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere illud ..Conſenſerunt autem illi. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

SAMEDI.

De Actibus Apoſtolorum *c.* 5.

ET convocantes Apoſtolos, cæſis denuntiaverunt, ne omninò loquerentur in nomine Jeſu, & dimiſerunt eos. Et illi quidèm ibant gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati Omni autem die non ceſſabant in templo, & circà domos docentes, & evangelizantes Chriſtum Jeſum.

III. DIMANCHE

*après Pâques.*

De Actibus Apoſtolorum. *c.* 8.

FActa eſt ... perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Jeroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Judææ, & Samariæ præter Apoſtolos..... Philippus autem deſcendens in civitatem Samariæ, prædicabat illis Chriſtum Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, unanimiter audientes, & videntes ſigna quæ faciebat.

LUNDI.

De Actibus Apoſtolorum. *c.* 8.

VIr autem quidam nomine Simon, .... cui auſcultabant omnes, ... dicentes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna. Attendebant autem eum: propter quod multo tempore magiis ſuis dementaſſet eos. Cùm verò credidiſſent Philippo evangelizanti, .... in nomine Jeſu Chriſti baptizabantur viri, ac mulieres Tunc Simon & ipſe credidit: & cùm baptizatus eſſet, adhærebat Philippo.

MARDI

De Actibus Apoſtolorum. *c.* 8.

CUm autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Jeroſolymis, quòd recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ab eos Pe-

trum & Joannem. Qui cùm veniſſent, oraverunt pro ipſis, ut acciperent Spiritum ſanctum: nondùm enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Jeſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.

MERCREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *c.* 8.

CUm vidiſſet autem Simon quia per impoſitionem manûs Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, ut cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam domum Dei exiſtimaſti pecuniâ poſſideri.

JEUDI.

De Actibus Apoſtolorum. *c.* 9.

FActum eſt, ut Petrus dùm pertranſiret univerſos, deveniret ad Sanctos, qui habitabant Lyddæ. Invenit autem ibi hominem quemdam, nomine Æneam, ab annis octo jacentem in lecto, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: *Ænea*, ſanat te Dominus Jeſus Chriſtus: ſurge, & ſterne tibi Et continuò ſurrexit. Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ & Saronæ; qui converſi ſunt ad Dominum.

VENDREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *c.* 9.

IN Joppe fuit quædam diſcipula, nomine Tabitha.... Hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat. Factum eſt autem,... ut infirmata moreretur.... Et cùm adveniſſet Petrus,... circumſteterunt illum omnes viduæ flentes.... Ejectis autem omnibus foràs, Petrus ponens genua, oravit; & converſus ad corpus, dixit: Tabitha, ſurge. At illa aperuit oculos ſuos: & viſo Petro, reſedit. Notum autem factum eſt per univerſam Joppen: & crediderunt multi Domino.

SAMEDI.

De Actibus Apoſtolorum.
*Cap.* 10.

VIr quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religioſus ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deum ſemper. Is vidit in viſu manifeſtè, quaſi horâ diei nonâ, Angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi: Corneli. At ille intuens eum timore correptus, dixit: Quid eſt, Domine? Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

IV. DIMANCHE
*après Pâques.*

De Actibus Apoſtolorum.
*Cap.* 10.

ANgelus dixit (*Cornelio:*) Orationes tuæ, & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt, in memoriam in conſpectu Dei. Et nunc mitte viros in Joppen, & accerſi Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus: hic hoſpitatur apud Simonem quemdam coriarium:... hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cum diſceſſiſſet Angelus,.... vocavit duos domeſticos ſuos, & militem metuentem Dominum ex his qui illi parebant. Quibus cùm narraſſet omnia, miſit illos in Joppen. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

### LUNDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*cap.* 10.

POſterâ die iter illis facientibus, & appropinquantibus civitati, aſcendit Petrus in ſuperiora, ut oraret circà horam ſextam. Et cùm eſuriret, voluit guſtare. Parantibus autem illis, cecidit ſuper eum mentis exceſſus: & vidit cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cœli.

### MARDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*cap.* 10.

ET facta eſt vox ad (Petrum:) Surge, Petre, occide, & manduca. Ait autem Petrus: Abſit, Domine, quia nunquàm manducavi omne commune, & immundum. Et vox iterum ſecundò ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum eſt per ter: & ſtatìm receptum eſt vas in cœlum. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

### MERCREDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*cap.* 10.

CUm intrà ſe hæſitaret Petrus quidnam eſſet viſio; .... ecce viri, qui miſſi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, aſtiterunt ad januam.... Petro autem cogitante de viſione, dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quærunt te. Surge itaque, deſcende, & vade cum eis nihil dubitans: quia ego miſi illos. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

### JEUDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*cap.* 10.

ALterâ autem die introivit (Petrus) Cæſaream. Et... obvius venit ei Cornelius; & procidens ad pedes ejus adoravit. Petrus verò elevavit eum, dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum. Et loquens cum illo intravit, & invenit multos qui convenerant.... Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit: In veritate comperi, quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur juſtitiam acceptus eſt illi.

### VENDREDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*cap.* 10.

ADhuc loquente Petro, ..... cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. Et obſtupuerunt ex circumciſione fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritûs ſancti effuſa eſt. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc... Petrus... juſſit eos baptizari in nomine Domini Jeſu Chriſti.

### SAMEDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*cap.* 13.

ERant in Eccleſia quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores... Miniſtrantibus autem illis Domino & jejunantibus, dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Tunc jejunantes, & orantes, imponenteſque eis manus dimiſerunt illos. Et ipſi quidèm miſſi à Spiritu ſancto abierunt Seleuciam, & indè navigaverunt Cyprum.

### V. DIMANCHE
*après Pâques.*

De Actibus Apoſtolorum.

*Cap* 13.

CUm à Papho navigaſſent Paulus, & qui cum eo erant,... pertranſeuntes Pergen, venerunt Antiochiam Piſidiæ: & ingreſſi Synagogam die Sabbatorum, ſederunt Poſt lectionem autem legis, & Prophetarum, miſerunt Principes Synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem, dicite.

### LUNDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*Cap.* 13.

SUrgens autem Paulus,.... ait: Viri Iſraelitæ, & qui timetis Deum, audite.. Nos vobis annuntiamus eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc Deus adimplevit, reſuſcitans Jeſum, ſicut & in Pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

### MARDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*Cap* 13.

NOtum ſit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remiſſio peccatorum annuntiatur... In hoc omnis, qui credit, juſtificatur. Videte ergò ne ſuperveniat vobis quod dictum eſt in Prophetis: Videte, contemptores, & admiramini, & diſperdimini: quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non credetis, ſi quis enarraverit vobis.

### MERCREDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*Cap.* 13.

JUdæi repleti ſunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur blaſphemantes. Tunc conſtanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei; ſed quoniam reppellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus.

### ASCENSION DE N. S. J. C.

De Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos *Cap* 10.

† HAbentes, fratres, fiduciam in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiavit nobis viam novam & viventem per velamen, id eſt, carnem ſuam, & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aquâ mundâ, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem.

### VENDREDI.

De Actibus Apoſtolorum.

*Cap.* 15.

SUrrexerunt quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque ſervare legem Moyſi. Conveneruntque Apoſtoli, & Seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere.

### SAMEDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 15.

ET qui novit corda Deus, teſtimonium perhibuit, dans illis Spiritum ſanctum, ſicut & nobis, & nihil diſcrevit inter nos & illos, fide puri-

ficans corda eorum. Nunc ergò quid tentatis Deum, imponere jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus ? Sed per gratiam Domini Jeſu Chriſti credimus ſalvari, quemadmodùm & illi.

DIMANCHE
*dans l'Octave de l'Aſcenſion.*

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 15.

TAcuit autem omnis multitudo : & audiebant Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus feciſſet ſigna, & prodigia in gentibus per eos. Et poſtquàm tacuerunt, reſpondit Jacobus, dicens : . . . Simon narravit quemadmodùm primùm Deus viſitavit ſumere ex Gentibus populum nomini ſuo... Propter quod ego judico non inquietari eos, qui ex Gentibus convertuntur ad Deum.

LUNDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 15.

TUnc placuit Apoſtolis, & Senioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam, ... ſcribentes per manus eorum ; Apoſtoli & ſeniores fratres, ... fratribus ex Gentibus, ſalutem... Viſum eſt... Spiritui ſancto, & nobis, nihil ultrà imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria : ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione ; à quibus cuſtodientes vos, benè agetis. Valete.

MARDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 17.

STans Paulus in medio Areopagi, ait : Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video. Præteriens enim, & videns ſimulacra veſtra, inveni & aram, in qua ſcriptum erat : Ignoto Deo. Quod ergò ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo ſunt, . . . non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cùm ipſe det omnibus vitam, & inſpirationem, & omnia.

MERCREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 17.

FEcit Deus ex uno omne genus hominum inhabitare ſuper univerſam faciem terræ, definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere Deum ſi fortè attrectent eum, aut inveniant : quamvis non longè ſit ab unoquoque noſtrûm. In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus : ſicut & quidam veſtrorum Poetarum dixerunt : Ipſius enim & genus ſumus.

JEUDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 17.

GEnus ergò cùm ſimus Dei, non debemus æſtimare auro, aut argento, aut lapidi, ſculpturæ artis, & cogitationis hominis, Divinum eſſe ſimile. Et tempora quidèm hujus ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant, eò quòd ſtatuit diem, in quo judicaturus eſt orbem in æquitate, in viro, in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.

VENDREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 19.

FActum eſt, ... ut Paulus... veniret Epheſum... Ingreſſus autem Synagogam, cum fiducia loquebatur... diſputans, & ſuadens de regno Dei... Virtuteſque non quaſlibet faciebat

Deus per manum Pauli, ... & magnificabatur nomen Domini Jeſu. Multique credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus ſuos. Multi autem ex eis qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, combuſſerunt coram omnibus.

SAMEDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 20.

SEdens quidam adoleſcens.... ſuper feneſtram, cùm mergeretur ſomno gravi, diſputante diù Paulo, ductus ſomno cecidit de tertio cœnaculo deorsùm, & ſublatus eſt mortuus. Ad quem cùm deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum, & complexus dixit : Nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt. Aſcendens autem, frangenſque panem, & guſtans, ſatiſque allocutus uſquè in lucem, ſic profectus eſt... Feſtinabat enim, ſi poſſibile ſibi eſſet, ut diem Pentecoſtes faceret Jeroſolymis.

DIMANCHE

DE LA PENTECÔTE.

De Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. *Cap.* 2.

† QUomodò nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ cùm initium accepiſſet enarrari per Dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, conteſtante Deo ſignis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus ſecundùm ſuam voluntatem ?

LUNDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 20.

A Mileto Paulus mittens Epheſum, vocavit Majores natu Eccleſiæ. Qui cùm veniſſent ad eum, . . . dixit eis : Vos ſcitis, . . . qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſerviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidiis Judæorum : quomodò nihil ſubtraxerim utilium, quominùs annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos.

MARDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 20.

ET nunc ecce alligatus ego Spiritu, vado in Jeruſalem, quæ in ea ventura ſint mihi, ignorans ; niſi quòd Spiritus ſanctus per omnes civitates mihi proteſtatur, dicens : quoniam vincula, & tribulationes Jeroſolymis me manent. Sed nihil horum vereor : nec facio animam meam pretioſiorem quàm me, dummodò conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi à Dominô Jeſu.

MERCREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 20.

ET nunc ecce ego ſcio quia ampliùs non videbitis faciem meam... Quapropter conteſtor vos hodiernâ die, quia mundus ſum à ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quominùs annuntiarem omne conſilium Dei vobis. Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.

JEUDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.* 20.

EGo ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe. Propter quod vigilate memoria retinentes : quoniam

per triennium nocte & die non ceſſavi, cum lacrymis monens unumquemque veſtrûm. Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipſius.

VENDREDI.

De Actibus Apoſtolorum. *C.*20.

ARgentum & aurum, aut veſtem nullius concupivi, ſicut ipſi ſcitis : quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Jeſu, quoniam ipſe dixit : Beatius eſt magis dare, quàm accipere.

SAMEDI.

*avant le I. Dim. après la Pent.*

Incipit Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios. *C.* 1.

PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, omnibus ſanctis, qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Jeſu : Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto..... Non ceſſò gratias agens pro vobis, memoriam veſtrî faciens in orationibus meis : ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ & revelationis, in agnitione ejus.

I. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

Fête

DE LA T. S. TRINITÉ.

De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 3.

FLecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, ut det vobis ſecundùm divitias gloriæ ſuæ virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris.... Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ caritatem Chriſti, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Tu autem, &c.

LUNDI.

De Epiſtola ad Epheſios. *Cap.*4.

OBſecro vos ego vinctus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes invicèm in caritate, ſolliciti ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus, & unus Spiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus Dominus, una fides, unum Baptiſma.

MARDI.

De Epiſtola ad Epheſios. *Cap.*4.

HOc dico, & teſtificor in Domino, ut jam non ambuletis, ſicut & Gentes ambulant in vanitate ſenſûs ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam. Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 4.

IN Chriſto edocti eſtis, ... deponere vos ſecundùm priſtinam converſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria erroris. Renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis. Tu autem, &c.

JEUDI.
Fête
DU CORPS DE N. S. J. C.
De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 19.

† GAudeamus, & exultemus; & demus gloriam (Deo noſtro:) quia venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus præparavit ſe. Et datum eſt illi ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti & candido. Byſſinum enim juſtificationes ſunt ſanctorum..... Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.

VENDREDI.
De Epiſtola ad Epheſios. *Cap.* 4.

DEponentes mendacium, loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus invicèm membra. Iraſcimini, & nolite peccare: ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite locum dare diabolo: qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat undè tribuat neceſſitatem patienti.

SAMEDI.
De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 4.

OMnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei: ut det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei; in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

II. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*
De Epiſtola ad Epheſios. *Cap.* 4. & 5.

EStote invicèm benigni, miſericordes, donantes invicèm ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis.... Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet: ſed magìs gratiarum actio.

LUNDI.
De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 5.

HOc ſcitote intelligentes: quòd omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergò effici participes eorum.

MARDI.
De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 6.

FIlii, obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim juſtum eſt. Honora patrem tuum & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione; ut benè ſit tibi, & ſis longævus ſuper terram. Et vos, patres, nolite ad iracundiam provocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina, & correptione Domini.

MERCREDI.
De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 6.

SErvi, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri,...., non ad oculum ſervientes, . . . ſed ut ſervi Chriſti, ... ſicut Domino, & non hominibus.... Et vos, domini, eadem facite illis, remittentes minas: ſcientes quia illorum, & veſter Dominus eſt in cœlis: & perſonarum acceptio non eſt apud eum. Tu autem, &c.

JEUDI.

De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 6.

FRatres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adversùs inſidias diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio adversùs carnem & ſanguinem; ſed adversùs principes & poteſtates, adversùs mundi rectores tenebrarum harum, contrà ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 6.

STate ergò ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ, & calceati pedes in præparatione Evangelii pacis: in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritûs (quod eſt verbum Dei.)

SAMEDI.

De Epiſtola ad Epheſios. *C.* 6.

ACcipite armaturam Dei, ... per omnem orationem & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis.... Pax fratribus, & caritas cum fide, à Deo Patre, & Domino Jeſu Chriſto. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

III. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola beati Pauli Apoſtoli, ad Philippenſes.

*Cap.* I.

PAulus, & Timotheus, ſervi Jeſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis: . . . Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Gratias ago Deo meo, . . ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens, . . confidens hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet uſquè in diem Chriſti Jeſu.

LUNDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* I.

TEſtis mihi eſt Deus, quomodò cupiam omnes vos in viſceribus Jeſu Chriſti. Et hoc oro, ut caritas veſtra magìs ac magìs abundet in ſcientia, & in omni ſenſu: ut probetis potiora, ut ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem Chriſti, repleti fructu juſtitiæ per Jeſum Chriſtum, in gloriam & laudem Dei.

MARDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* I.

QUidam propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant, quidam ex caritate: ſcientes quoniam in defenſionem Evangelii poſitus ſum. Quidam autem ex contentione, ... non ſincerè, exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis. Quid enim? dùm omni modo, ſive per occaſionem, ſive per veritatem, Chriſtus annuntietur: & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* I.

DIgnè Evangelio Chriſti converſamini: ut ſive cùm venero & videro vos, ſive abſens, audiam de vobis quia ſtatis in uno ſpiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii: & in nullo terreamini ab adverſariis: . . . . quia vobis dona-

tum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credatis, ſed ut etiam pro illo patiamini. Tu autem, &c.

JEUDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* 2.

SI qua conſolatio in Chriſto, ... implete gaudium meum, ut idem ſapiatis eamdem caritatem habentes, unanimes, idipſum ſentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: ſed in humilitate ſuperiores ſibi invicèm arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorum.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* 2.

CAriſſimi mei, ... cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim, qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. Omnia autem facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus: ut ſitis ſine querela, & ſimplices filii Dei, ſine reprehenſione, in medio nationis pravæ, & perverſæ: inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* 3.

FRatres, ego me non arbitror comprehendiſſe. Unum autem, quæ quidèm retrò ſunt obliviſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora, extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Jeſu. Quicumque ergò perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.
℟. Deo gratias.

IV. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* 3.

IMitatores mei eſtote, fratres, & obſervate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Multi enim ambulant, quos ſæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt: & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.

LUNDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* 3.

NOſtra autem converſatio in cœlis eſt: undè etiam Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundùm operationem, quâ etiam poſſit ſubjicere ſibi omnia.

MARDI.

De Epiſtolâ ad Philippenſes.

*Cap.* 4.

FRatres mei cariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea: ſic ſtate in Domino, cariſſimi.... Gaudete in Domino ſemper: iterùm dico, gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus propè eſt. Tu autem, &c.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* 4.

NIhil ſolliciti ſitis: ſed in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra,

& intelligentias veſtras in Chriſto Jeſu.

JEUDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* 4.

DE cetero, fratres, quæcumque ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.* 4.

EGo didici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio & abundare: (ubiquè & in omnibus inſtitutus ſum) & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo, qui me confortat.

SAMEDI.

*De Epiſtola ad Philippenſes.*

*Cap.* 4.

DEus meus impleat omne deſiderium veſtrum, ſecundùm divitias ſuas, in gloria in Chriſto Jeſu.... Salutate omnem ſanctum in Chriſto Jeſu. Salutant vos, qui mecum ſunt, fratres. Salutant vos, omnes ſancti, maximè autem qui de Cæſaris domo ſunt. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum ſpiritu veſtro, Amen.

V. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes.

*Cap.* 1.

PAulus, ... & Timotheus: ... eis, qui ſunt Coloſſis, ſanctis & fidelibus fratribus in Chriſto Jeſu: Gratia vobis & pax.... Gratias agimus Deo, ... ſemper pro vobis orantes: audientes fidem veſtram in Chriſto Jeſu, & dilectionem quam habetis in ſanctos omnes, propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis in cœlis: quam audiſtis in verbo veritatis Evangelii: quod pervenit ad vos, ſicut & in univerſo mundo eſt, & fructificat, & creſcit.

LUNDI.

De Epiſtola ad Coloſſenſes. *C.* 1.

AMbuletis dignè Deo per omnia placentes: ... gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum.

MARDI.

De Epiſtola ad Coloſſenſes. *C.* 2.

SIcut accepiſtis Jeſum Chriſtum Dominum, in ipſo *ambulate, radicati, & ſuperædificati in ipſo,* & confirmati fide, ſicut & didiciſtis, abundantes in illo in gratiarum actione. Videte nequis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundùm traditionem hominum, & non ſecundùm Chriſtum.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Coloſſenſes. *C.* 3.

DEponite vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri invicèm, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem ſecundùm imaginem ejus, qui creavit illum. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℞. Deo gratias.

JEUDI.

De Epiſtola ad Coloſſenſes. *C.* 3.

INduite vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam: ſupportantes invicem, & donantes vobiſmetipſis ſi quis adversùs aliquem habet querelam: ſicut & Dominus donavit vobis, ita & vos.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Coloſſenſes. *C.* 3.

SUper omnia, . . . caritatem habete, quod eſt vinculum perfectionis, & pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in uno corpore: & grati eſtote. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia, docentes, & commonentes voſmetipſos, pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Coloſſenſes. *C.* 3.

MUlieres, ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet, in Domino. Viri, diligite uxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Filii, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum eſt in Domino. Patres, nolite ad indignationem provocare filios veſtros, ut non puſillo animo fiant.

VI. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola prima beati Pauli Apoſtoli ad Theſſalonicenſes. *C.* 1.

PAulus, & Silvanus, & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium, in Deo Patre, & Domino Jeſu Chriſto: Gratia vobis, & pax. Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis, memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione, memores operis fidei veſtræ, & laboris, & caritatis, & ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Jeſu Chriſti.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *cap.* 2.

MEmores eſtis, fratres, laboris noſtri, & fatigationis: nocte ac die operantes ne quem veſtrûm gravaremus, prædicavimus vobis Evangelium Dei. Vos teſtes eſtis, & Deus, quàm ſanctè, & juſtè, & ſine querela, vobis, qui credidiſtis, fuimus.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *cap.* 2.

SCitis, qualiter unumquemque veſtrûm (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos, & conſolantes teſtificati ſumus, ut ambularetis dignè Deo, qui vocavit vos in ſuum regnum & gloriam. Ideò & nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: quoniam cùm accepiſſetis à nobis verbum auditûs Dei, accepiſtis illud, non ut verbum hominum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *cap.* 3.

COnſolati ſumus, fratres, in vobis in omni neceſſitate, & tribulatione noſtra per fidem veſtram, quoniam nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino. Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum noſtrum, nocte ac die abundantiùs orantes, ut videamus faciem veſtram, &

compleamus ea, quæ deſunt fidei veſtræ.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 3.

IPſe Deus, & Pater noſter, & Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ... vos multiplicet, & abundare faciat caritatem veſtram in invicèm, & in omnes, quemadmodùm & nos in vobis: ad confirmanda corda veſtra ſine querela in ſanctitate, ante Deum & Patrem noſtrum, in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus ſanctis ejus.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 4.

FRatres, rogamus vos & obſecramus in Domino Jeſu, ut quemadmodùm accepiſtis à nobis quomodò oporteat vos ambulare, & placere Deo, ſic & ambuletis ut abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jeſum.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 4.

HÆc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: ut abſtineatis vos à fornicatione, ut ſciat unuſquiſque veſtrûm vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore: non in paſſione deſiderii, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum.

VII. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 4.

NE quis ſupergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus, ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus. Non enim vocavit vos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 4.

ROgamus vos, fratres, ut abundetis magis, & operam detis ut quieti ſitis, & ut veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcipimus vobis, & ut honeſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt: & nullius aliquid deſideretis.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes *Cap.* 5.

DE temporibus autem, & momentis, fratres, non indigetis ut ſcribamus vobis. Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint pax, & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ſicut dolor in utero habenti, & non effugient.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 5.

NOs, qui diei ſumus, ſobrii ſimus induti loricam fidei, & caritatis, & galeam ſpem ſalutis quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis: ut ſive vigilemus, ſive dormiamus, ſimul cum illo vivamus.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Thaſſalonicenſes. *Cap.* 5.

ROgamus vos, fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos, ut ha-

beatis illos abundantiùs in caritate propter opus illorum : pacem habete cum eis.... Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. Tu autem, &c.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 5.

VIdete ne quis malum pro malo alicui reddat : ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini in invicèm, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite.... Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate : quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Tu autem, &c.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 5.

IPſe Deus pacis ſanctificet vos per omnia : ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur. Fidelis eſt, qui vocavit vos : qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in oſculo ſancto.

VIII. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola ſecunda beati Pauli Apoſtoli, ad Theſſalonicenſes. *Cap.* I.

PAulus, & Silvanus, & Timotheus ; Eccleſiæ Theſſalonicenſium ;... Gratia vobis, & pax.... Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis, fratres, ita ut dignum eſt quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat caritas uniuſcujuſque veſtrûm in invicèm. Tu autem, Domine, &c.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes. *Cap.* I.

QUi non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti, .... pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis ejus : cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt.

MARDI.

De Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 3.

DE cetero, fratres, orate pro nobis, ut ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos : & ut liberemur ab importunis, & malis hominibus : non enim omnium eſt fides. Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo. Confidimus autem de vobis, in Domino, quoniam quæ præcipimus, & facitis, & facietis.

MERCREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 3.

DOminus dirigat corda veſtra in caritate Dei, & patientia Chriſti. Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundùm traditionem, quam acceperunt à nobis.

JEUDI.

De Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 3.

IPſi ſcitis quemadmodùm oporteat imitari nos : quoniam non inquieti fuimus inter vos : neque gratis panem manducavimus ab aliquo, ſed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem veſtrûm gravaremus.

VENDREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 3.

AUdivimus inter vos quoſdam ambulare inquiete, nihil operantes, ſed curioſè agentes. Iis autem, qui ejuſmodi ſunt, denuntiamus, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, ut cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes.

SAMEDI.

De Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes. *Cap.* 3.

QUod ſi quis non obedit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, ut confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. Ipſe autem Dominus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cum omnibus vobis.

IX. DIMANCHE *après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola prima beati Pauli Apoſtoli ad Thimotheum. *Cap.* 1.

PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti: .... Timotheo dilecto filio in fide: Gratia, miſericordia, & pax à Deo Patre, & Chriſto Jeſu Domino noſtro.... Fidelis ſermo & omni acceptione dignus; quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum. Sed ideò miſericordiam conſecutus ſum, ut in me primo oſtenderet Chriſtus Jeſus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi, in vitam æternam. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *Cap.* 2.

OBſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus: pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Salvatore noſtro Deo, qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *Cap.* 2.

UNus Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, teſtimonium temporibus ſuis: in quo poſitus ſum ego prædicator, & Apoſtolus (veritatem dico, non mentior) doctor gentium in fide, & veritate. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *Cap.* 3.

FIdelis ſermo: Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet ergò Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum: non litigioſum, non cupidum, ſed ſuæ domui benè præpoſitum: filios habentem ſubditos cum omni caſtitate. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *cap.* 3.

SI quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodò Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in ſuperbiam elatus, in judicium incidat diaboli. Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab iis qui foris ſunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *cap.* 3.

DIaconos ſimiliter (oportet eſſe) pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes: habentes myſterium fidei in conſcientia pura. Et hi autem probentur primùm: & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes... Qui enim benè miniſtraverint, gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ eſt in Chriſto Jeſu.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *cap.* 4.

INeptas & aniles fabulas devita: exerce autem teipſum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt: pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.

X. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

De Epiſtola prima ad Thimotheum. *cap.* 4.

IN hoc laboramus, & maledicimur, quia ſperamus in Deum vivum, qui eſt Salvator omnium hominum, maximè fidelium. Præcipe hæc, & doce. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in caritate, in fide, in caſtitate.

LUNDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *cap.* 4.

ATtende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterii. Hæc meditare, in his eſto: ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attende tibi, & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, & eos qui te audiunt.

MARDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *cap.* 5.

SEniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem: juvenes, ut fratres: anus, ut matres: juvenculas, ut ſorores in omni caſtitate. Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.... Et hoc præcipe ut irreprehenſibiles ſint. Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior.

MERCREDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *cap.* 5.

ADverſùs presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Peccantes coram omnibus argue: ut & ceteri timorem habeant.... Manus citò nemini impoſueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi. Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vino utere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Tu autem, &c.

JEUDI.

De Epiſtola prima ad Thimotheum. *Cap.* 6.

EST quæſtus magnus, pietas cum ſufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quòd nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

VENDREDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *Cap.* 6.

RAdix omnium malorum eſt cupiditas; quam quidam appetentes, erraverunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge: ſectare verò juſtitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, manſuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

SAMEDI.

De Epiſtola prima ad Timotheum. *Cap.* 6.

DIvitibus hujus ſeculi præcipe non ſublimè ſapere: neque ſperare in incerto divitiarum ſed in Deo vivo, qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum; benè agere, divites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

XI. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola ſecunda beati Pauli Apoſtoli ad Timotheum. *Cap.* 1.

PAulus, Apoſtolus Jeſu Chriſti: . . . Timotheo cariſſimo filio, gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & Chriſto Jeſu Domino noſtro.... Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum...Formam habe ſanorum verborum, quæ à me audiſti in fide & in dilectione in Chriſto Jeſu.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Timotheum. *Cap.* 2.

FIlli mi, confortare in gratia, quæ eſt in Chriſto Jeſu... Labora ſicut bonus miles Chriſti Jeſu. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus: ut ei placeat, cui ſe probavit. Nam & qui certat in agone, non coronatur niſi legitimè certaverit.

MARDI.

De Epiſtola ſecunda ad Timotheum. *Cap.* 2.

NOli contendere verbis: ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium. Sollicitè cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tranctantem verbum veritatis. Profana autem, & vaniloquia devita: multùm enim proficiunt ad impietatem: & ſermo eorum ut cancer ſerpit.

MERCREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Timotheum. *Cap.* 2.

JUvenilia deſideria fuge, ſectare verò juſtitiam, fidem, caritatem, & pacem cum iis qui invocant Dominum de corde puro. Stultas autem, & ſine

diſciplina quæſtiones devita : ſciens quia generant lites.

JEUDI.

De Epiſtola ſecunda ad Timotheum. *Cap.* 2.

SErvum Domini non oportet litigare : ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati : nequandò Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipſius voluntatem. Tu autem, &c.

VENDREDI.

De Epiſtola ſecunda ad Timotheum. *Cap.* 3.

HOc autem ſcitò, quòd in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Erunt homines ſeipſo amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei : habentes ſpeciem quidèm pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita.

SAMEDI.

De Epiſtola ſecunda ad Timotheum. *Cap.* 3.

TU autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, perſecutiones, paſſiones :..... quales perſecutiones ſuſtinui, & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui piè volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

XII. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*

De Epiſtola ſecunda ad Timotheum. *Cap.* 3.

MAli homines, & ſeductores proficient in pejùs, errantes, & in errorem mittentes. Tu verò permane in iis quæ didiciſti, & credita ſunt tibi : ſciens à quo didiceris, & quia ab infantia ſacras litteras noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem quæ eſt in Chriſto Jeſu.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda ad Timotheum. *Cap.* 4.

PRædica verbum, inſta opportunè, importunè : argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus ; & à veritate quidèm auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto.

MARDI.

Incipit Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Titum. *Cap.* 1.

PAulus ſervus Dei, Apoſtolus autem Jeſu Chriſti, .... Tito dilecto filio ſecundùm communem fidem, gratia & pax à Deo Patre, & Chriſto Jeſu Salvatore noſtro. Hujus rei gratiâ reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per civitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Titum. *Cap.* 1.

OPortet Epiſcopum ſine crimine eſſe ſicut Dei diſpenſatorem : non ſuperbum, non

iracundum, non vinolentum, non percuſſorem, non turpis lucri cupidum : ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem ſermonem : ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere.

JEUDI.

De Epiſtola ad Titum. *Cap.* 1.

SUnt multi etiam inobedientes, vaniloqui, & ſeductores : ... quos oportet redargui : qui univerſas domos ſubvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiâ... Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant : cùm ſint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Titum. *cap.* 2.

TU loquere quæ decent ſanam doctrinam : Senes ut ſobrii ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia : anus ſimiliter in habitu ſancto, non criminatrices, non multo vino ſervientes, benè docentes ; ut prudentiam doceant adoleſcentulas, ut viros ſuos ament, filios ſuos diligant, prudentes, caſtas, ſobrias, domûs curam habentes, benignas, ſubditas viris ſuis, ut non blaſphemetur verbum Dei.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Titum. *Cap.* 2.

JUvenes ſimiliter hortare ut ſobrii ſint. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum ſanum, irreprehenſibile : ut is qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

XIII. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*

De Epiſtola ad Titum. *cap.* 3.

ADmone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedite, ad omne opus bonum paratos eſſe : neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines.

LUNDI.

De Epiſtola ad Titum. *Cap.* 3.

FIdelis ſermo eſt : & de his volo te confirmare : ut curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo. Hæc ſunt bona, & utilia hominibus. Stultas autem quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita ; ſunt enim inutiles & vanæ.

MARDI.

De Epiſtola ad Titum. *Cap.* 3.

HÆreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita : ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio judicio condemnatus... Diſcant autem & noſtri bonis operibus præeſſe ad uſus neceſſarios : ut non ſint infructuoſi.

MERCREDI.

Incipit Epiſtola beati Pauli Apoſtoli, ad Philemonem.

PAulus vinctus Chriſti Jeſu, & Timotheus frater ; Philemoni dilecto, & adjutori noſtro, ... & Eccleſiæ, quæ in domo tua eſt : Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Gratias ago Deo meo, ſemper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens caritatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Jeſu, & in omnes ſanctos. Tu autem, &c.

### JEUDI.

De Epiſtola ad Philemonem.

GAudium magnum habui, & conſolationem in caritate tua : quia viſcera Sanctorum requieverunt per te, frater. Propter quod multam fiduciam habens in Chriſto Jeſu imperandi tibi quod ad rem pertinet : propter caritatem magis obſecro, cùm ſis talis, ut Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Jeſu Chriſti.

### VENDREDI.

De Epiſtola ad Philemonem.

OBſecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Oneſimo, qui tibi aliquandò inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remiſi tibi. Tu autem illum, ut mea viſcera ſuſcipe, ... jam non ut ſervum, ſed pro ſervo cariſſimum fratrem, maximè mihi : quantò autem magis tibi, & in carne, & in Domino ?

### SAMEDI

De Epiſtola ad Philemonem.

SI ergò habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me : ſi autem aliquid nocuit tibi, aut debet; hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi meâ manu : ego reddam, ut non dicam tibi quòd & teipſum mihi debes. Ita frater. Ego te fruar in Domino. Refice viſcera mea in Domino. Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi : ſciens quoniam & ſuper id, quod dico, facies.

### XIV. DIMANCHE *après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos. *Cap.* I.

MUltifariàm, multiſque modis olìm Deus loquens patribus in Prophetis : noviſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem univerſorum, per quem fecit & ſecula. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, ... ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis : tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit.

### LUNDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *Cap.* I.

AD Angelos quidèm dicit : Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis. Ad Filium autem : Thronus tuus, Deus, in ſeculum ſeculi.... Ad quem autem Angelorum dixit aliquandò : Sede à dextris meis, quoadùſquè ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum ? Nonnè omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis.

### MARDI.

De Epiſtola ad Hæbreos *Cap.* 3.

FRatres ſancti, vocationis cœleſtis participes, conſiderate Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum : qui fidelis eſt ei qui fecit illum, ſicut & Moyſes in omni domo ejus. Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam.

### MERCREDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *Cap.* 3.

VIdete, fratres, ne fortè ſit in aliquo veſtrûm cor malum incredulitatis, diſcedendi à Deo vivo : ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec Hodiè cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallaciâ peccati. Participes enim Chriſti effecti ſumus : ſi tamen initium ſubſtantiæ ejus uſquè ad finem firmum retineamus.

JEUDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *Cap*. 4.

VIvus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti; ac pertingens uſquè ad diviſionem animæ & ſpiritûs, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis. Et non eſt ulla creatura inviſibilis in conſpectu ejus: omnia autem nuda & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis ſermo.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *Cap*. 6.

IMpoſſibile eſt eos qui ſemèl ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritûs ſancti, guſtaverunt nihilominùs bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt; rurſùs renovari ad pœnitentiam, rurſùm crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *Cap*. 6.

TErra ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo. Proferens autem ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima: cujus conſummatio in combuſtionem. Confidimus autem de vobis, dilectiſſimi, meliora & viciniora ſaluti.

XV. DIMANCHE

*après la Pentecôte*.

De Epiſtola ad Hebræos. *Cap* 6.

NOn injuſtus Deus, ut obliviſcatur operis veſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis. Cupimus autem unumquemque veſtrûm eandem oſtentare ſollicitudinem ad expletionem ſpei uſque in finem: ut non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide & patientiâ hæreditabunt promiſſiones.

LUNDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *C*. 10.

COnſideremus invicèm in provocationem caritatis & bonorum operum; . . . & tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem. Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios.

MARDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *C*. 10.

IRritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui Filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit: Mihi vindicta, & ego retribuam.... Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis.

MERCREDI.

De Epiſtola ad Hebræos *C*. 12.

REmiſſas manus, & ſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris: ut non claudicans quis erret, magis autem ſanetur. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum: contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis ſurſùm germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

JEUDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *c.* 13.

CAritas fraternitatis maneat in vobis. Et hoſpitalitatem nolite oblivіſci : per hanc enim latuerunt quidam, Angelis hoſpitio receptis. Mementote vinctorum, tanquàm ſimul vincti ; & laborantium, tanquàm & ipſi in corpore morantes.

VENDREDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *c.* 13.

HOnorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus. Sint mores ſine avaritia, contenti præſentibus : ipſe enim dixit : Non te deſeram, neque derelinquam ; ita ut confidenter dicamus : Dominus mihi adjutor : non timebo quid faciat mihi homo.

SAMEDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *c.* 13.

MEmentote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei : quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem. Jeſus Chriſtus heri, & hodiè : ipſe & in ſecula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum eſt enim gratiâ ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

XVI. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

De Epiſtola ad Hebræos. *c.* 13.

HAbemus altare, de quo edere non habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt. Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Jeſus, ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. Tu autem, &c.

LUNDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *c.* 13.

EXeamus igitur ad (Jeſum) extra caſtra, improperium ejus portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus. Per ipſum ergò offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini ejus. Beneficentiæ autem, & communionis nolite oblivіſci : talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

MARDI.

De Epiſtola ad Hebræos. *c.* 13.

OBedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. Ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes : hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis : confidimus enim quia bonam conſcientiam habemus in omnibus benè volentes converſari.

MERCREDI.

Incipit Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 1.

JAcobus Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervus, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis : ſcientes quòd probatio fidei veſtræ patientiam operatur ; patientia autem opus perfectum habet ; ut ſitis perfecti & integri in nullo deficientes.

JEUDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 1.

SI quis veſtrûm indiget ſapientiâ, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat : & dabitur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſi-

tans : qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento movetur & circumfertur : non ergò æſtimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.

VENDREDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 1.

SUſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras. Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantùm fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor : hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo : conſideravit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

SAMEDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 1.

QUi perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliviofus factus, ſed factor operis : hic beatus in facto ſuo erit. Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio. Religio munda & immaculata apud Deum, & Patrem, hæc eſt : Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

XVII. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 2.

SI legem perficitis regalem ſecundùm ſcripturas : Diliges proximum tuum ſicut teipſum : benè facitis. Si autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi tranſgreſſores. Quicumque autem totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus.

LUNDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 2.

QUid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides ſalvare eum? Si autem frater & ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis illis : Ite in pace, calefacimini, & ſaturamini : non dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.

MARDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 2.

VIs autem ſcire, ô homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt? Abraham pater noſter, nonnè ex operibus juſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius : & ex operibus fides conſummata eſt? & ſuppleta eſt Scriptura, dicens : Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam.

MERCREDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 3.

NOlite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes quoniam majus judicium ſumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir..... Lingua modicum quidèm membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnam ſylvam incendit! Et lingua ignis eſt, univerſitas iniquitatis.

JEUDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *cap.* 3.

OMnis natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentium, & ceterorum domantur, & domita ſunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare poteſt: inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipſa benedicimus Deum & Patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

VENDREDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *cap.* 3.

QUis ſapiens, & diſciplinatus inter vos? oſtendat ex bona converſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſint in cordibus veſtris, nolite gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem. Non eſt enim iſta ſapientia deſursùm deſcendens; ſed terrena, animalis, diabolica.

SAMEDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *cap.* 3.

UBi zelus & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus pravum. Quæ autem deſurſùm eſt ſapientia, primùm quidèm pudica eſt, deindè pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordiâ, & fructibus bonis, non judicans, ſine ſimulatione. Fructus autem juſtitiæ in pace ſeminatur, facientibus pacem. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

XVIII. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 4.

UNdè bella & lites in vobis? Nonnè hinc? ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? Concupiſcitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non poteſtis adipiſci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non poſtulatis. Petitis, & non accipitis, eò quòd malè petatis: ut in concupiſcentiis veſtris inſumatis.

LUNDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 4.

NEſcitis quia amicitia hujus mundi, inimica eſt Dei? Quicumque ergò voluerit amicus eſſe ſeculi hujus, inimicus Dei conſtituitur... An putatis quia inaniter Scriptura dicat: Ad invidiam concupiſcit ſpiritus qui habitat in vobis? Majorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Tu autem, Domine, &c.

MARDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 4.

SUbditi eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet à vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate: riſus veſter in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

MERCREDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 4.

ECce nunc qui dicitis : Hodiè, aut craſtino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidèm annum, & mercabimur, & lucrum faciemus : qui ignoratis quid erit in craſtino. Quæ eſt enim vita veſtra ? vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur : pro ut dicatis : Si Dominus voluerit; & : Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.

JEUDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli *Cap* 5.

AGite nunc, divites, plorate ululantes in miſeriis veſtris, quæ advenient vobis .. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat : & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis enutriſtis corda veſtra in die occiſionis. Addixiſtis, & occidiſtis juſtum, & non reſtitit vobis. Tu autem, &c.

VENDREDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 5.

PAtientes eſtote, fratres, uſquè ad adventum Domini. Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & ſerotinum. Patientes igitur eſtote & vos, & confirmate corda veſtra : quoniam adventus Domini appropinquavit. Nolite ingemiſcere, fratres, in alterutrum, ut non judicemini. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

SAMEDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 5.

ECce judex ante januam aſſiſtit. Exemplum accipite, fratres, exitûs mali, laboris, & patientiæ, Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt & miſerator.

XIX. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 5.

ANte omnia, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem ſermo veſter : Eſt, eſt : Non, non : ut non ſub judicio decidatis. Triſtatur aliquis veſtrum ? oret : æquo animo eſt ? pſallat. Infirmatur quis in vobis ? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini : & oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus : & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.

LUNDI.

De Epiſtola Catholica beati Jacobi Apoſtoli. *Cap.* 5.

COnfitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro invicèm ut ſalvemini : multùm enim valet deprecatio juſti aſſidua. Fratres mei, ſi quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum : ſcire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Tu autem, &c.

MARDI.

Incipit Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 1.

PEtrus Apoſtolus JeſuChriſti, electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ ſecundùm præſcientiam DeiPatris,in ſanctificationem Spiritûs, in obedientiam, & aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti : Gratia vobis, & pax multiplicetur, . . . qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam, relevari in tempore noviſſimo. Tu autem, &c.

MERCREDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 1.

SUccincti lumbos mentis veſtræ, ſobrii perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jeſu Chriſti : quaſi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis : ſed ſecundùm eum, qui vocavit vos, Sanctum, & ipſi in omni converſatione ſancti ſitis; quoniam ſcriptum eſt : Sancti eritis, quoniam ego Sanctus ſum. Tu autem, &c.

JEUDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 1.

SI patrem invocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum judicat ſecundùm uniuſcujuſque opus, in timore incolatus veſtri tempore converſamini. Scientes quòd non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis : ſed prætioſo ſanguine quaſi Agni immaculati Chriſti, & incontaminati. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

VENDREDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 1.

PEr Chriſtum fideles eſtis in Deo, qui ſuſcitavit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo. Animas veſtras caſtificantes in obedientia caritatis, in fraternitatis amore, ſimplici ex corde invicèm diligite attentiùs: renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili per verbum Dei vivi, & permanentis in æternum.

SAMEDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 2.

CAriſſimi; obſecro vos tanquàm advenas & peregrinos abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant adverſùs animam, converſationem veſtram inter Gentes habentes bonam : ut in eo, quod detrectant de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

XX. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 2.

SUbjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive regi quaſi præcellenti, ſive ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum : quia ſic eſt voluntas Dei ut benè facientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.... Omnes honorate : fraternitatem diligite : Deum timete : Regem honorificate. Tu autem, Domine, miſerere noſtrî.

℟. Deo gratias.

LUNDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli *Cap.* 2.

SErvi, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens injuſtè. Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes, & colophizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis: hæc eſt gratia apud Deum.

MARDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 3.

QUis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patimini propter juſtitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini ..... Cum modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam: ut in eo quòd detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto converſationem. Melius eſt enim benefacientes (ſi voluntas Dei velit) pati, quàm malefacientes.

MERCREDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 4.

EStote prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, mutuam in vobiſmetipſis caritatem continuam habentes: quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hoſpitales invicem ſine murmuratione: unuſquiſque, ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

JEUDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli *Cap.* 4.

NEmo veſtrûm patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Chriſtianus, non erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine. Quoniam tempus eſt ut incipiat judicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? Et ſi juſtus vix ſalvabitur, impius & peccator ubi parebunt?

VENDREDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli *Cap.* 5.

SEniores, qui in vobis, ſunt, obſecro, conſenior & teſtis Chriſti paſſionum: qui & ejus, quæ in futuro revelanda eſt, gloriæ communicator: paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontaneè ſecundùm Deum: neque turpis lucri gratiâ, ſed voluntariè: neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo: & cùm apparuerit Princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam.

SAMEDI.

De Epiſtola prima beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 5.

DEus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore viſitationis: omnem ſollicitudinem veſtram projicientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis ... Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Jeſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.

XXI. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 1.

SImon Petrus, ſervus & Apoſtolus Jeſus Chriſti, iis qui coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem in juſtitia Dei noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti : Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Chriſti Jeſu Domini noſtri; . . . per quem maxima & pretioſa nobis promiſſa donavit ; ut per hæc efficiamini divinæ conſortes naturæ : fugientes ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.

LUNDI.

De Epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 2.

FUerunt pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, ſuperducentes ſibi celerem perditionem Et multi ſequentur eorum luxurias, per quoas via veritatis blaſphemabitur ; & in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur : quibus judicium jam olim non ceſſat, & perditio eorum non dormitat.

MARDI.

De Epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli *Cap.* 2.

NOvit Dominus pios de tentatione eripere : iniquos verò in diem judicii reſervare cruciandos : magìs autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, ſibi placentes, ſectas non metuunt introducere blaſphemantes... Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſervatur. Tu autem, &c.

MERCREDI.

De Epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 3.

CAriſſimi : Memores ſitis eorum, quæ prædixi verborum à ſanctis Prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum, præceptorum Domini & Salvatoris. Hoc primùm ſcientes, quòd venient in noviſſimis diebus in deceptione illuſores ; juxtà proprias concupiſcentias ambulantes, dicentes : Ubi eſt promiſſio, aut adventus ejus ? ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturæ. Tu autem, &c.

JEUDI.

De Epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 3.

UNum hoc non lateat vos, cariſſimi, quia unus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant : ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti. Adveniet autem dies Domini ut fur.

VENDREDI

De Epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 3.

CŒli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſolventur, terra autem & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia diſſolvenda ſint ; quales oportet vos eſſe in ſanctis converſationibus, & pietatibus, expectantes, & properantes in adventum diei Domini, per quem cœli ardentes ſolventur, & elementa ignis ardore tabeſcent ? Tu autem, &c.

SAMEDI.

De Epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli. *Cap.* 3.

NOvos cœlos, & novam terram ſecundùm promiſſa (Dei) expectamus, in quibus juſtitia habitat. Propter quod cariſſimi hæc expectantes, ſatagite immaculati, & inviolati ei inveniri in pace... Vos igitur, fratres, præſcientes cuſtodite: ne inſipientium errore traducti excidatis à propria firmitate. Creſcite verò in gratia, & in cognitione Domini noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti.

XXII. DIMANCHE *après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 1.

QUod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ: & vita manifeſtata eſt, & vidimus, & teſtamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis: quod vidimus & audivimus, annuntiamus vobis, ut & vos ſocietatem habeatis nobiſcum.

LUNDI.

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 1.

HÆc eſt annuntiatio quam audivimus ab eo, & annuntiamus vobis: Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ. Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus ſicut & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad invicèm, & ſanguis Jeſu Chriſti Filii ejus emundat nos ab omni peccato. Tu autem, &c.

MARDI.

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *cap.* 1.

SI dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra: fidelis eſt, & juſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccavimus: mendacem facimus eum, & verbum ejus non eſt in nobis.

MERCREDI.

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 2.

FIlioli mei, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis. Sed & ſi quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. Et in hoc ſcimus quoniam cognovimus eum, ſi mandata ejus obſervemus.

JEUDI.

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 2.

NOlite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt caritas Patris in eo: quoniam omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ; quæ non eſt ex Patre ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

VENDREDI.

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 3.

VIdete qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei

nominemur & ſimus. Propter hoc mundus non novit nos : quia nonnovit eum. Cariſſimi, nunc filii Dei ſumus : & nondùm apparuit quid erimus. Scimus quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

SAMEDI.

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 3.

NOlite mirari, fratres, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte : omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem.

XXIII. DIMANCHE *après la Pentecôte.*

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *cap.* 3.

IN hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit : & nos debemus pro fratribus animas ponere... Et hoc eſt mandatum Dei : Ut credamus in nomine Filii ejus Jeſu Chriſti; & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis. Et qui ſervat mandata ejus, in illo manet, & ipſe in eo.

LUNDI.

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 4.

CAriſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint : quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoſcitur Spiritus Dei. Omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt : & omnis ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis quoniam venit ; & nunc jam in mundo eſt.

MARDI.

De Epiſtola prima beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 4.

QUi novit Deum, audit nos : qui non eſt ex Deo, non audit nos : in hoc cognoſcimus Spiritum veritatis, & ſpiritum erroris. Cariſſimi, diligamus nos invicèm : quia caritas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non novit Deum : quoniam Deus caritas eſt.

MERCREDI.

Incipit Epiſtola ſecunda beati Joannis Apoſtoli.

SEnior Electæ dominæ, & natis ejus ; . . . Sit vobiſcum gratia, miſericordia, pax à Deo Patre, & à Chriſto Jeſu Filio Patris, in veritate & caritate... Rogo te, domina, non tanquàm mandatum novum ſcribens tibi, ſed quod habuimus ab initio ; ut diligamus alterutrum..... Hoc eſt enim mandatum, ut quemadmodùm audiſtis ab initio, in eo ambuletis.

JEUDI.

De Epiſtola ſecunda beati Joannis Apoſtoli.

VIdete voſmetipſos, ne perdatis quæ operati eſtis : ſed ut mercedem plenam recipiatis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet : qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.

Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus ejus malignis.

VENDREDI

Incipit Epiſtola tertia beati Joannis Apoſtoli.

SEnior Gaio cariſſimo, quem ego diligo in veritate. Cariſſime, de omnibus orationem facio proſperè te ingredi, & valere, ſicut proſperè agit anima tua. Gaviſus ſum valdè venientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, ſicut tu in veritate ambulas. Majorem horum non habeo gratiam, quàm ut audiam filios meos in veritate ambulare.

SAMEDI

De Epiſtola tertia beati Joannis Apoſtoli.

CAriſſime, fideliter facis quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui teſtimonium reddiderunt caritati tuæ in conſpectu Eccleſiæ: quos benefaciens, deduces dignè Deo.... Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ: ſed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos.... Noli imitari malum, ſed quod bonum eſt. Qui benefacit, ex Deo eſt: qui malefacit, non vidit Deum.

XXIV. DIMANCHE *après la Pentecôte.*

Incipit Epiſtola Catholica beati Judæ Apoſtoli.

JUdas Jeſu Chriſti ſervus, frater autem Jacobi, his qui ſunt in Deo Patre dilectis, & Chriſto Jeſu conſervatis, & vocatis: Miſericordia vobis, & pax, & caritas adimpleatur. Cariſſimi, omnem ſollicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis: deprecans ſupercertari ſemèl traditæ ſanctis fidei.

LUNDI.

De Epiſtola Catholica beati Judæ Apoſtoli.

SUb introierunt quidam homines, impii, Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negantes.. Hi autem quæcumque quidèm ignorant, blaſphemant: quæcumque autem naturaliter, tanquàm muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.

MARDI.

De Epiſtola Catholica beati Judæ Apoſtoli.

HI (impii) ſunt in epulis ſuis maculæ, convivantes *ſine timore, ſemetipſos paſcentes*, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera errantia: quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum.

MERCREDI.

De Epiſtola Catholica beati Judæ Apoſtoli.

PRophetavit de his ſeptimus ab Adam Enoch, dicens: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, facere judicium contrà omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contrà Deum peccatores impii.

JEUDI.

De Epiſtola Catholica beati Judæ Apoſtoli.

HI ſunt murmuratores querulosi, ſecundùm deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas quæſtûs cauſâ. Vos autem,

cariſſimi, memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in noviſſimo tempore venient illuſores, ſecundùm deſideria ſua ambulantes in impietatibus.

VENDREDI.

De Epiſtola Catholica beati Judæ Apoſtoli.

VOs autem cariſſimi, ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectione Dei ſervate, expectantes miſericordiam Domini noſtri Jeſu Chriſti in vitam æternam. Et hos quidèm arguite judicatos: illos verò ſalvate, de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore: odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.

SAMEDI.

De Epiſtola Catholica beati Judæ Apoſtoli.

EI autem, qui potens eſt vos conſervare ſine peccato, & conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ immaculatos in exultatione in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſoli Deo Salvatori noſtro, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, gloria & magnificentia, imperium & poteſtas ante omne ſeculum, & nunc, & in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

XXV. DIMANCHE

*après la Pentecôte.*

Incipit liber Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* I.

APocalypſis Jeſu Chriſti, quam dedit illi Deus palàm facere ſervis ſuis, quæ oportet fieri citò: & ſignificavit, mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni, qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti, quæcumque vidit. Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ hujus: & ſervat ea quæ in ea ſcripta ſunt.

LUNDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *cap.* I.

JOannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia. Gratia vobis, & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt; & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni ejus ſunt, & à Jeſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

MARDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *cap.* I.

EGo Joannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno, & patientiâ in Chriſto Jeſu: fui in inſula quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, & teſtimonium Jeſu: fui in ſpiritu in Dominica die, & audivi poſt me vocem magnam tanquàm tubæ, dicentis: Quod vides, ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia.

MERCREDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *cap.* 2.

ANgelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe: . . . . Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam;.... & quia, .... ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. Sed habeo adverſùm te, quòd caritatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque undè excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco ſuo.

JEUDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 2.

ANgelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe : . . . Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, ſed dives es : & blaſphemaris àb his, qui ſe dicunt Judæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt Synagoga Satanæ. Nihil horum timeas quæ paſſurus es. Ecce miſſurus eſt diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini : habebitis tribulationem diebus decem. Eſto fidelis uſquè ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

VENDREDI.

De' libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 2.

ANgelo Pergami Eccleſiæ ſcribe : ... Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt Satanæ : & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam..... Sed habeo adverſùs te pauca : quia habes illic tenentes doctrinam Balaam;..... ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaïtarum. Similiter pœnitentiam age : ſi quominùs veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

SAMEDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 2.

ANgelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe:.... Novi opera tua, & fidem, & caritatem tuam, & miniſterium, & patientiam tuam, & opera tua noviſſima plura prioribus. Sed habeo adverſùs te pauca : quia permittis mulierem Jezabel, quæ ſe dicit propheten, docere, & ſeducere ſervos meos... Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret : & non vult pœnitere.... Ecce mittam eam in lectum : . . . & filios ejus interficiam, . . . . & ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutans renes & corda : & dabo uniquique veſtrûm ſecundùm opera ſua.

XXVI. DIMANCHE *après la Pentecôte.*

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 3.

ANgelo Eccleſiæ Sardis ſcribe : . . . . Scio opera tua, quia nomen habes quòd vivas, & mortuus es. Eſto vigilans, & confirma cetera quæ moritura erant. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo. In mente ergò habe qualiter acceperis, & audieris, & ſerva, & pœnitentiam age. Si ergò non vigilaveris, veniam ad te tanquàm fur, & neſcies quâ horâ veniam ad te.

LUNDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 3.

ANgelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe : . . . Scio opera tua : . . . . quia modicam habes virtutem, & ſervaſti verbum meum, & non negaſti nomen meum... Quoniam ſervaſti verbum patientiæ meæ, & ego ſervabo te ab hora tentationis, quæ ventura eſt in orbem univerſum tentare habitantes in terra. Ecce venio citò : tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

MARDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 3.

ANgelo Laodiciæ Eccleſiæ ſcribe : . . . . Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. Quia dicis : quòd dives ſum, & locupletatus, & nullius egeo ; & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, &

cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, ut locuples fias.... Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Æmulare ergò, & pœnitentiam age.

MERCREDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 14.

VIdi Angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret ſedentibus ſuper terram, & ſuper omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum: dicens magnâ voce; Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicii ejus: & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, mare, & fontes aquarum.

JEUDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 14.

ET alius Angelus ſecutus eſt dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna; quæ à vino iræ fornicationis ſuæ potavit omnes gentes. Et tertius Angelus ſecutus eſt illos, dicens voce magnâ: Si quis adoraverit beſtiam, & imaginem ejus, & acceperit caracterem in fronte ſua, aut in manu ſua: & hic bibet de vino iræ Dei, .... & cruciabitur igne & ſulphure in conſpectu Angelorum ſanctorum, & ante conſpectum Agni.

VENDREDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 15.

ET vidi .... eos, qui vicerunt beſtiam, .... habentes citharas Dei: & cantantes canticum Moyſi ſervi Dei, & canticum Agni, dicentes: Magna & mirabilia ſunt opera tua, Domine Deus omnipotens: juſtæ & veræ ſunt viæ tuæ, Rex ſeculorum. Quis non timebit te, Domine, & magnificabit nomen tuum? quia ſolus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conſpectu tuo, quoniam judicio tua manifeſta ſunt.

SAMEDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 18.

ET poſt hæc vidi alium Angelum deſcendentem de cœlo, habentem poteſtatem magnam: & terra illuminata eſt à gloria ejus. Et exclamavit in fortitudine, dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna... Et audivi aliam vocem de cœlo, dicentem: Exite de illa populus meus; ut ne participes ſitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis.

XXVII. DIMANCHE
*après la Pentecôte.*

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 18.

PErvenerunt peccata (Babylonis) uſquè ad cœlum, & recordatus eſt Dominus iniquitatum ejus. Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis; & duplicate duplicia ſecundùm opera ejus: in poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum. Quantùm glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantùm date illi tormentum & luctum.

LUNDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 19.

POſt hæc audivi quaſi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium: Alleluia: Salus, & gloria, & virtus Deo noſtro eſt; quia vera & juſta judicia ſunt ejus, qui judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram;.... & vindicavit ſanguinem ſervorum ſuorum de manibus ejus.

Et iterùm dixerunt : Alleluia. Et fumus ejus aſcendit in ſecula ſeculorum.

MARDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 20.

VIdi thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cujus conſpectu fugit terra, & cœlum, & locus non eſt inventus eis. Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt : & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ ; & judicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundùm opera ipſorum... Et qui non inventus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

MERCREDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 21.

VIdi ſanctam civitatem Jeruſalem novam, deſcendentem de cœlo à Deo... Et audivi vocem magnam de throno dicentem : Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipſi populus ejus erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus : & abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

JEUDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 21.

DIxit qui ſedebat in throno : Ecce nova facio omnia.... Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. Qui vicerit, poſſidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idolatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure.

VENDREDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli *Cap.* 21.

UNus de Angelis ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum, & altum, & oſtendit mihi civitatem ſanctam Jeruſalem, . . . habentem claritatem Dei .. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioſo ornata. .. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, & Agnus.

SAMEDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 21.

CIvitas non eget ſole, neque lunâ ut luceant in ea ; nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus eſt Agnus.... Portæ ejus non claudentur per diem : nox enim non erit illic. Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam. Non intrabit in eam aliquod coïnquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium.

## XXVIII. DIMANCHE *après la Pentecôte.*

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 22.

ET oſtendit mihi fluvium aquæ vitæ, ſplendidum tanquàm cryſtallum, procedentem de ſede Dei & Agni. In medio plateæ ejus, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem gentium.

LUNDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 22.

ET omne maledictum non erit ampliùs : ſed ſedes Dei, & Agni in illa erunt, & ſervi ejus ſervient illi. Et videbunt faciem

ejus:& nomen ejus in frontibus eorum. Et ultrà non erit:& non egebunt lumine lucernæ, neque lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in ſecula ſeculorum.

MARDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 22.

ET dixit mihi : Hæc verba fideliſſima ſunt, & vera. Et Dominus Deus ſpirituum Prophetarum miſit Angelum ſuum oſtendere ſervis ſuis quæ oportet fieri citò. Et ecce venio velociter. Beatus qui cuſtodit verba prophetiæ libri hujus. Et ego Joannes, qui audivi, & vidi hæc.

MERCREDI.

De libro Apocalyſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 22.

ET poſtquàm audiſſem, & vidiſſem, cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc oſtendebat. Et dixit mihi : Vide ne feceris : conſervus enim tuus ſum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui ſervant verba prophetiæ libri hujus : Deum adora.

JEUDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 22.

ET dixit mihi : Ne ſignaveris verba prophetiæ libri hujus : tempus enim propè eſt. Qui nocet, noceat adhuc : & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc : & qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc : & ſanctus, ſanctificetur adhuc. Ecce venio citò, & merces mea mecum eſt, reddere unicuique ſecundùm opera ſua.

VENDREDI.

De libro Apocalypſis beati Joannis Apoſtoli. *Cap.* 22.

EGo Jeſu miſi Angelum meum, teſtificari vobis hæc in Eccleſiis. Ego ſum radix, & genus David, ſtella ſplendida, & matutina... Qui ſitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis.... Dicit qui teſtimonium perhibet iſtorum ; Etiam venio citò. Amen. Veni Domine Jeſu. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis, Amen. Tu autem, Domine, miſerere noſtri.

℟. Deo gratias.

# INTONATIONS, Médiations, Terminaiſons ou Concluſions, AVEC LES NEUMES DES HUIT TONS.

*ON conſidere particuliérement quatre choſes dans le chant des Pſeaumes : 1°. la modulation, par où commence le verſet, qui eſt ce qu'on appelle* Intonation *: 2°. celle du milieu du verſet, qu'on appelle* Médiation : *3°. celle qui termine le verſet, qu'on appelle* Terminaiſon *ou* Concluſion.

*L'Intonation ſe fait ſeulement au premier verſet du Pſeaume, ainſi qu'elle eſt marquée ci-deſſous, pour chaque ton, tous les autres verſets du Pſeaume ſe chantent ſur la dominante ; mais aux Cantiques Evangéliques, comme* Magnificat. Nunc dimittis. *on commence tous les verſets comme le premier.*

*La Médiation ſe fait à tous les verſets du Pſeaume, comme au premier verſet, excepté au ſecond, quatrieme, cinquieme & huitieme ton, quand il ſe rencontre un mot d'une ſeule ſyllabe, ou un mot Hébreu indéclinable.*

*La Terminaiſon ou concluſion eſt tantôt parfaite, tantôt imparfaite. La parfaite eſt celle dont la derniere note eſt la même que la derniere de l'Antienne. L'imparfaite eſt tout le contraire. Voyez les exemples qui ſuivent.*

## TERMINAISONS PARFAITES DU I. TON.

1. D. 

Dixit Dominus Domino me-o : * ſede à



dextris me-is. Seculorum. Amen.

1. *D.*  *ou* 

Seculorum. Amen. Seculorum. Amen.

*Le ſuivant finit en re, & ſe marque par un J. long.*

 *ou* 

Sede à dextris me-is. Sede à dextris me-is.

## TERMINAISONS IMPARFAITES.

1. f. *ou f.*  *ou* 

Sede à dextris me-is. Sede à dextris meis.

1. g. ou g. 

Sede à dextris me-is. Sede à dextris meis.

1. a. 

Sede à dextris me-is. Sede à dextris meis

1. e. 

Sede à dextris me-is.

*Du ton en* A. *c'eſt-à-dire*, *en* la, *l'intonation*, *la médiation & terminaiſon ſe font comme ci-après.*

1. A. 

In e-xitu Iſra-el de Ægypto, * domus Ja-



cob de populo barbaro. Seculorum. Amen.

II. TON. *En* D, *c'eſt-à-dire*, *en* re.

a *les Terminaiſons ſuivantes parfaites.*

2. 

Dixit Dominus Domino me o : * Sede à



dextris me-is.

ou 

Sede à dextris meis. Sede à dextris meis.

TERMINAISON IMPARFAITE.

2. e. ou e. 

Sede à dextris me-is.

III. TON. *En* E, *autrement en* mi.

a *les deux Terminaiſons ſuivantes parfaites.*

3. E. 

Dixit Dominus Domino me-o : * Sede



à dextris me-is. Sede à dextris me is.

TERMINAISONS

## TERMINAISONS IMPARFAITES.

3. a. 3. a.


Sede à dextris me-is. Sede à dextris meis.

ou 3. b.


Sede à dextris me-is. Sede à dextris meis.

3. c. 3. g.


Sede à dextris meis. Sede à dextris me-is.

## IV. TON. *En* E, *c'eſt-à-dire*, *en* mi.

a *parfaites les quatre Terminaiſons ſuivantes.*

4. E.


Dixit Dominus Domino me-o : * ſede à



dextris me-is. Spiritu-i ſancto.

ou 4. *E.*


Sede à dextris meis. Sede à dextris me-is.

*ou*


Sede à dextris meis.

## TERMINAISONS IMPARFAITES.

4. a. *ou a.* 4. d. *ou d.*


Sede à dextris meis. Sede à dextris meis.

4. g. *ou g.*


Sede à dextris me-is.

## IV. TON. *En* A. *c'eſt-à-dire*, *en* la.



Dixit Dominus Domino me-o : * Sede à



dextris me-is. Spiritu-i Sancto.



Sede à dextris meis. Seculorum. Amen.

V. TON. *En* C. *c'eſt-à-dire*, *en* ut.

a *parfaites les trois Terminaiſons ſuivantes.*



Dixit Dominus Domino me-o : * ſede à



dextris me- is. Spiritu- i Sancto.



Sede à dextris me-is. Sede à dextris meis.



Dixit Dominus Domino me-o : * Sede à



dextris me-is.

TERMINAISON IMPARFAITE.



Sede à dextris meis. Sede à dextris meis.

VI. TON. *En* C. *c'eſt-à-dire*, *en* ut.



Nunc dimittis ſervum tuum Domine, * ſe-



cundùm verbum tuum in pace.



Memento, Domine, David, * & omnis



manſuetudinis ejus.

*La médiation & terminaiſon du VI ton en* C. *ſe fait comme il ſuit.*



Dixit.... me-o : * à dextris me-is.



Sede à dextris meis. Sede à dextris meis.



Dixit Dominus Domino me-o : * ſede à



dextris meis. Seculorum. Amen.

VII. TON. *En* G. *ou G. c'eſt à-dire en* ſol.



Dixit Dominus Domino me-o : * ſede à



dextris me-is. Sede à dextris me-is.



Sede à dextris meis. Sede à dextris meis.



Sede à dextris me-is. Sede à dextris meis.



Sede à dextris meis. Sede à dextris meis.

VIII. TON. *En* G. *ou G. c'eſt à-dire ,* en ſol.



Dixit Dominus Domino me-o : * ſede à



dextris meis. e u o u a e.



Sede à dextris meis. Sede à dextris me-is.




Sede à dextris meis. Sede à dextris meis.




Sede à dextris me-is.

# INTONATIONS
## DES CANTIQUES ÉVANGÉLIQUES.

### *AU I. TON.*



Magni-ficat. Bene-dictus. Nunc dimittis.

### *AU II. TON.*



Magni-ficat. Benedictus. Nunc dimittis.

### *AU III. TON*



Magni- ficat. Bene-dictus. Nunc dimittis.

### *AU IV. TON.*



Magni-ficat. Bene-dictus. Nunc dimittis.

### *AU V. TON.*



Magni-ficat. Benedictus. Nunc dimittis.

### *AU VI. TON.*



Magni-ficat. Bene-dictus. Nunc dimittis.

### *AU VII. TON.*



Magni-ficat. Bene- dictus. Nunc dimittis.

### *AU VIII. TON.*



Magni- ficat. Benedic- tus. Nunc dimit- tis.

# LES NEUMES DES HUIT TONS.




*On chante les Neumes, dont la Table ſe trouve ci-deſſus pour les huit tons, quelquefois à toutes les Ant. de Vêpres, quelquefois on les omet; cela dépend de la ſolemnité des Fêtes : preſque toutes les Egliſes ſuivent la regle ſuivante.*

*Dans tous les Annuels & Solemn. on chante les Neumes à toutes les Ant. de Vêpres. A tous les Doubles & Dim. on les chante ſeulement à la* 5. *Ant. des Vêp. & à l'Ant. de* Magníf.

*Aux Sémidoubles, on ne les chante qu'à la fin de l'Ant. du* Magníficat. *ce qui n'a pas lieu s'il y a des Orgues, qu'on touche à la fin de l'Ant. à la place de la Neume ; ce qui s'obſerve ſur-tout aux Fêtes Solemnelles, là où il y a des Orgues.*

*On omet toujours la Neume aux Fêtes ſimpl. Féries, Off. des Morts & à Complies, ainſi que les trois jours avant la Pâque, & pendant toute la ſemaine de Pâques juſqu'au Samedi ſuivant.*

# CHANT DES BENEDICAMUS.

*Aux Solemnels & au deſſus, à Vêpres.*

*Du* 6.


Benedica- mus Do- mino.
De- o gra- ti as.

*Là où il y a des Orgues, on les touche pour* Deo grátias

*Aux Dimanches & Fêtes Doubles, à Vêpres.*

*Du* 5. C.


Benedi-camus Do- mino.
De- o gra- ti-as.

## AUTRES CHANTS AU GRÉ DES ÉGLISES.

*Aux Annuels, à Vêpres.*

*Du* 2.


Bene-dicamus Do-
De- o gra-



mino.
ti-as.

*A tous les Solemnels, à Vêpres.*

*Du* 5. C.


Benedicamus Do-
De- o gra-



mino.
ti-as.

*Au Saint jour de Pâques, & pendant l'Octave. A Vêpres.*

*Du* 8.


Benedicamus Domino, alleluia, alle- lu-ia.
De- o gra-ti-as, alleluia, alle- lu-ia.

F I N.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE TOULOUSE
DÉPOT DE L'ÉTAT

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE TOULOUSE
DÉPOT
DE
L'ÉTAT